6
4-8
51 M

6
3 E
21

R.
VII
12.

6-4.8.51

SVPPLEMENTVM
LINGVÆ LATINÆ,
SEV
Dictionarium abſtruſorum vocabulorum à Rob. Conſtantino collectum.

Opus Latinæ linguæ ſtudioſis apprimè vtile, recèns & nunquam antea excuſum.



Biblioth.ce SS. Scholar. Piar. Sancti Pantaleonis

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ex hered.te Franc.i de Rubeis

EXCVDEBAT
EVSTATHIVS VIGNON.

M. D. LXXIII.

CATALOGVS AVTHORVM GRAEcorum & Latinorum ex quibus Supplementum hoc linguæ Latinæ collectum eſt, ordine alphabetico digeſtus.

Accius
Ælianus
Ægineta
A.Gellius
Am.Marcellinus
Apuleius
Aratus
Ariſtophanes
Ariſtoteles
Athenæus
Aſconius Pædianus
Auſonius
Capitolinus
Cæcilius
Cato
Cæſar
Chariſius
Columella
Callimachus
Cicero
Catullus
Claudianus
Diogenianus
Diomedes
Dion Caſsius
Dioſcorides
Ennius
Fab.Victorius
Feſtus
Galenus
Heſiodus
Heſychius
Homerus
Horatius
Iuſtinus
Iulius Firmicus
Iulius Pollux
Iuuenalis
Iuriſconſulti
Lampridius
Liuius
Lucanus
Lucilius
Lucretius
Macrobius
Math olus
Manilius
Martialis
Meſue
Neuius
Nicander
Nonius Marcellus
Opianus
Ouidius
Pacuuius
Plautus
Perſius
Petronius Arbiter
Plutarchus
Plinius
Plinius iunior
Priſcianus
Probus
Propertius
Quintilianus
Salluſtius
Seneca Phil.
Seneca tragicus
Sex.Anc.Victor.
Silius Italicus
Solinus
Statius
Spartianus
Suetonius
Stobæus
Tacitus
Terentius
Terentianus
Theocritus
Theophraſtus
Tibullus
Trallianus
Trebellius Pollio
Val.Flaccus
Val.Maximus
Varro
Vell.Paterculus
Vegetius
Virgilius
Vitruuius
Vopiſcus.

TYPOGRAPHVS LATINÆ LINGVÆ STVDIOSO S. P. D.

NVnquam tam manè egredior, neque tam veſperi
Domum reuertor, quin te in fundo conſpicer
Fodere, aut arare, aut aliquid ferre: denique
Nullum remittis tempus: neque te reſpicis.

Quibus verbis ſenex ille Terentianus vicini ſenis inquietam diligentiam reprehendit, ijſdem (ni fallor) & meritò, Roberti Conſtantini conſideratam ſedulitatem non tam commendare, quàm commonſtrare licet. Edidit ille varijs temporibus varia ſuæ induſtriæ, operæ, laboris, nunquam denique à literaria cura remiſſi animi documẽta. Quæ, quum maximo doctorum applauſu vbique ferè excepta, iam diu in hominum manibus verſentur, commemorari in præſentia neceſſe non eſt. A quo & eò libentiùs abſtineo, quòd vel me tacente, aliiſque omnibus obmuteſcentibus, ex hoc, quod in tuum vſum hoc tempore in lucem emittit, opere, facillimum ſit iudicare, ex eóque tanquam leonem (vt aiunt) ex vnguiculis cognoſcere. Quod & ipſe mecum non diffitebere, ſi in huius libri lectione vel paululum immorari non grauabere. Cognoſces enim nullum ferè eſſe Latinæ linguæ authorem, cuius nomẽ in

aliqua apud homines celebritate ſit, quē non tantùm non euoluerit, ſed nocturna diurnáque manu (vt ait ille) verſarit, excuſſerit, examinarit. Nihil tam reconditum in Iuris penu latuit, quod non exprōpſerit: nihil in medicorum μυροθηκίοις *vel* φαρμακοθηκίοις *tam abſtruſum, quod non retexerit: nihil in Hiſtoricorum, Oratorum, Poetarum, Grammaticorum monumentis & arculis clauſum, quod non aperuerit. In primis verò vetuſtatis obducta carie, &, vt illud Poetæ vſurpem, loca ſenta ſitu non minore fœlicitate quàm facilitate perpurgauit & complanauit. Quid multa? Innumerabiles propè difficultates & moleſtias in hoc literario ſudore exhauſit. Non amo (inquies) nimiùm diligentes. Quid? etiámne ſi ſui fermè obliti, poſthabitíſq; priuatis omnibus commodis, tibi, tuíſque vtilitatibus toto conatu ſtudeant? Audi igitur & aduerte quos tibi vſus Robertus Conſtātinus hoc vno volumine peperit. Quum videret non modò purioris illius ſeculi, quo lingua Latina longè optimum & verè aureum ſtatum obtinuit, Varronéſque, Lælios, Terentios, Cicerones, Cæſares Salluſtios habuit: ſed etiam antiquioris illius & priſcæ facundiæ, qua vſi ſunt Cæcilius, Accius, Plautus, Ennius, Cato, Fabius Pictor, Piſo, aliíque eiuſdem ætatis ſcriptores, à multis in gratiam ſtudioſorum varios commentarios euulgatos fuiſſe, iiſque per-*

amplas

amplas opes linguæ Latinæ explicatas, in omnium propè manus veniſſe: ac nihil iam ij, quos modò nominaui authores, aut pauca haberẽt, quæ nõ luce ipſa clariùs declarata, & vel rudium ſenſibus expoſita eſſent: abundè ſatisfactum hac in parte diſcentium voluntati putauit: nec ſibi neceſſe credidit, quæ ab alijs dicta erant, non ſine lectorum tædio rurſus inculcare: aut nota ſatis & cõmunia non ſatis verecundè obtrudere. Animaduertit tamen in recẽtioribus ſcriptoribus (quorum non eſt numerus exiguus) multa eſſe quæ te non modò remorari ad alia properantem, ſed etiam aliquando ſiſtere, & propter obſcuritatem ab eorum lectione auertere poſſent. Recentiores appello, quos quarto & iam ſeneſcentis linguæ Latinæ tempori, Eloquẽtiæ magiſtri ſolent aſcribere, Gellium, Macrobium, Lampridium, Victorem, Iuriſconſultorum centones qui in Pandectis in vnum quaſi corpus conflati reperiuntur, Tacitum & alios eiuſmodi argumenti & ſtyli, qui ad tempora Imperatoris Gordiani pertingunt. Nam ab eo tempore penitus extinctæ ſunt Latinæ puritatis reliquiæ, & barbaries vndiquaque non modò Italiam, ſed Romam ipſam inuaſit. In ijs, inquam, quum animaduerteret eſſe nonnulla, quæ propter obſcuritatem quaſi obſoleta & neglecta iacerent, ea tibi patefacere & aperire voluit: primùm quidem authorum ipſorum cau-

ſa, quos paßim contemni, raróque quia non vbique intelligerẽtur, legi cernebat: deinde tua, ídque potißimum, gratia, quem rerum pulcherrimarum & vtilißimarum iacturam facere ægrè ferebat, dum tu in ignoto vocabulo vel formula quaſi in ſcopulo ac ſalebra hærere cogereris. Hæc verò vt ab eo complanata, & illuſtrata ſint, malo ex re ipſa iudicium feras, quàm vt à me quaſi comparato præcone & quæſito laudatore audias. Nõ minore ſanè fœlicitate quàm facilitate cognoſces enucleatos & difficillimos & obſcurißimos, horũ quos recẽſui, multorúmque aliorum aũthorum locos: vt iam tibi ad eos huius libelli ductu & ope liber tutúſque aditus pateat. At quorſum hæc tam clarè & explanaté? Videor enim mihi iam audire, cum ſupercilio pluſquam philoſophico ſi non vituperãtium, at ſanè recuſantium voces. Hæc, inquiunt, non ſunt ſtylo orationíſque characteri bene informando opportuna. Spinoſa ſunt magna ex parte, horrida & inornata. Faceſſant, vnique Ciceroni locum concedant. Equidem non ſum ita à mente ſenſúque vacuus, vt quenquam Ciceroni conferendum putem, nedum anteferendum. Sic tamen ſentio: ſi minùs ad ornatum & cultum orationis hæc conducunt: ad eloquentiam tamen nullum momentum non habent. Inprimis verò ad eam partem quæ longè eſt præcipua, ipſiúſque orationis munere primario

definita,

definita, quæque perſpicuitas appellatur, conferũt. Hæc enim cùm in elegantia, id eſt delectu verborũ poſita ſit, hoc officii habet, vt propria rei cuique & bene conuenientia attribuat, Ligonémque Ligonem, & Remum Remum dicat. Propriorum autem & ſenſu ſignificatorum verborũ quanta ſylua & copia ex hiſce authoribus, & hoc ex illis collecto ſupplemento peti poßit, tu ipſe iudicabis, ſi vel paginæ vnius lectionem ſuſtinueris. Ad Ciceronem verò quod attinet, illum non modò ducem, ſed vnicũ, viuúmque veræ eloquẽtiæ exemplar eſſe ſtatuendum iudico. ſic tamen vt alij gradu ſuo, quem in linguæ Latinæ quaſi cõmuni ſocietate obtinent minimè pellãtur. Quã ſi vnius authoris regione & finibus terminaris, in quis ſanè ſpatijs ampliſſima eius latifundia coãguſtaris: dúmque ornatam & comptam reddere tẽtaris, nihil aliud quàm ieiunam, inopem, mutã denique effeceris. Sanè vt quicquid in oratione barbarum eſt & peregrinum explodendum: ita quod latinum eſt minimè repudiandum. Noua ſunt & recẽtiorum tantùm auribus audita multa. Fateor: ſed pueris etiam & recèns natis, eſt ſuus in Repub. locus: nec in ea ſoli ætate florentes viri regnant. Noua, vetera, antiqua, tempeſtiuè adhibita ſuo fructu & gratia plerunque non carent. Quanquam quum neceßitas vrget, quæ nouitatis aut vetuſtatis ratio habenda eſt? Vnde

habeas (ait ille) quærit nemo, ſed oportet habere. Jd ad orationem traducamus. A quo vel vnde verba mutueris, non refert: modò ne verborũ defectu & egeſtate, loquẽdo interſiſtere & turpiter obmuteſcere cogaris: ſed potiùs, quantũ tamẽ fieri poterit, rerum multitudinem verborum numero adæquaris. Auſim verò affirmare infinita vocabula formuláſque integras in hoc libro connotatas, quas non modò apud Ciceronem, aut aliquos ex eius æqualibus non reperias, ſed ne apud vllum alium, ac ne vſquam quidem præterquàm eo loco quem tibi noſter Conſtantinus conſignat. vt non minùs aptè quàm verè huic operi Supplemẽti nomen ab eo ſit impoſitũ. Quòd ſcilicet ingentibus Theſaurorum, Calepinorum, Dictionariorum copijs eximium robore, quanquam exiguũ mole ſubſidium, quaſi prætoria quædam cohors accedat. Quibus omnibus commodis & multis alijs, cùm te hiſce lucubrationibus Conſtantinus largè beet, malè & ingratè feceris niſi ei ex animo faueris. Sic porrò habeto, non minorem à nobis in excudendo, quàm ab illo in concinnando, fidem huic operi præſtitam. Tu noſtris laboribus, tuæque vtilitatis augendæ ſtudiis bene precare. Vale.

ROBERTI CONSTANTINI Supplementum ad Ambroſii Calepini Dictionarium poſtremò editum.

ACVRA *præſtantior*. Suetonius in Tiberio: Sed affectatione & moroſitate nimia obſcurabat ſtylum, vt aliquanto ex tempore, quàm à cura præſtantior haberetur.

A memoria exit, i. obliuioni traditur. Seneca, lib. 3. de Benefic. Quantum opus ſit, quàm laudabile, quamque nunquam à memoria hominum exiturum, poſſe hoc dicere.

Ab ore honeſtiſſimus, i. formoſiſsimus facie. Apuleius in Apologia: Itemque multos philoſophos ab ore honeſtiſsimos memoriæ prodi, qui gratiam corporis morum honeſtamentis ornauerunt.

Abies, ἐλάτη, Gallis Auet, ſapin: Italis Auezzo, Auedin, & Abete. Sed Auezzo potius Picea abieti ſimillima: vtrique folia pectinatim inſecta, piceæ longiora.

Abire de Roma. Vlpianus D. de Procurat. l. 35. Cæterùm cogi eum etiam in prouinciam de Roma abire durum eſt.

Abire in vanum. Seneca Epiſtol. 95. Alioquin abibunt in vanum monentium verba, i. euaneſcent, irrita erunt.

Abire in creditum, aliquando ſpecialiter ſumitur pro mutuum contrahere: & interdum generaliter, vt D. lib. 14. Tit. 6. l. 3. Ideo etſi in creditum abiit filiofamilias vel ex cauſa emptionis, vel ex alio contractu in quo pecuniam non numerauit, i. credidit.

Abliguritio, nis. Iul. Capitolinus in Macrino: Imperium dedecorauit vitiis ingentibus, luxuria, turpitudine, abliguritione.

Abnegatiua, negantia, ἀπόφασις. Diomedes Grammat. lib. 2. Duæ abnegatiuæ vnam confirmationem faciunt.

Abolitionem facti decernere, Suetonius in Tiberio.

Abominoſus, βδελυκτός. Diomedes Grammat.lib.3.vt libantes ſonum vocis abominoſæ audire non poſſet.

Abſconſor,is, ἀποκρύπτης. Iulius Firmicus lib. 3. Mattheſeos: Abſconſores auri,& diuitiarum faciet.

Abſconſus. Diomedes Grammat. lib.1. Abſcondor,abſconſus,ſed abſconditus melius,quia ſimplex Condor,conditus.

Abſolutiua, ſiue *depoſitiua* dicta ſunt ſupina, Diomedes Grammat.lib.1.Vide Participialis.

Abſolutus gradus,i.poſitiuus,authore Probo.

Abſolutiſsimus,perfectiſsimus. Plinius Epiſtol.lib.6. Reſtituto:Recitabatur liber abſolutiſsimus.

Abſonè, ἀπηχῶς, δυσφώνως, Gellius lib.15.cap.25.Non abſurdè neque abſonè finxit,Recentatur.

Abſone, ἀπηχῶς, κακοφώνως. Apuleius in Apologia: Abſonè atque indoctè pronunciare.

Abſtinentia conuitiorũ. Seneca Controuerſ.2. Qui ſibi abſtinentiam conuitiorum imperauerunt.

Abſtollo. Diomedes Grammat. lib. 1. Item Affero attuli, quoniam & fero tuli dicimus: quanquam & id perfectũ quod eſt attuli,ex alio verbo proficiſci reperimus apud veteres,ex eo quod eſt attollo,vt Næuius in tabellaria:Dotem ad nos nullam attollat. Plautus compoſitum efficit in Rudente:Ollas abſtollas:vt ſit inſtans abſtollo. Pacuuius in Medo : Et cuſtodite hũc vos,ne quis eum abſtollat,néue attigat.

Abſumptio, ἀπανάλωσις, quæ abſumedo Plauto. D.lib.7.Tit.5.l.5. Videndum, finito vſufructu an pecunia quæ data ſit, vel cæteræ res quæ in abſumptione ſunt,condici poſsint.

Abſynthiatus, Adiect. Abſynthio temperatus. Seneca in Suaſoria pro Cicer. Hoc ſi tamen recta via conſequi non potero decipere vos cogar,veluti ſalutarem pueris daturus potionem abſynthiati poculi. Alludit ad hos verſus Lucretij lib. 1. Sed veluti pueris abſynthia tetra medentes Cum dare conantur,prius oras pocula circum Contingunt mellis dulci flauóque liquore,Vt puerorũ ætas improuida ludificetur Labrorũ tenus, interea perpotet amarum Abſynthi laticem,deceptáque non capiatur,Sed potius tali facto recreata valeſcat.

Abundantiſsimè. Suetonius in Auguſto:Cœnam ternis ferculis,aut, cùm abundantiſsimè,ſenis præbebat.

Acanthis, ἀκανθὶς, vel ἀκανθυλλὶς, & Ariſtophani ἀκαλανθὶς, atque

atque Laconicè ἀκαλανθίρ: Gallis Seuin,& Serin: Italis Lugarino, vel Lugaro, Siculis Legora, Venetis Frizapeſce, Germanis, Zeiſel: Polonis Czizech, Illyriis Czifz, Turcis Vtlugan, Anglis Siſkin. Auis eſt canora, parua, cuius vertex & alarum pennæ nigræ viridi diſtinctæ: Frons locúſque ſub mento maculis nigris diſtinctus: cæteris carclueli, quæ θραυπὶς, ſimilis. Eius generis eſt, quæ à nobis Canarin, ex Canariis inſulis: Sed hæc vocalior. Plinius lib.10.cap.63. Singulos gignunt Elephanti, cameli, equi: Acanthis duodenos, auis minima. Et rurſus lib.10.cap.74. Et Acanthis in ſpinis viuit, idcirco aſinos & ipſa odit, flores ſpinæ deuorantes. Apud Ariſtotelem redditur à Gaza Ligurinus, & Spinus. Eſt verò & Græcis σπῖνος, vt apud Athenæum, & Diminutiuè σπίνιον, & σπινίδιον apud Pollucem. apud Aratum, καὶ σπίνος ἠῷα σπίζων, ſpinus in aurora ſibilans. Et σπινθία exponuntur σπῖνοι. Sed Achanthis & Spinus diuerſæ exiſtimantur. Acanthis, vulgò Græcorum Spinidia.

Acarne, ἀκαρνὰν, Athenæo lib.8.& Ariſtoteli ἄχαρνος: vulgò Abre. Piſcis marinus eſt, pagri vel erythrini forma, colore candido, ſquamis argenteis, oculis magnis aureiſque. Linea recta à branchiis, ad caudam eius protenditur. Plinius lib. 32, cap. vlt. Peculiaris autem maris accipenſer, aurata, aſellus, acarne:

Accentiunculæ. Gellius lib.13.cap.6. Quas Græci προσῳδίας dicunt, eas veteres docti, tum notas vocum, tum moderamenta, tum accentiunculas, tum voculationes appellabant.

Acceptare, præter Plautum Paulus D.lib.26. Tit.7.l.44. Sed ſi pupillus poſt pubertatem rationibus à tutore acceptis, reliquationem eius ſecutus vſuras acceptauerit.

Acceptoferre, Accepto facere, Vlpianus D. lib.46. Tit.4.l.13: Ibid. Acceptum latum liberationem pariet. Ibid. Acceptum facere. Et l.15: Accepto habere: & Acceptum habere.

Accidentalis. Fab. Victorinus in 1. Rhetor. Cicer. Illud præceptum eſt in faciendis generibus & ſpeciebus, & indiuiduis rem aut ſubſtantialem in omnibus eſſe ſeruandam, aut accidentalem.

Accommodatiſſimus. Plinius Epiſtol.lib. 5. Paulino: fac eiuſmodi curationibus accommodatiſsimum.

Accumulator, ἐπισωρεύτης. Cornel. Tacitus lib.3. Opumque quis domus illa immenſum inquit, primus accumulator.

Acer, σφένδαμνος Theophraſto, Gallis Plane: Italis Aſare. Eius ſpecies Carpinus Plinio & Columellæ, ζυγία, opulus montana, Gallis Carme, Erable iaune, vel Erable madre. Italis Oppio (vt in Liguria: alibi oppio vel pioppo eſt populus) cuius lignum luteum, vt alterius album: folia vlmi, ſed tenuiora, ex quibus eſtate dependent ſemina cõceptaculis folioſis & triangularibus. Eſt & Aceris ſpecies κλινότροχος, Italis Pied'oca, & platano aquatico. Acer album quod præcipui candoris, vocatur Gallicum à Plinio lib.16.cap.15. Vt molluſcum, ſic & bruſcum tuber eſt aceris, quod Galli adhuc vocant Brouchin: de quo Plinius eius libri cap.16. In abiete & Picea dicitur λεύασον à Theophraſto hiſtor.plant. lib. 3. cap.10. quod & Iuræ montis lignatores Ouchon, & Louchon appellant.

Acerbitudo dicatùr, an *acerbitas*, nihil refert, inquit Gellius lib.13.cap.3.vt nihil quicquã intereſt, ſuauitudo dicas, an ſuauitas: ſanctitudo, an ſanctitas: acerbitudo, an acerbitas: acritudo, an acritas.

Acida lingua, i. mordax ac dicax: Seneca Controuerſ. lib.10. in 5. Hominem acidæ linguæ, & qui nimis liber erat. de Aſinio.

Acipenſer, vel *aquipenſer* Feſto, nec ἔλοψ licet ita Plin. lib.9. cap.17. nec ὕκκα, nec ſilurus, ſed ὀνίσκος Dorionis apud Athenæum, γαλαξίας ſiue ἰαλεξίας Galeni lib. 3. Alimẽt. (licet apud Athenæum γαλερίδας, & γαλλαρίας) vulgò Græcorum ξυρίχι (ſumpta voce ab ὀξύρυγχος) Gallicè Eſturgeon, & Creac Burdigalæ: Italicè Sturio, & qui minor Porcelletto, qui porculus marinus Plinij. Is de Acipenſere lib.9. cap.71. Et Macrobius Saturnal. lib.3. Ex eius ouis nigris, conditis, eſt illud edulium, quod Venetiis laudatiſsimum Caniato appellatur. Mihi inaſſueto nauſeam mouebat: vbi aſſuefactus ſum gratiſsimum fuit. Ex eius carne ſalita, fit etiam (nam & ex Thunno) quæ ibi Morona vocatur. Piſcis eſt fluuios ſubiens, cartilagineus ex galeorum genere, ſimilis Galeo Rhodio, à quo diſtinguitur roſtro lõgiore, capite minore, & ſapore gratiſsimo ac ſuauiſsimo. Vide Galeos.

Acorus vel *acorum*, ἄκορον: Eſt calamus aromaticus officinarum (non verò Galanga, vt alii volunt.) Sed earundem Acorus eſt βούτομος Theophraſti, & Carex Virgilii. Vide Carex. Galanga verò eſt ſpecies Cyperi Babylonici.

Acredula, ὀλολυγών, Gallicè Preſtre de montagne. Auicula ſolita-

ſolitaria,& canora. Aratus, ἢ τρίζου (alij τρύζει) ὀρθρινὸν ἐρημαία ὀλολυγών. Ex quo Cicero, Et matudinis acredula vocibus inſtat, Iuſtat & aſſiduas vocum iacit ore querelas, Cum primùm gelidos rores aurora remittit. Theocritus Idyl.7. ἁ δ' ὀλολυγὼν τηλόθεν ἐν πυκινῇσι βάτων τρύζεσκεν ἀκάνθαις. Author Philomelæ carm. Vêre calente nouos componit acredula cantus, Matudinali tempore tunc mitilans.

Acritudo, nis, σφοδρότης, vehementia, acritas. Gellius lib.10. cap.27. In libris veteribus memoria extat, quod par fuit quondam vigor, & acritudo, amplitudóque P. R. vtitur & alibi lib. 13.cap.2.

Actiuitas, & *Paſsiuitas* vocabula ſunt cenſus Grammatici: vt apud Probum in Catholicis: ſecunda perſona actiuitatis, & paſſiuitatis.

Actiuncula, æ. Plinius Epiſtol.lib.8. Falconi: Retracto n actiunculas quaſdam.

Actus, ius agendi vel iumentum vel vehiculum. Iter, eſt ius eundi, ambulandi homini, non etiam iumentum agendi. Itaque qui iter habet, actum non habet: qui actum habet, & iter habet etiam ſine iumento. Via, eſt ius eundi, & agendi, & ambulandi: Vlpianus D.lib.8.Tit.3.l.1.

Actualis, δραστικός. Macrobius Comment.lib.2.cap.17. Hic à feriatis remotus, eminet tamen actualium vigore virtutum.

Aculeatus piſcis, ſiue acus, βελόνη, ῥαφὶς Ariſtoteli & Athenæo, ὀξύρυγχος ῥαφὶς Epicharnij, ἀβλεννὴς Athenæo: vulgò Eguille de mer, meis Northmanis Orphy: Italis arguzella, Venetis acicula. Piſcis marinus, longus, longiſſimi roſtri denticulíſque ſpiſſis armati: Cuius oculi lutei, dorſum ceruleum, ſpina dorſi viridis, caro albiſſima ac firma. Lege Ariſtotel. hiſtor. lib.7. Athenæum lib.7. Opianum lib.3. Plinium lib.32.cap.11. & lib. 9.cap.52. Eſt & acus minoris genus, cui roſtrum tubæ modo, edentulum, quod deſcriptioni τῆς βελόνης Ariſtotelis magis cõgruit: Venetiis Acuſigola: vbi viliſſimus nec edulis. mortuus per dies aliquot aſſeruatus, vt experientia didici, noctu lucet cincindelarum modo.

Acus piſcis, in Aculeatus.

Ad pro aduerſus, vt græcè πρὸς, contra. Catullus ad Malliũ: Cœperat ad ſeſe Troia ciere viros.

Ad pro apud perſonæ accuſatiuo: quo genere loquendi præter Plautum vtitur Cæſar lib. 3. belli ciuilis: Magnam ta-

men hæc res illis offenſionem, & contemptionem ad omnes attulit: vt Græcè πρὸς πάντας. Apud Horat. 2.Serm.Satyr.6. Semper eris deriſor ad omnes, i.aduerſus ſiue erga.

Ad pro at apud Veteres. Saluſtius in Orat. Cottæ Cos. Ad contra in his miſeriis cuncta me cum fortuna deſeruere. Catullus: Ad Acme, leuiter caput reflectens.

Ad eum finem, vt vulgò dicimus, à celle fin. Tacitus lib.14. Quod ad eum finem memorauimus, vt &c.

Ad faciendum genus, ad ſobolem procreãdam: genus propagare dixit Lucret. Iuſtinus Hiſtor.lib 9. Viginti milia nobilium equarum ad genus faciendum in Macedoniam miſſa.

Ad finem mortalitatis acceſſiſſe, eleganter dictum de imminenti vitæ ſupremæ fato. Suetonius in Claudio: Et in vltima cognitione pro tribunali, acceſſiſſe ſe ad finem mortalitatis, quanquam abominãtibus qui audiebant, ſemel atque iterum pronunciauit.

Ad impatientiam delabi, Cor. Tacitus lib.15.

Ad integrum, ὁλοκλήρως, integré. Macrobius Comment. lib. 1.cap.3. Et hæc eſt prima incorporea natura poſt corpora: ſed non purè, nec ad integrum carens corpore.

Ad lecticam homines, i. lecticarij. Catullus in Epigram. de Vati ſcorto: — ære cõparaſti ad lecticam homines. Et Cæſares corpora lecticariorum habuerunt. Ob id in quibuſdam ſitorum inſcriptionibus — ex corpore lecticariorum Cæſaris.

Ad populum concionari. Suetonius in Auguſto, Cæſar ad populum concionari.

Ad poſtremum, i. poſtremò: dicitur vt ad vltimum pro denique. Gellius lib.2. cap.29. Ad poſtremum igitur dominus filio: Valeant, inquit, amici cum propinquis.

Ad ſollicitudinem ſuam reuocare, φροντίζειν. Vlpianus D. de offic. Præſid. Tit.18.l.6. Neque innocentibus pœnas irrogari, ad ſollicitudinem ſuam Præſes prouinciæ reuocet.

Ad vrbem imperator. Aſconius Pædian. in 4. Verr. Omnis enim magiſtratus qui intramuranus non eſt, nec vrbanus etiam, ſi adminiſtrator eius Romæ eſt, ad vrbem dicitur. Salluſtius, ij vtrique ad vrbem imperatores erant.

Adfigurare. Diomedes Gram. lib.1. Per ablatiuum autem ſic, vt dignus hac re, & ſi quid tale aliquid inueniatur, per vtroſque caſus id adfiguratur.

Adgreſſura, æ, graſſatura Suetonio. D.lib.10.Tit.2.l.4. Vlpianus

nus: Sed & ſi quid ex peculatu, vel ex ſacrilegio quæſitum erit, vel vi aut latrocinio aut adgreſſura, hoc non diuidetur.

Abhibere moram, morari, moras trahere ac differre. Pomponius D.lib.18.Tit.6.l.17. Illud ſciendũ eſt, cum moram emptor adhibere cœpit, iam non culpam, ſed dolum malum tantùm præſtandum à venditore.

Adhortamen, nis, πρόσκλησις, adhortatio. Apuleius Floridor.lib.4. At non multa mihi apud vos adhortamina ſuppetunt.

Aditio hereditatis, i.cretio. D.lib.5.de inoffic. teſtam.l.7.

Adiectiuus, προσθετικὸς, cui derogatiuus opponitur. Vide Derogatiuus.

Adiunctiuus modus, i. Subiunctiuus, auctor Probus.

Adiunctiuus modus, ſiue ſubiunctiuus, Diomedes Grammat.lib.1.

Adiutus, us, ui, adiumentum, βοήθεια. Macrobius Satur. lib.7. cap.6. Vnius adiutu quaſi natura flammei.

Adleuatus circunſtantium humeris, Cornel. Tacitus lib.1.

Adlocutio, conſolatio, παραμύθια, παραίφασις. Catullus ad Cornificium: Qua ſolatus es adlocutione. Homerus Iliad. λ. ἀγαθὴ δὲ παραίφασίς ἐστιν ἑταίρου. Naumachius apud Stobæum: Ἀνδρὶ γὰρ ἀχαλόωντι παραίφασίς ἐστιν ἀκοίτης.

Admaturare, accelerare. Cæſar lib.7. Atque horum diſceſſu admaturari defectionem ciuitatis exiſtimabat.

Adminiculator, ris, συμβοηθὴς, adiutor. Gellius lib.7. cap.3. De Tirone: Eóque ineunte ætate liberaliter inſtituto, adminiculatore, & quaſi adminiſtratore in ſtudiis literarum Cicero vſus eſt.

Adminiculatus, pro adiutus ſum, apud Gellium lib.14.cap.2.

Adnotamentum, παρασημείωσις. Gellius lib.17.cap.2. Recenſere quæ in eo libro ſcripta eſſent, vtraſque æſtimationes laudis, aut culpæ adnotamentis digna.

Adoleſcẽs fama haud ſyncera, qui malè audit ob libidinem. Gellius lib 6.cap.8. Nos ſatis habebimus, quod ex hiſtoria eſt id dicere, Scipionem iſtum veróne an falsò, incertum, fama tamen, cum eſſet adoleſcens, haud ſyncera fuiſſe.

Adoleſcunt capilli. Gellius lib. 17. cap. 9. Hominem poſteà quoad capillus adoleſceret domi continuit.

Adonis, ἄδωνις, ἐξώκοιτος, Exocœtus: Nunc in Arcadia λύχνος, Cõſtantinopoli Gliuos: Maſſiliæ Gauot, vel Gabot: Romani

eum minutis piſcibus confundunt, modò Ceruam, modò Miſſorem appellantes: Genuenſibus Bauecqua. Piſcis eſt ſimilis mænis iam fætis, aut gobionibus: cui ſemipedalis magnitudo: forma teres, color ſubfuluus: Linea candida à branchiis ad caudam diſtinguitur. De quo Plinius lib.9.c.19. Oppianus Halieut.li.1. Athenæus li.8. Plinius Exocœtis falſò tribuit, quæ Pauſanias in Arcad. τῖς ποικιλίαις piſcibus, qui Germanis Beiſceri.

Adoptator, ris. Vtitur Vlpianus D.lib.37.Tit.9.l.1.

Adplorare. Seneca 4.Quæſt.nat.cap.2. cùm iam adploraueris, merſóſque atque obtutos tanta mole credideris.

Adroſor. Seneca Epiſtol.27.lib.3. Suaſit illi Satellius Quadratus ſtultorum diuitum adroſor, & quod ſequitur arriſor, & quod duobus his adiunctum eſt, deriſor, vt Grammaticos haberet analectas.

Adſeſſorium παρέδριον, locus auditoriúmque adſeſſoris. Vlpianus D.lib.47.Tit.10.l.5. Sabinus in adſeſſorio etiam prætores exemplum legis ſecuturos ait.

Adſignator, is. D.libr.38.Tit.4.l.3. Poſſe autem & nepoti adſignari certum eſt: Et præferri filio nepotem adſignatoris conſtat.

Adſtupere. Seneca de tranquil. vitæ, cap. 8. Non te pudet, quiſquis diuitiis adſtupes?

Aduenticius caſus, τὸ συμβάν. Scæuola D.lib.40.Tit.9.l.6. Nec aduenticij caſus computandi ſunt.

Aduerbia quibus vtebatur Ennius teſte Priſciano: Proteruiter, Ignauiter, Inimiciter, Superbiter, Temeriter, Præclariter, Toruiter, Puriter (quo & Catullus) Reuerecunditer, Miſeriter, Properiter.

Aduerbialiter, ἐπιρρηματικῶς. Diomedes Grammat. libr.1. Per aduerbia autem quæ à loco ſignificatum demonſtrant, veluti à Roma in Aphricam rediit, vel à Troia, vel ab Ilio nauigauit Æneas, quod apud illos interpretatur aduerbialiter ſic, Τροίηθεν, ἢ ἰλιόθεν ἔπλευσεν αἰνείας.

Aduerſator, qui aduerſatur ac ſeſe opponit, ἐνάντιος. Apuleius de Deo Socrátis: Quem fautorem bonis, quem aduerſatorem malis cum vita ciebo?

Aduersè, ἐναντίως, contrariè. Gellius lib.3.cap.16. Ex quo libro verba hæc ſunt, ἔστι δὲ καὶ οὐκ ἔστιν ὀκτάμηνος γένεσις. Id tam obſcurè, atque præcisè, támque aduersè dictum.

Aduerſum ſpeculum ornari. P. Africanus apud Gellium lib. 7.cap.

7.cap.12. Nam qui cottidie vnguentatus aduerſum ſpeculum ornetur,cuius ſupercilia raduntur, qui barba vulſa, fœminibúſque ſubuulſis ambulet, &c.

Adulatrix. Treuellius Pollio in Claudio: Adulator igitur Senatus,adulator P.R. adulatrices exteræ gentes.

Adulterator. Adulteratores monetæ, D.lib.49.Tit.19.l.16.

Adunatio, ἕνωσις. Diomedes Grammat. libr.1. Sin autem longus ſermo effertur, adunationis cauſa recipitur futurum.

Aduocationem ſuſcipere; aduocati officio fungi. Vlpianus de off. Proconſul. D.libr. 1. Tit. 16. l.9. Si quis tam impotenter ſe gerat, vt omnes metuant aduerſus eum aduocationem ſuſcipere.

AEgolius, vide *Parra*.

AEgylops in *Glandifera*.

AEquanimiter, æquo animo, εὐθύμως: Macrobius Satur. libr.2. cap.4. Cum æquanimiter aliqua etiam iocis mordaciora pertulerit.

AEquè quàm. Suetonius in Claudio: Sed nihil æquè quàm timidus,ac diffidens fuit.

AEquidici verſus, ἰσολεκτοι, qui ſingulis propoſitionibus ἀντιθέτως apparant verſus dictiones,vt: Alba liguſtra cadunt, vacinia nigra legũtur. Albis n.nigra oppoſuit,liguſtris autem vacinia attribuit,& cadentibus legenda aſſignauit. Ex Diomede Grammat.lib.3.

AEquiformis, ἰσόσχημος, vt verſus æquiformis apud Diomedem Gram.lib.2.R.C.

AEquiformis, ἰσόσχημος, Diomedes Gram.lib.3.

AEquipes, ἰσόπους. Diomedes Grammat.l.3. Æquipedi ſono tibicen ſpondalium canere iubebant.

AEquipes, ἰσόπους vt ἰσοσκελής. Apuleius lib.de Dogmate Platonis: Æquipedum verò, trigonum efficere ex ſeſe quadratum: Quadratum verò cubum.

AEquor ventris. Gellius lib.12.cap.1. Ne æquor illud ventris irrugetur,ac de grauitate oneris, & labore partus fatiſcat. Vbi æquor οἴδημα ac tumor.

AEris alicuius, i.alicuius precij & indicaturæ. Gellius lib.18. cap.5. Ecquid putatis, ſi magiſtrum prælectorémque habuiſſet alicuius æris, quadrupes æquus dicturum fuiſſe?

AEſalon, αἰσάλων Ariſtoteli. Æſalon Aphricanus, videtur eſſe qui nobis Lauier de Barbarie. Qui verò Lauier de pays, di-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

catur Æſalon Gallicus. Æſaloni inter accipitres ſecundus locus poſt Triorchem tribuitur ab Ariſtotele. Plin. lib.10.cap. 8. perperam tribuit Æſaloni,quod Ariſtoteles Triorchi, nempe quod omni tēpore appareat.Vide Triorches. Idē rurſus lib.10. c.74.Æſalona magno errore paruā auē facit,nec fideliter Ariſtot.verba expoſuit de inimicitia Æſalonis cū vulpe & coruo.

AEſopius, αἰσώπειος, dicitur & Æſopeus.Macrob.lib.1.Cōm.in Som. Scipion.cap.2.Eſopiæ fabulæ elegantia fictionis illuſtres.

AEſtimatio, τιμὴ ſiue τίμημα, pretiū. Catullus in Aſinium: Aut mihi linteū remitte Quod me non mouet æſtimatione, Verum eſt μνημόσυνον mei ſodalis.i.tanti mihi non eſt.

AEſtimationis.Gaius D.lib.21.Tit.1.l.18. Si quid venditor de mancipio adfirmauerit, idque non ita eſſe emptor queratur, aut redhibitorio,aut extimatorio, i.quanto minoris iudicio agere poteſt & l. 43. Æſtimatoria agere,quanto minoris.

AEſtimatoria actio,i.de æſtimato:cùm res æſtimata venden da data ſit.De quo Titulus D.lib.19.

AEtas eius competit. quod dicunt, Is competentem habet ætatē.Suetonius in Auguſto: Adiutauit ſi cuiuſquam neptium ſuarum competeret ætas,oblaturum ſe fuiſſe eam.

AEtherea terra.Macrobius Comment. lib. 1.cap. 11.A luna enim deorſum natura incipit. Deniq; illā ætthereā terrā phyſici vocauerunt, & habitatores eius lunares populos. Rurſus: vt ſit luna pro terra, quam æthercam terram à phyſicis diximus nominatam.

AEuiternus, αἰώνιος, ſempiternus. Apuleius de Deo Socratis: Quos deos Plato exiſtimat veros, incorporales,animales, neque ſine vllo fine,neq; exórdio,ſed prorſus ac retro æuiternos.

AEx αἶξ Ariſtoteli.Hiſtor.lib.8.cap.3 vertitur Capella.Sed nomen à voce: Gallis Vanneau: auis quæ amnes & lacus incolit: quæ nunc apud Græcos nomen retinet. Satis pulchra eſt & cirrhata(ob id quibuſdam ſtymphalis Plinij) Italis pauōzino dicitur,in hortíſque aſſueſcit, herbíſque noxia animalia vt erucas,depaſcitur. At quibuſdam Vanneau malè exiſtimatur ἄνθος Ariſtotelis,Gazę Florus,cui pulcher color, magnitudo fringillæ.

Affabilior,Comparat.Seneca Epiſt.80. Alius erit affabilior, alius expeditior, alius promptior in eloquendo.

Affabiliter,& Gellius affabiliſſimè. Macrobius Satur.lib.7. cap.1.Ab imperatore comiter, affabilitérque ſuſceptus eſt.

Affabi-

Affabiliter. Spartianus in Caracalla: Quos occidere parabat, affabiliter eſt allocutus.

Affectiſsimus. Velleius Paterculꝰ Hiſtor.2. Inopia affectiſſimi.

Affectuoſus, παθητικός. Macrobius Satur.3.ca.15. Piam, affectuoſamque rem feciſſe ſe iactans.

Affirmator. Vlpianus D. lib.27.Tit.7.l.4: Eadem cauſa videtur affirmatorum: quia ſcilicet cum idoneos eſſe tutores affirmauerint, fideiuſſorum vicem ſuſtinent.

Affixa, vt domum inſtructam legare cum omnibus affixis, Paulus D.lib.33.Tit.7.l.18. Et l.21, Quæcunque infixa inædificatáque ſunt. l.26. Illigata ædibus.

Afflicti mores, i. profligati atq; perditi. Macrobius Satur.lib.6.cap.7. Nemo quiſquã tam afflictis eſt moribus, quin faciat, aut dicat nonnunquam aliquid, quod laudari queat.

Agallochum, ἀγάλλοχον Dioſcoridi, ξυλαλόη Aetio: officinis lignum aloes (ſolent tamen ſubſtituere lignum Rhodium ſiue Aſpalathum) quod dùm vritur liquatur gummi modo, ac olet ſuauiſſimè. Volunt eſſe Tarum Plinij.

Ager emphyteuticus, i. vectigalis, datus εἰς ἐμφύτευσιν. Macer D.lib.2.l.15. Sed & qui vectigalem, id eſt emphyteuticũ agrum poſſidet, poſſeſſor intelligitur.

Agere pœnitentiam, μετανοεῖν. Vtitur præter Plinium Secũd. Cor. Tacitus in Dialogo: Neque illius, inquit, ſermonis mei pœnitentiam ago: i. non me pœnitet.

Ageraton, ἀγήρατον planta adhuc ignota. nec n. eſt coſtus minor, vel Italorum herba Giulia (quæ Eupatotium Meſuæ,) quia non ſimilis origano. Nec de agerato inter authores ſatis cõuenit. Dioſcoridi eſt frutex φρυγανώδης, ἀνθεμώδης, ταπεινὸς. Sed Plinio libr.27.cap.4. ferulacea planta eſt, duorum palmorum altitudine.

Agiliter, ἐλαφρῶς. Diomedes Grammat.lib.1.

Agitatus, us, motus, agitatio, κίνησις. Macrob. Comm.lib.2.c.14. Imò per diuerſa mouerẽtur, ſi ſpontaneo ferrẽtur agitatu.

Agreſſor, is, graſſator. Vlpianus D.lib.48.Tit.9.l.7. Vt latronibus aggreſſoribúſque daretur, qui patrem interficerent.

Agreſſor. Vlpianus D. lib.29.Tit.5.l.1. Veluti ſi quis clamauit vt ad auxilium conueniretur: aut terruit aggreſſores.

Aggreſſura, æ, Vlpianus D.lib.29.Tit.5.l.3. Si cùm omnes domini aggreſſuram paterentur, vni ſeruus opem tulit.

Aggrauata valetudo, grauior facta. Suetoniꝰ in Auguſto: ag-

grauata valetudine tandem Nolæ ſuccubuit.

Agnomentum (vt cognomentum) agnomen. Apuleius in Apologia: igitur agnomēta ei duo indita, Charon, vt iam dixi, ob oris & animi diritatem: Sed alterum, quod libentius audit, ob deorum contemptum, Mezentius.

Agnoſcere onus tributi, i. in ſe ſuſcipere. D. de pactis leg. 42. Inter debitorem & creditorem conuenerat, vt creditor onus tributi prædij pignerati non agnoſceret, ſed eius ſoluendi neceſſitas debitorem ſpectaret.

Agricultor. rectè apud Liuium. & Sic D lib. 22. Tit. 3. l. 25. Paulus: miles, vel agricultor.

Alaternus, in Gallia (vt in territorio Sancti-Spiritus oppidi quod Rhodanus alluit) *Alarder* appellatur: in Italia *Alaterna*, & *Linterna*: *ἐλαίπρινος* Cretēſium (& *φυλίκη* Theophraſti quorundā opinione) Arbor eſt, cuius folia inter ilicem & oliuam, viridis coloris obſcuri. Plinius lib. 16. cap. 26. inter infrugiferas repoſuit: fert tamen fructus racematim Lentiſco ſimiles.

Alauda, vulgò Alouette: Italis Lodola: Anglis Lerc. Sunt alaudæ quædam criſtatæ: & quædam ſine apice. Criſtata propriè eſt Galerita (à galero: ideo Galericum vocat Varro) vel à caſſide (vt à *κόρυς κορύδαλος*) Caſsîta, Græcis *κόρυδος*, *κορύδων*, *κορυδαλλὶς*, vel *κορύδαλος* (licet ita vtraque ab Ariſt.) & ad diſtinctionem *κορύδαλος λοφίας*: Gallis Alouete hupée: Italis Capelluta. Alauda ſine apice maxima, quæ valde vocalis & canora, *σπερμολόγος* Myndij: noſtris Calēdre, vel Cocheuis: Italis Calādra. Eſt & Alauda nigra ac parua: vulgò alouette de mer: aliá que Alouette de pré. De Alaudis Ariſtot. li. 9. hiſtor. c. 25. & Plinius lib. 11. cap. 36. vbi pro Paruæ, quæ: legito Paro, atque, &c.

Alauſa, vide *Clupea*.

Albumen oui Plin. oui candidum Celſo, oui albor Palladio, *τὸ λευκὸν τοῦ ᾠοῦ* Ariſtot. *ᾠοῦ παχὺς καὶ λευκὸν* Traliano: Gallis glaire vel aubin d'œuf. Ital. Chiara d'unouo. Vitellus verò Horat. ſiue luteum oui Plin. *λέκυθος* (luet apud Artemidorum pro oui putamine) *χλωρὸν τοῦ ᾠοῦ* Hypocr. & *χρυσοῦ τῶν ᾠῶν* ſiue *πυῤῥὰ* apud Athenæum, i. vitelli: Gal. iaune vel moyeu d'œuf: Ital. roſſo d'ouo: torlo.

Alburnus, piſcis de quo Auſonius, Gallicè Albe, vel Ablette: fluuialis eſt, digitali magnitudine, aphyis albis ſimilis, oculis magnis, rubeſcētibus, dorſo ſubuiridi, ventre cādido: lineiſque duabus diſtinguitur.

Alcyon

Alcyon, vel *Halcyon*, & Alcedo ſiue Halcedo, ἀλκυὼν ſiue ἁλκυὼν ἀπὸ τοῦ ἐν ἁλὶ κύειν, quòd in mari patiat) & diminutiuè ἀλκυονὶς: Gallis Drappier: Martinet peſcheur: Northmanis Martin bec peſcheur, & l'oyſeau ſaint Martin. Alcyon fluuiatilis, Roncherole. Alcyon maior Aruernis, Merle d'eau. Alcyon nunc vulgò Græcorum φασιδόνις. Alcyon mas vocatur Ceyx, κήυξ & κήρυλος vel κηρύλος, & κῆεις: noſtris Mateuignon (quæ Merops Bellonii, qui Cerylum Caniard appellauit) Italis Cuirlo, cuius vox κήυξ, vnde & nomen. Plinius lib. 32. cap. 8. Fit in mari & halcyoneum appellatum, ex nidis, vt aliqui exiſtimant, halcyonum, & Ceycum, &c. lege & quæ ex Ariſtotele, parum tamen fideliter, de Halcyonibus ſcripſit lib. 10. cap. 3. & Theocritus Idyl. 7. & 19. ac cum Æliano Plutarchus lib. Vtra animal. & lib. de amore in prolẽ. Varro de lingua Lat. 3. Halcedo hyeme quòd pullos dicitur tranquillo mari facere, eos dies halcyonios appellãt. Ceycis & alcyonis metamorphoſis apud Ouid. & Lucian. Noſter Drappier, etiam Artre dicitur (quia pannos à tineis conſeruat eius cadauer ſuſpenſum incorruptum permanens, renaſcentibus plumis.) Italis Piombino: Hiſpanis Aruela.

Alemannicus. Spartianus in Caracalla: Cùm Alemãni nomen aſcriberet.

Alid ſiue alit pro aliud (quod & aliut veteres) apud Lucret.

Alienare de alienatione animi, i. demẽtare. Seneca Quæſt. natur. lib. 2. cap. 53. Quocunque decidit fulmen, ibi odorem ſulphuris eſſe certum eſt, qui quia natura grauis eſt, ſæpius hauſtus alienat.

Alienata mentis ſignum oſtẽdere, Suetonius in Auguſto. & infrà mentis diminutionem dicit.

Alimonia, æ, τροφὴ, alimentum & alimonium Varroni. Gellius lib. 17. cap. 15. Amiſſóque omni naturalis alimoniæ fundamento, homo exhauſtus intereat.

Aliorſum pro ad alium locũ, vt aliorſum pertinet. Gellius lib. 17. cap. 1. Sed id aliorſum pertinet, atque alio loco dicetur.

Aliquo multum. Apuleius in Apologia: Sed hæc defenſio, vt dixi, aliquo multum à me remota eſt.

Aliquem magis quàm oculos amare: quod veteres de re chariſsima. Terentius Adelphis: Di me, pater, omnes oderint, ni magis te, quàm oculos nunc amo meos. Catullus in Epigram. de luctu paſſeris: Paſſer mortuus eſt meæ puellæ Quem plus

illa oculis ſuis amabat. Sic Callimachus in hymno in Dianam: Καί τέ σε φασὶ καλὴν αἰγίκλῃσιν ἴσον φάεσι φιλῆσαι..

Aliſma ſiue *Damaſonion*, ἄλισμα. Deſcribit Plinius ex Dioſcoride lib.25.cap.10. Adhuc planta ignota eſt. Nec n. eſt plantago aquatiqua, minuſque ea quam figura exhibet Matthæolus, cui nec caulis ſimplex, nec quidquam thyrſi inſtar (vt in acantho cernitur) & tamen eaſdem vires, quas aliſma Dioſcoridis habere atteſtatur, cuius teſtimonio fidem derogat vel ipſa remediorum varietas cum experiendi difficultate.

Allectio: de allectis in ordinem Senatorium: Iulius Capitolinus in M. Antonino: Hiſpaniis exhauſtis Italica allectione contra Traiani præcepta verecundè conſuluit.

Allegare preces, precari: Apuleius in Apologia: Tacitas preces in templo deis allegaſti.

Allegatio, excuſatio quæſita quidpiam citãdo atque allegando. Marcianus D.lib.23. tit.2.l.60. falſis allegationibus ſe à tutela excuſare.

Allegatio, res quæ allegatur ac citatur defenſionis cauſã. Iulius Firmicus Matheſeos lib. 1. Sed iam huic noſtræ allegationi & ipſi qui contra dicebant ex parte conſentiunt.

Allegatio, δικαιολογία, citatio. D. de Minorib. l.17. In integrũ verò reſtitutio erroris proprij veniæ petitionem vel aduerſarij circumuentionis allegationem continet.

Alliſio. Spartianus in Mario ſeptimo: Multa duorum digitorum alliſione contriuit.

Allium vlpicum, vide *Alum*.

Allucere. Suetonius in Vitellio: Flagrante triclinio ex conceptu camini, tum quidem conſternatis & quaſi omine aduerſo anxiis omnibus, inquit, bono animo eſtote, nobis alluxit.

Alnus, κλήθρα, Gallis Aulne: Italis Alno, Auno, Onio, Onizzo, Alnaro, & Alano. Non eſt infrugifera, ſed floret ac fructum fert. Flos paruulus rubeſcit. Semen exiguum in compactili calo, qui mori magnitudine nec forma diſsimilis.

Alopecurus, ἀλωπέκουρος (Theophraſto hiſtor.lib.7.cap.10.) gramen tomentoſum Herbariorum. Herba quæ ſpicam habet mollem, & lanuginem denſam, albam ac ſplendentem, non diſsimilem vulpium caudis, vnde ei & nomen. Plinius lib.21. cap.17. inter ſpicatarum genera recenſuit.

Altero tanto amplius. Iulianus D. lib. 28. Tit.2.l.13. Ita n. ſecundum voluntatem teſtantis filius altero tanto amplius habebit,

bebit,quam vxor.

Alternatio, & apud Feſtum, ac Macrob. Satur.lib.7.cap.5. Eſt enim Rhetorica prælusio, cõmunes locos in vtramuis partem inuentorum alternatione tractare.

Alternatio,ἀμοιβὴ,παράλλαξις,viciſsitudo. Apuleius in Hermetis Aſclepio:Mundus præſtitor eſt,&tributor omnium quæ mortalibus videntur bona,id eſt alternationis partium,&c.

Altus,us,ui,alendi actio θρέψις.Macrobius Satur.lib.1.cap.20.Vel terræ,vel rerum naturæ altu nutritur vniuerſitas.

Altiuſculus , paulo altior. Suetonius in Auguſto : Calciamentis altiuſculis vſus eſt, vt procerior quàm erat, videretur.

Altiſsimè.Suetonius in Auguſto: cùm altiſsimè euolaſſet.

Alui duritia. Suetonius in Nerone, Quam cum ex duritia alui cubantem viſitaret,i.quòd aluus aſtricta & ſuppreſſa.

Alum, ὀφιοσκόροδον Dioſcor.allium anguinum vel ſylueſtre: Gal.ail ſauuage.Ital.aglio ſaluatico.Plinius lib.19.cap.6. Allium eſt & in aruis ſponte naſcens , alum hoc vocant (quo nomine & ſymphiton petræum , appellat lib. 27. cap.7.) quod aduerſus improbitatem alitum depaſcentium ſemina coctum , ne renaſci poſsit,abiicitur: ſtatimque quæ deuorauere aues, ſtupentes manu capiuntur , & ſi paululum commorauere ſopitæ. Aliud allium vlpicum, ſiue Cyprium, ſiue ἀντισκόροδον, atque vt opinor σκοροδόπρασον Dioſcoridis , quod in Italia, vt Bononiæ, aglio vulpico , & auentano dicitur. De eo ibidem Plinius.

Amarantus ἀμάραντος,Gallis Paſſeuelours:Italis fiorueluto, Geloſia Patauij.Plinius lib.21.cap.8.Amaranto non dubiè vincimur. Eſt autem ſpica purpurea verius, quàm flos aliquis , & ipſe ſine odore. Eſt autem non φλὸξ ſiue φλόγινον Theophraſti (vt tamen cenſuit doctiſsimus Auguillara , cui primas in hac cognitione tribuo) ſed πορφύρειον potius,quam Purpuream trãſtulit idem Plinius lib.21.cap.11. cui φλὸξ flammea eſt : de qua egimus in lexico in voce πορφύρειον.

Amariſsimè.Suetonius in Tiberio : Accuſauit per literas , amariſsimè congeſtis etiam probris.

Amaſcus, i. amator. Diomedes Grammat. lib. 1. Item ab amo veteres, inchoatiuo modo dixerunt amaſco. Vnde & amaſcos amatores dicebant, vt Plautus in Truculento : Iucundulos amaſcos.

Amazonicus, idem quod Amazonius, vt apud Suetonium in Nerone: peltæ Amazonicæ.

Ambifariam. Apuleius in Apologia. Itē Zenonem illum antiquum Velia oriundum, qui primus omnium dictionem ſolertiſsimo artificio ambifariam diſſolueret.

Ambitor, is. Lampridius in Alex. Seuero: Ita & patronis autorib. damnatus ambitor eſt. De quodam loquitur, qui per ambitionem ad militiam aſpiraſſet.

Ambitudo, ambitus. Apuleius in Hermetis Aſclepio: Tempus autem quod definitur, poteſt vel numeri, vel alternatione, vel per alterius ambitudinem rediens æternum eſſe.

Ambones, ἄμβωνες ſiue ἄμβικες, calycis genus. Apud Vlpianum D. lib. 33. Tit. 7. l. 13. Ambones, calyces, trullæ. vbi tamen mendoſè, ancones.

Ambulare tranſlatè de nauibus (ſic tranſgreſſus & trāsgreſſio, ac tranſgredi de transfretatione) Cato de re ruſtic. Fundus eo in loco habendus eſt, vt & oppidum prope amplum ſit, & mare, aut amnis, qua naues ambulant. Quo ſenſu naues progredi dixit Salluſtius, & Homerus νῆας ποντοπόρους appellauit, quaſi pontigradas.

Ambulare in maſculos: de pædiconib. Seneca controuerſiarum lib. 1. in 5. Ambulat in maſculos: adeò nullum ſine amatore vitium eſt.

Ambulatoria volūntas. Vlpianus D. lib. 34. Tit. 4. l. 4. Ambulatoria enim eſt voluntas defuncti vſque ad vitæ ſupremum exitum.

Ambulatoria legis poteſtas, i. ſub alternatione concepta. Paulus D. lib. 23. Tit. 4. 10. Erit ergò poteſtas legis ambulatoria: quia dotalis fuit obligatio.

Amicarius. ab amica, amicarius, amicoſus: vt à charta chartarius, chartoſus: à lactuca, lactuarius, lactuoſus, à culcitra, culcitrarius, culcitroſus: Diomedes Grammat. lib. 1.

Amicio, præteritum amicui, & amixi. Brutus in laudatione Appij Claudij: Quæ te toga prætexta amicuit. Sed Varro: Sceleris magiſter amixit: Ex Diomede Grammatices lib. 1.

Amicum amatumq́ habere. Gellius lib. 16. cap. 19. Eum Arionem rex Corinthi Periander amicum amatumque habuit.

Amitini, Amitinæ, id eſt qui, quæve ex fratre & ſorore propagantur. Sed fere vulgus omnes iſtos communi appellatione Conſobrinos vocant: Caius D. lib. 38. Tit. 10. l. 1.

Amittere.

Amittere verba, quod Homerus ait, *ἀφασίη λάβε μύθου*. In Epitom. Sexti Aurel. Victoris in Nerua: Perinde trepidauit, vt colore mutato, verbis amiſsis, vix conſiſteret.

Ammodytes, *ἀμμοδύτης* ſiue *ψαμμοδύτης*: Piſcis apud recentiores noſtrique ſeculi, qui Northmanis Lançon: Alibi Eſguille. Arenis ſeſe occultat, eruiturque à piſcatoribus pala: aut in æſtuariis calcando exertus excipitur ſagenæ vel verriculi genere, quod à noſtris Saure appellatur. Piſcis eſt fuſi forma ac lõgitudine, maxima parte albus: ſuauis & elixus, & frixus.

Amnis ſonans. Catullus: amniumque ſonantium. Sic Græci Sonantes fluuios vocant, vt in Sibyllæ Acroſtich. *σὺν πάσαις ποταμοὶ καχλάζοντες λείπουσι*. Et Theocritus in Ptolemæo, *καὶ ποταμοὶ κελάδοντες*. Virgilius in Georgicis. Transque ſonantem Aſcanium. Et in 12. Aneid. Stagnis quæ, fluminibuſque ſonoris Præſidet.

Amomum, aliis roſa Ierichuntina: aliis piperis ſpecies, quæ à Boxtu. Luſitanis Pimenta de Rabo, & in Syria piperis ſylueſtris nomine appellatur. Hæc ſuffrutex eſt, cuius vitiginea folia, flores albi, racemoſi: cùm defloruit, fert acinos granis viciæ ſimiles quantitate, ſaporis acerrimi. Totius plantæ grauis odor. Venetiis multis locis viſitur.

Amœnus animus, qui rei amœnitate delectatur. In Epitome Sexti Aurel. Victoris in Auguſto: Quodque eſt læti animi vel amœni, oblectabatur omni genere ſpectaculorum.

Amœniſſimè. Plinius Epiſtol. lib. 4. Pomponio: habitare amœniſsimè.

Ampeloprasſon, *ἀμπελόπρασον*. Gal. porreau ſauuage, porreau de chien: Ital. Porrine, porrini di vigna, porrãdello in Hetruria. Porrũ eſt, quod in vinetis naſcitur: De quo meliùs Dioſcoride Plinius lib. 24 cap. 15.

Amplectens, ab amplecto. Diomedes Grammatices lib. 1. Item vulgò dicimus amplector, veteres mutauerũt, amplecto crebrò dictitantes, vt Liuius in Odyſſea. Vtrum genua amplectens dixit: & alibi, amplexens pro amplexans. Eſt enim eius quod eſt amplector amplexor amplexaris iteratiuum. Ex hoc ergo amplexans, non amplexens fit participium.

Ampliare ætatem. Scæuola D. lib. 24. Tit. 1. l. 16. Ita vt ex vſuris aleretur, prout ætatem ampliauerit.

Ampliuſculus, paulò amplior. Apuleius in Apologia: Quid enim faciat homo miſer, ampliuſcula fortuna deuolutus.

An ſi. Paulus D.lib.21.Tit.1.l.58. Quæro,an ſi ſeruus apud emptorem fugit, & in cauſa redhibitionis eſſe pronuntiatus fuerit,non prius venditori reſtitui debeat,quàm &c. Ouidius in Epiſtol.An ſi quis rapiat ſtabulis armenta recluſis, Arma feras,rapta coniuge lentus eris?

Anagallis. vide Corchotus.

Anagyris, ἀνάγυρις,Italis Faua inuerſa,& faua lupina: Cuius & ſpecies Eghelo Italorum,arbor cytiſo ſimilis. hanc Laburnũ Plinij lib.16.cap.18.quidam eſſe opinantur.Nautea Sexti Pompeij,non eſt anagyris, ſed herba granis nigris, qua coriatij vtũtur:quæ fœtida vt nautea,i.ſentina,teſte Nonio Marcello.

Anas torquata, Gallis cane au collier, Tadorne. Eſt & anas κεφαλόκιῤῥος mas, Cane a la teſte rouſſe,φῶιξ Ariſtoteli Hiſtor. lib.9.cap.18. apud Monſpeſſulenſes Bois vocatur, & à Lugdunenſibus Niais.

Anchorago, piſcis,de quo in voce Tonſicula.

Angulatim. Aduerb.apud Diomedem Grammat.lib.j.

Anguſtare verbo præter Claudian.& Senecam etiam vtitur Macrobius Satur.lib.7. cap.10.anguſtat vocis meatum.

Animam tradere alicui, pro ſe totũ ei tradere:quod & animã credere dicitur à Lucano.Catullus ad Alphenũ:Certe tu deierabas animam tradere. Sic n.legendũ,non vt vulgatũ ac editũ, tute iurabas,aut iubebas. Quod & fefellit Interpretem Statiũ.

Animus malè fractus. Suetonius in Nerone:Collapſus,animóque malè fracto diu, & ſine voce, & prope intermortuus iacuit.

Animi amaritudo, Lampridius in Alexandro Seuero.

Animaduerſio capitis, puniendi authoritas & animaduertendi in caput magiſtratui conceſſa. Pomponius 1. Digeſt.Tit. 2. Itaque Dictatores proditi ſunt,à quibus nec prouocandi ius fuit:& quibus etiam capitis animaduerſio data eſt.

Animoſitas, τὸ θυμοειδὲς. Iulius Firmicus Matheſeos lib.2. Secura mentis animoſitate perdiſce.

Animoſitas. Macrobius Comment. lib. 1. cap.6. Animoſitas, quam θυμικὸν vocant.

Annare. Macrobius Saturnal.lib.1.cap.12. Eodẽ quoque mẽſe & publicè & priuatim ad Annam perennam ſacrificatum itur:vt annare perennaréque commodè liceat.

Annotare. Iudex dicitur Annotare reum requirendum (vt D.lib.48.Tit.17.l.1.)cum decernit & in acta ſeu Commentarios

refe-

referendum ac perſcribendum curat, vt is requiratur. Plinius lib. 10. Epiſt. Fuerunt alij ſimilis amentiæ, quos quia ciues Romani erant, annotaui in vrbem remittendos.

Annotatiuncula. Gellius lib. 17. cap. vlt. Sed progreſsi lõgius ſumus, cùm finem propoſuerimus annotatiunculis.

Annotamenta, adnotationes. Gellius lib. 1. cap. 7. Apud veteres ſcriptores locutionum talium copiam offendimus, atque his vulgò annotamentis inſperſimus.

Annus mundanus ſiue vertens, eſt magnus annus qui conuerſione mundi, i. cœli (nempe octauæ ſphæræ, quod ἀπλανής) & plenæ vniuerſitatis, efficitur, nempe poſt annorum xv. millia peracta, Macrobius Commentar. lib. 2. cap. 11.

Annum gerere, pro agere annum. Suetonius in Veſpaſiano: Extinctus eſt annum gerens ætatis ſexageſimum, &c.

Annos exuere, ponere exuuias: de ſerpentibus cum leberidẽ annuamque vernationem deponunt. Tibullus Eleg. 4. lib. 1. Serpens nouus exuit annos. Ouidius 3. de Arte: Anguibus exuitur tenui cum pelle ſenectus. Virgilius Georg. 3. Cùm poſitis nouus exuuiis, nitidúſque iuuenta Voluitur. Nicander in Theriacis: ἦμος ὅτ' ἀυαλέων φολίδων ἀπεδύσατο γῆρας. Plinius, membranam exuere lib. 30. Et ſenectam exuere lib. 20. cap. penult. Vide Reduuiæ.

Annuli cura, Cancellarij (vt loquimur) dignitas. Iuſtinus Hiſtor. lib. Trogus dicit patrem ſuum ſub Caio Cæſare militaſſe, epiſtolarúmque & legationum, ſimul & annuli curam habuiſſe.

Annonaria prouiſio, Spartianus in Baliſta.

Antecedentis gradus homines, qui altioris dignitatis: quibus opponuntur, Inferioris gradus homines, à Marcello Iuriſconſ. D. lib. 23. Tit. 2. l. 49.

Anteceſſores equites Hirtio de bello Africo, antecurſores Cæſari, quos Auancoureurs appellamus, i. πρόδρομοι.

Anteloquium, rectè obſeruatum eſt προλογίας primaſque in loquendo partes ſignificare ex Macrobio Idem Satur. lib. 1. cap. vlt. Philoſophia, inquit, quod vnicum eſt munus Deorum, & diſciplina diſciplinarum, honoranda eſt anteloquio. Vnde meminerit Euſtathius primũ ſibi locũ ad diſſerendum, omni alia profeſsione cedente, conceſſum.

Anteuorta, vide *Poſtuorta*.

Anthriſcum ſiue Anthriſcus Plinio lib. 22. cap 22. ἄνθρισκον

Theophr.hiſtor.lib.& cap.7.Oleris genus Scandici ſimile, ſed tenuioribus foliis atque odoratioribus. Græci comparant anetho.Itaque an ſit ea herba quæ à noſtris Cerfeuil, Italis Cerefoglio,& vt volũt Chærephyllon Columellæ, certè adhuc dubito.Quia Scandicem,eam quam pectinem Veneris herbarij, nonnulli vocant: nec de pectine Veneris Plinio, Matthæolus atque Anguillara rei herbariæ principes vllo modo cõſentiũt.

Anthus, ἄνθος Ariſtoteli hiſtor. lib.8. cap.3. Florus Gazæ (φλόεος Suidæ: & ſic nunc in Græcia) Gallis Bruant,auis pulchri coloris eſt, magnitudine fringillæ: circa amnes ac paludes degit.Quidam expoſuere, Vanneau. Sed ea eſt αἶξ Ariſtoteli.Vide Æx.Plinius (ex Ariſtotele)lib.10.cap.42.Eſt quæ equorum quoque hinnitus, Anthus nomine, herbæ pabulo aduentu eorum pulſa imitatur, ad hunc modum ſe vlciſcens. Rurſus cap.74.Ægithum vero Anthus in tantum odit, vt ſanguinem eorum credant non coïre, multiſque ob id infament veneficiis.

Anthiæ. Apuleius Floridorum lib. 1. de Apolline: Iam primum, inquit, crines eius præmulſis antiis, promiſsis capronis anteuentuli & propenduli.

Antiſtes(qui antiſtat)cum Datiuo. Catullus: Verram,omnibus è meis amicis Antiſtes mihi millibus trecentis,veniſti.

Anxus participiũ ab angor teſte Diomede Grammat.lib.1.

Aperto pectore, i. liberè ac ſimpliciter, non ſimulatè, vt in amicitia pectus apertum eſſe debet: quod & Cicero. Plinius Epiſtol.lib.6. Fab.Epiſtolarum quas mihi (vt ais) aperto pectore ſcripſiſti,obliuiſci me iubes.

Apertura tabularum. Vlpianus D.lib. 28. Tit.5.l.3.Aperturæ tabularum dilatio neceſſarij hæredis ius non mutat.

Aphace (inter legumina) ἀφάκη,Gallis Veceron (eſt n.viciæ ſpecies) Italis Vecione, & Ceſerone: de qua in noſtrò Lexico in Ἀφάκη.

Apiaſtra,vide *Merops*.

Apices literarum,accentuum notæ.Gellius lib.13.cap.29. Vix ipſos literarum apices potui comprehendere.

Apua. ἀφύα,& ἀφρὸς Ariſtoteli,& Athenæo ἀφρίτης,qui piſciculus omnium minimus. Ciues mei in Northmania rectiſsimè vocant Menuiſe. Eſt etiam ex apuarum genere, quæ vulgò Anchoiẽ, Ariſtoteli ἐγκρασίχολος, & λυκόστομος Æliano. Ex qua liquamentum atque elæogarum optimum ad ex-

ad excitandam appetentiam. Addito oleo, vino, aceto, totus piſcis (qui muria conditus aſſeruabatur) ſubiectis prunis liquatur: nec ſpinæ veſtigium remanet: quod ego ſæpius non ſine admiratione expertus ſum. Eſt & alia Apua, quæ ἀφύα κωβῖτις (vel vt alij κωβῖτις) Ariſtoteli, vulgò loche. Fœtus eſt gobij. Et Apua phalerica, ἀφύα φαληρική, vulgò Nadelle, vel Melete, Rhotomagi Crado. Piſcis molliſſimus eſt atque pinguis, ſardinis ſimilis, niſi quod minor & latior. Denique & in cẽſu apuarum, piſciculus, qui vulgariter Iuoil, ἐγκρασίχολος Ariſtoleli, Natica Plauto apud Feſtum. Et Apua membras, μεμβρὰς, vulgò Celerin.

Apolectus, vide *Thynnus*.

Apoſphragiſma, ἀποσφράγισμα, ſigilli cælaturâ forma expreſſa. Plinius Traiano: ſignata eſt annulo meo, cuius eſt apoſphragiſma quadriga. Sic Ectypa dicuntur.

Apparatius, Aduerb. Plinius Epiſtol. libr. 1. Potes apparatius cœnare apud multos, nuſquam hilarius.

Appellatorius, ἐπικλητικός, vt libelli appellatorij, D. lib. 49. Tit. 1. l. 1. & 5. & Tit. 5. l. 5. intra appellatoria tempora.

Appellitare, Macrob. Saturnal. lib. 1. cap. 7.

Appendere in dotem. Vlpianus D. lib. 23. Tit. 3. l. 34. Mater cum filiæ aurum dediſſet vtendum, pater puellæ id aurum in dotem viro appendit.

Appendix ſpina, vide Spina.

Appetitor, is, Lãpridius in Alex. Seuero: Boni linteaminis appetitor fuit, & quidem puri.

Appetentia gloriæ, i. appetitio. In Epit. Sexti Aurel. Victoris in Antonino Pio: Appetentia gloriæ carens & oſtentatione.

Appetibilis, ἐπιθυμητός. Apuleius lib. de Philoſoph. Solitudinem & laborem, ſi naturales eſſent, & ab ipſa virtute deſcenderent, & eſſent pro aliqua præclara adminiſtratione ſuſceptæ, appetibiles dicebat eſſe.

Appetibilis, ἐπιθυμητός. Macrobius Saturnal. lib. 1. ca. 1. Oportet enim verſari in conuiuio ſermones, vt caſtitate integros, ita appetibiles venuſtate.

Apprehendere pro comprehendere. Calliſtratus D. lib. 23. Tit. 2. l. 64. Puto heredem quoque tutoris extraneum ſententia apprehendi.

Appulſus pecoris. inter ſeruitutes, ius ad aquam appellendi, vt hauſtus. Vlpianus D. lib. 8. Tit. 3. l. 5. Neratius ex Plautio ait,

nec hauſtum pecoris nec appulſum, nec cretæ eximendæ, calciſque coquendæ ius poſſe in alieno eſſe, niſi fundum vicinum habeat.

Apriculus, piſcis qui *καπρίσκος*, cuius dentes acutiſſimi ac validiſſimi teſte Oppiano: diuerſúſque ab eo qui aper dicitur, Græcè *κάπρος*. Apuleius in Apologia: Tam ridiculum argumentum, quàm ſi dicas, venandis apris, piſcem apriculum. Ennius: Apriculum piſcem ſcito primum eſſe Tarenti.

Aprarius, Adiect. ab aper, vt retia apraria. Paulus D. lib 23. Tit. 7. l. 22. Fundo legato vt optimus maximúſque eſt, retia apraria, & cætera venationis inſtrumenta continebuntur.

Apus, vel *Cypſelus*, *ἄπους*, *κύψελος* Ariſtoteli: auis eſt de genere hirundinum, cuius pedes curti ac mutili quaſique inutiles. Hirundo ruſtica vocatur Gallicè Martinet: Apus furuus maior, grand Martinet: Apus fœmina, Martelet. Cypſeli nomen ferè retinet: venetiis. Lege Plinium lib. 10 cap. 39.

Aquifolia (ab acutis foliis. olim aquus pro acus) *ἀγρία* Theophraſto (non verò, vt putauit Plinius *κράταιγος*: de quo in noſtro Lexico:) hæc n. meſpili ſylueſtris ſpecies) vel aquifolium Plinio: Gallis Hous, & Lugdunenſibus aigron ſiue aigreuon: Italis Agrifolio. Arbor eſt ſemper viridis, cuius folia per ambitum aculeata ac ſpinoſa: fructus rotũdus ac rubeus. Ex aquifoliæ corticibus in fimo putrefactis fit & viſcum capiendis auibus.

Aquifolia etiam diuerſa Arbor, ſpeciéſque Ilicis (quæ *πρῖνος* ſiue *ἀρία* Theophraſto,) *σμίλαξ* Arcadiæ: (vide in noſtro Lexico *σμίλαξ*.) Græci nunc has arbores vocant *μιλακὶ*, & *ἀκυλακὶ*. Vide Ilex.

Aquila marina, *ἀετὸς θαλάσσιος*: Northmanis Tire (at Tare franke Aquitanis, Romanorúmque Neapolitanorúmque aquila, potius Paſtinacæ ſpecies. Vide ſuo loco.) piſcis planus & cartilagineus paſtinacæ ſimilis excepta cauda ac radio: cuius caro dura, viliſque. Aquilæ cauda quaternum pedum acutis & muricatis oſſiculis tota exaſperatur & horret: biniſque ſuppoſitis radiis oſſeis armatur denticulatis, ita diſpoſitis denticulis, vt ſurſum verſus tractanti innoxij, è contra verò ſauciẽt. His radiis barbarorũ ſagittæ cuſpidantur. Plinius libr. 9. cap. 24. Planorum piſcium alterũ eſt genus, quod pro ſpina (lego pinna) cartilaginem habet, vt raiæ, paſtinacæ ſquatiuæ, torpedo,

pedo, & quos bouis, lamiæ, aquilæ, ranæ nominibus Græcia appellat.

Aquila, ἀετὸς, Aigle: cuius ſpecies Valeria, Aigle noire, μελαναετὸς, minima magnitudine, viribus præcipua, colore nigricans: quæ ſola aquilarum fœtus ſuos alit, ſola ſine clangore, ſine murmuratione. Apud Euſtathiũ μελαναετὸς, quam volunt eſſe Hierofalconem, nobis Gerfaut, quæ aliorum μόρφνος. Conuerſatur in montibus. Secundi generis Pygargus, πύγαργος (quòd πυγὴν ἀργὴν caudam albã habeat, cognomine νεβροφόνος hinnularia) Gallis, Aigle blanche queũe: ab albicante cauda. In oppidis & cãpis manſitat. Tertij Anataria dicta, νηττοφόνος, μόρφνος, κλάγγος melius quàm πλάγγος apud Ariſtotel. noſtris Aigle Canardiere, quæ & Homero περκνὸς. Huic vita circa lacus. Quarti generis eſt Oripelargus, ὀρειπέλαργος, ſiue περκνόπτερος, vel ὑπάετος apud Ariſtotel. alij γυπάετος, Gallicè Aigle baſtarde, imbellis ac degener, vt quam coruus verberet: cui alæ minimæ, ac vulturina ſpecies. Quintum genus γνήσιον vocatur, velut verum, ſolúmque incorruptæ originis, media magnitudine, colore ſubrutilo, rarum coſpectu. Sextum clariſſimum oculorum acie, Haliæetus vocatur, ἁλιαίετος, Niſus Ouidij, Gallis Aigle marine: cui ceruix magna & craſſa, alis curuantibus, cauda lata. In mari piſcatur, viſo piſce in eum præceps ruens. Vltimum, Sanqualis, ſiue Oſſifragus vel Oſſifraga, aquila barbata, φήνη vel φήνης, ἅρπη Oppiani, Gallis Orphraye vel Ophraye, & Briſe-os. Adiicitur Aquila alpina, χρυσάετος Ariſtotelem Hiſtor. libro 9. capite 32. noſtris Aigle royal. Lege Plinium libro. 10. cap. 3. Apud Auicennam Alrachme etiam aquilæ ſpecies, vt aquila Cygnea apud Pauſaniam in Arcad. Aigle blanche, Aigle Charoupiere. Et quæ variis pedibus ἱππέρπυς recentium.

Aquoſiſsimus, Superlat. Seneca Quæſt. natur. 3. cap. 11. Quia ferè aquoſiſſima ſunt, quæcunque vmbroſiſſima.

Arachus, ἄραχος, vide *Clymenon*.

Arachus, ἄρακος ſiue ἀρακὶς Theophraſto (ſyluestris verò Aracus, ἄραχος Galeno: vide Clymenũ) leguminis genus: Gallis veſceron: Italis Mocho. Adhuc Græci ἄρακα vulgò vocant.

Araneus piſcis, draco marinus, δράκων θαλάσσιος, vulgò Græcorum δράκαινα: noſtris Viure, & Viue. Plinius libr. 9. cap. 48. Æquè peſtiferũ animal araneꝰ, ſpinæ in dorſo aculeo noxius. At ἀράχνης Ariſtoteli ſimilis cancellis. Detractis aculeis piſcis

craticula toſtus ac butyro addito modicóque aceti optimus eſt ægrotiſque ſaluberrimus. Noſtri, vt ſæpe vidi, draconis punctu͏ras non eius contuſa carne, ſed hepate feliciter ſanant.

Arbiter. Proculus D.libr.17. Tit. Pro ſocio. l.76. Arbitrorum enim genera ſunt duo: vnũ eiuſmodi, vt ſiue equum ſit ſiue iniquũ parere debeamus: quod obſeruatur, cum ex compromiſſo ad arbitrum itum eſt. Alterum eiuſmodi, vt ad viri boni arbitratum redigi debeat: Etſi nominatim perſona ſit comprehenſa, cuius arbitratu fiat.

Arbitratus, paſſiuè, i. Arbitrûm ſententia iudicatus. Gellius lib.1.cap.13. Anceps quæſtio, & in vtrãque partem à prudentibus viris arbitrata eſt.

Arbitrari, eſt arbitrum ſententiam ferre D. de Receptis arbitris l.44. Reſpondi ſi arbitro paritum non eſſet in eo quod vtroque præſente arbitratus eſſet, pœnam commiſſam.

Arbitrarius, pro voluntarius, qui noſtri arbitrij. Gellius lib.18.cap.10. Σφυγμὸς autem eſt intentio motus & remiſſio in corde, & in arteria naturalis, non arbitrarij.

Arbitralis iudicatio. Macrobius Satur. lib.7. cap.1. Vt ergo inter te & Vectium velut arbitrati iudicatione componam.

Arbutus, κόμαρος, Galli Arbouſier: Itali Comaro, & Arbatro. Arbor ſemper viridis, cuius fructus fragis ſimiles. de qua copioſè egimus in Lexico in voce *κόμαρος*. Arbutus Dioſcoridis eſt *ἀνδράχνη* Theophraſti, de qua & nos in Lexico. Nomen hæc retinet in Græcia. Arbutei fructus, *μιμαίκυλα* (& nunc vulgò Græcorum *κουμάρα*) Gallicè Arbouſes: Italicè frazzole, vt Venetiis.

Arcellula, æ, diminutiuum ab arcella, i. arcula, ab arca: Dio medes Gram. lib.1.

Archigallus. Iul. Firmicus Matheſ. lib. 3. Archigallos facient, & qui virilia propriis ſibi amputent manibus. Alibi, abſciſſi archigalli.

Exceptor, is, ὑπογραφεὺς, amanuenſis qui dictata excipit. Iulius Firmicus Matheſeos li.3. Si Mercurius cum Saturno fuerit inuentus Sole cum iis in eodem loco conſtituto malitioſos facit, maleuolos, peſſimos in omnibus actibus, & aut aduocatos, aut iuriſperitos, aut ſcribas, aut exceptores. Idem, Exceptores ſententiarum quæ de hominum capitibus proferuntur.

Diſtributores aquarum, de quibus Iulius Firmicus Matheſ. lib.3.

Archiuum.

Archium. Archiuorum tabulariorúmque cuſtodes Archeiotæ, ἀρχειῶται. Arcadius D. li. vlt. Tit.4.l.18. Archeotæ, logographi, tabularij.

Arcuarius, τοξοποιὸς, qui arcus facit. Arcadius D.lib. vlt. Tit. 6.l.6. Arcuarios(ſic in emendatis exemplaribus, non arcarios) recenſet inter eos, quibus aliquam vacationem munerum grauiorum conditio tribuit.

Arctatio, στενοχωρεία, σύνωσις Diomedes Grammat.lib.2. Cum quadam arctatione ſermonis, quæ ἐμφατικῶς à poëtis congeruntur.

Ardea, ardeola, ἐρωδιὸς(à quo vox Latina per contractionem mutata prima litera) Gallis etiam è Græco, Heron: Italis Airone: Hiſpanis Garza. Variæ ſpecies: Ardea pella, ἐρωδιὸς πελλὸς (i.fuſcus φαιὸς) Gallicè Heron gris. Eſt & ardea alba λευκερώδιος Ariſtoteli: noſtris Heron blãc. Tertij generis Ardea ſtellaris, ἐρωδιὸς ἀστερίας (cognomento ὀκνὸς, i. piger) noſtris Heron pareſſeux: Aſterias, mas, Gallicè Butor: Italis Trumbono, Tarabuſſo vel Terrabuſa. Dicitur & Butio. Author Philomelæ: Inque paludiferis Butio butit aquis: qui ſoni βύρυκοι Ariſtoteli in problem.25.2. De ardeis lege Ariſtotelem Hiſtor. lib.8 cap. 3. Plinium lib.10.cap.60. Idem lib. 10.cap.42. de auibus: Eſt quæ boum mugitus imitetur in Arelatenſi agro taurus appellata, alioquin parua. Bos taurus, noſtris petit Butor. Eſt & Aſterias cirrhata, Butor hupé. Et Ardeolarum generis, quæ noſtris Aigrete appellatur, λευκὸς Ariſtotelis.

Arenarius, θηριόμαχος, beſtiarius, qui in arena atque amphitheatro cum beſtiis depugnat, qui infamis Iuriſconſultis ac Satyris. Iul. Capitolinus in Antonino. Tam ſancti principis filius his moribus fuit, quibus nullus laniſta, nullus ſcenicus, nullus arenarius, &c.

Argentum raſile. Velleius Paterculus Hiſtor.2. de Cæſare: Quinque egit triumphos: Gallici apparatus ex Citro: Pontici ex Achantho, Alexãdrini teſtudine: Africi ebore: Hiſpanienſis argento raſili conſtitit.

Argentum viatorium: & Argentum balneare: de quibus D. lib.34 Tit.2.l.39.& 40.

Argentarium, argenteæ ſupellectilis inſtrumentum, ἀργυροθήκη. Vlpianus D.lib.24 Tit.2.l.19. Vt in iunctura argentea ſcio me dixiſſe quod non in argentario paterfamilias reponebat.

Argentoratenſis, Argentorati vrbis. In Epitom. Sexti Aurel.

craticula toſtus ac butyro addito modicóque aceti optimus eſt ægrotiſque ſaluberrimus. Noſtri, vt ſæpe vidi, draconis punctur as non eius contuſa carne, ſed hepate feliciter ſanant.

Arbiter. Proculus D. libr. 17. Tit. Pro ſocio. l. 76. Arbitrorum enim genera ſunt duo: vnū eiuſmodi, vt ſiue equum ſit ſiue iniquū parere debeamus: quod obſeruatur, cum ex compromiſſo ad arbitrum itum eſt. Alterum eiuſmodi, vt ad viri boni arbitratum redigi debeat: Etſi nominatim perſona ſit comprehenſa, cuius arbitratu fiat.

Arbitratus, paſſiuè, i. Arbitrûm ſententia iudicatus. Gellius lib. 1. cap. 13. Anceps quæſtio, & in vtrâque partem à prudentibus viris arbitrata eſt.

Arbitrari, eſt arbitrum ſententiam ferre D. de Receptis arbitris l. 44. Reſpondi ſi arbitro paritum non eſſet in eo quod vtroque præſente arbitratus eſſet, pœnam commiſſam.

Arbitrarius, pro voluntarius, qui noſtri arbitrij. Gellius. lib. 18. cap. 10. Σφυγμὸς autem eſt intentio motus & remiſſio in corde, & in arteria naturalis, non arbitrarij.

Arbitralis iudicatio. Macrobius Satur. lib. 7. cap. 1. Vt ergo inter te & Vectium velut arbitrati iudicatione componam.

Arbutus, κόμαρος, Galli Arbouſier: Itali Comaro, & Arbatro. Arbor ſemper viridis, cuius fructus fragis ſimiles. de qua copioſè egimus in Lexico in voce κόμαρος. Arbutus Dioſcoridis eſt ἀνδράχνη Theophraſti, de qua & nos in Lexico. Nomen hæc retinet in Græcia. Arbutei fructus, μιμαίκυλα (& nunc vulgò Græcorum κουμάρα) Gallicè Arbouſes: Italicè frazzole, vt Venetiis.

Arcellula, æ, diminutiuum ab arcella, i. arcula, ab arca: Diomedes Gram. lib. 1.

Archigallus. Iul. Firmicus Matheſ. lib. 3. Archigallos facient, & qui virilia propriis ſibi amputent manibus. Alibi, abſciſſi archigalli.

Exceptor, is, ὑπογραφεύς, amanuenſis qui dictata excipit. Iulius Firmicus Matheſeos li. 3. Si Mercurius cum Saturno fuerit inuentus Sole cum iis in eodem loco conſtituto malitioſos facit, maleuolos, peſſimos in omnibus actibus, & aut aduocatos, aut iuriſperitos, aut ſcribas, aut exceptores. Idem, Exceptores ſententiarum quæ de hominum capitibus proferuntur.

Diſtributores. aquarum, de quibus Iulius Firmicus Matheſ. lib. 3.

Archiuum.

Archium. Archiuorum tabulariorúmque cuſtodes Archeiotæ, ἀρχειῶται. Arcadius D. li. vlt. Tit.4.l.18. Archeotæ, logographi, tabularij.

Arcuarius, τοξοποιὸς, qui arcus facit. Arcadius D.lib. vlt. Tit. 6. l.6. Arcuarios(ſic in emendatis exemplaribus, non arcarios) recenſet inter eos, quibus aliquam vacationem munerum grauiorum conditio tribuit.

Arctatio, συνοχωρεία, σύνωσις Diomedes Grammat. lib.2. Cum quadam arctatione ſermonis, quæ ἐμφατικῶς à poëtis congeruntur.

Ardea, ardeola, ἐρωδιὸς(à quo vox Latina per contractionem mutata prima litera) Gallis etiam è Græco, Heron: Italis Airone: Hiſpanis Garza. Variæ ſpecies: Ardea pella, ἐρωδιὸς πελλὸς (i. fuſcus φαιὸς) Gallicè Heron gris. Eſt & ardea alba λευκερώδιος Ariſtoteli: noſtris Heron blāc. Tertij generis Ardea ſtellaris, ἐρωδιὸς ἀστερίας (cognomento ὀκνὸς, i. piger) noſtris Heron pareſſeux: Aſterias, mas, Gallicè Butor: Italis Trumbono, Tarabuſſo vel Terrabuſa. Dicitur & Butio. Author Philomelæ: Inque paludiferis Butio butit aquis: qui ſoni βόμβυκοι Ariſtoteli in problem.25.2. De ardeis lege Ariſtotelem Hiſtor. lib.8. cap. 3. Plinium lib.10. cap.60. Idem lib. 10. cap. 42. de auibus: Eſt quæ boum mugitus imitetur in Arelatenſi agro taurus appellata, alioquin parua. Bos taurus, noſtris petit Butor. Eſt & Aſterias cirrhata, Butor hupé. Et Ardeolarum generis, quæ noſtris Aigrete appellatur, λευκὸς Ariſtotelis.

Arenarius, θηριόμαχος, beſtiarius, qui in arena atque amphitheatro cum beſtiis depugnat, qui infamis Iuriſconſultis ac Satyris. Iul. Capitolinus in Antonino. Tam ſancti principis filius his moribus fuit, quibus nullus laniſta, nullus ſcenicus, nullus arenarius, &c.

Argentum raſile. Velleius Paterculus Hiſtor.2. de Cæſare: Quinque egit triumphos: Gallici apparatus ex Citro: Pontici ex Achantho, Alexādrini teſtudine: Africi ebore: Hiſpanienſis argento raſili conſtitit.

Argentum viatorium: & Argentum balneare: de quibus D. lib.34. Tit.2. l.39. & 40.

Argentarium, argenteæ ſupellectilis inſtrumentum, ἀργυροθήκη. Vlpianus D. lib.24. Tit.2. l.19. Vt in iunctura argentea ſcio me dixiſſe quod non in argentario paterfamilias reponebat.

Argentoracenſis, Argentorati vrbis. In Epitom. Sexti Aurel.

Victoris in Conſtantio: Iſte in campis Argentoracenſibus apud Gallias cum paucis militibus infinitas hoſtium copias deleuit. Idem in Gratiano: Hic apud Argentariũ oppidum Galliæ xxx. Alemannorum milia in bello extinxit.

Argumentalis, Adiect. ἐπιχειρηματικός. Aſconius Pædian. in Diuinat. Narrationem in exordio multi admirantur hac reprehenſione, ſed non rectè: Eſt enim argumentalis narratio ad priorem diuiſionem.

Argutatio. Cum dicit Catullus; Tremuláque quaſſa lecti argutatio, intelligitur crepitantis lecti quaſi garrulitas: de qua Ouidius in 3. Amor. Spondáque laſciua mobilitate premat: quæ ἰκρίων ψόφησις Cratinus apud Ephæſtionem: Εὐδαίμων ἐπέλε σε μήτηρ ἰκρίων ψόφησις.

Argutiſsimè. Gellius lib. 11. cap. 5. Super qua re Phauorinus quoque ſubtiliſſimè argutiſſiméque decem libros compoſuit.

Ariminum etiam vrbs Galliæ, fortaſſe Aquitaniæ prouinciæ, quæ teſte Plinio Armoriaca dicta fuit. Vnde adhuc hodie eius pars Arminac vulgò appellatur. Eutropius lib. 2. de bello Tarentino: Conditæ ſunt à Romanis ciuitates Ariminum in Gallia, & Beneuentum in Samnio.

Ariolatio pro diuinatione ac vaticinio. Gellius lib. 16. cap. 18. At Cornelij ſacerdotis ariolatio leuis tum quidem viſa eſt, & vecors, ſed magnæ mox admirationi fuit.

Armatiſsimus, Seneca lib. 5. de Benefic. c. 4. Tamẽ tã par tibi ſum quàm multis armatiſſimis nudi, aut leuiter armati.

Armillatus. præter Propertium Suetonius in Caligula: ſæpe depictas, gemmatáſque indutus penulas, manuleatus, & armillatus in publicum proceſſit.

Arriſor. Seneca Epiſt. 27. lib. 3. Suaſit illi Satellius Quadratus ſtultorum diuitũ adroſor, & quod ſequitur arriſor: & quòd duobus his adiunctũ eſt, deriſor, vt Grãmaticos haberet analectas.

Articulare pronomen, hic, hæc, hoc, Phocas Gram.

Articulare pronomen ſubiunctiuum vel relatiuum, Is. Diomedes Gram. lib. 1.

Articulare, ἐναρθροῦν. Apuleius Floridor. lib. 2. Eo faciliùs verba hominis articulantur patentiore plectro & palato.

Arulator. Gellius lib. 16. cap. 7. Laberius in Necromantia Cocionem peruulgatè dicit, quem veteres Arulatorem dixerunt.

Aſarum, ἄσαρον, & νάρδος ἀγρία: Gallicè Cabaret: Baccar vel Baccaris, & nardus ruſtica etiam Plinio lib. 21. cap. 6. Alia herba

eſt

eſt βάκχαρις Dioſcordi lib. 3.& Athenæo lib.15.cap.17.Radicis vtriuſque odor cinnamomi.

Aſcalia,vide *Carduus*.

Aſcenſio, ἀνάβασις, aſcenſus. Macrobius Comment. lib.1. cap.8.Fortitudinis,non terreri animam à corpore quodammodo ductu philoſophiæ recedentem, nec altitudinem perfectæ ad ſuperna aſcenſionis horrere.

Aſellus Varroni, Ouidio, Plinio, ὄνος Ariſtoteli, & ὀνίσκος Galeno: vulgò Merlus, quaſi maris Lucius. Piſcis eſt pelagius cubitali magnitudine, interdum multo maiore: dorſo cinereo,ventre candido & argenteo.Cor eius non in ventre (licet Athenæus, καὶ μόνος οὗτος ἰχθύων τὴν καρδίαν ἐν τῇ κοιλίᾳ ἔχει) ſed ſupra ſeptum tranſuerſum,figurâ oſſis dactylorum. Eſt ex aſellorum genere piſcis qui vulgò Merleng, vel Merlan:Cuius caro friabilis ac mollis eſt, & celerrimè coquitur.

Aſilus,vide Tabanus.

Aſilus marinus, οἶστρος θαλάσσιος,animal ita vocatur ab aſili terreſtris tantùm natura,quòd Thynnos gladióſque piſces & interdum delphinos vigente canicula exagitet. De quo Ariſtoteles hiſtor. Animal.lib.5.cap.31. Plinius lib.9. cap.15. Animal eſt paruũ,ſcorpionis effigie, aranei magnitudine. Hoc ſe & Thynno, & ei qui gladius vocatur, crebrò delphini magnitudinem excedenti, ſub pinna affigit aculeo: tantóque infeſtat dolore, vt in naues ſæpenumero exiliant. Ligures vocant Pruſam.Inuenitur & in pagris albus. Pro ore tubulũ ſiue fiſtulã habet,vtrinq; quidpiã manus vice,ſeníſq; pedibus nititur.

Aſio, ὦτος,Otus,Gallis Hibou: le petit Duc: Hiſpanis Mochuélo. Auis eſt nocturna bubone minor, noctua maior:roſtro ac pedib⁹ vncis,plumis circa aures eminẽtibus,vt auritus videatur.Plinius lib.10.cap.23.Otus bubone minor eſt, noctuis maior,auribus plumeis eminentibus, vnde & nomen illi quidam Latinè Aſionem vocant: imitatrix aliâs auis ac paraſita, & quodã genere ſaltatrix. Capitur haud difficulter vt noctuæ, intenta in aliquo circumeunte alio. Rurſus lib.29.cap.6. Glaucomata ſcribit emendari felle recẽti Aſionis. Noctuarum eſt, inquit,id genus maximum,quibus pluma auriũ modo micat.

Aſpalathus, ἀσπάλαθος, oleaſter Rhodius. Venditur in Officinis pro ligno Aloe. Frutex eſt ſpinoſus foliis oleæ, minoribus,cuius flos albus,odoratiſſimus. lignũ delibratũ rubeſcit.Rhodi frequens eſt.Vide Α'σπάλαθος in noſtro Lexico. Ex

aſpalathi ligno aſſulatim ſecto, tribúſque diebus in aqua roſacea macerato, addito moſco, conjectiſque omnibus in liquatum ſaccharum, ac decoctis ad picis vſtæ conſiſtentiam, fiunt ſuffitus odoris ſuauiſſimi.

Aſparagus, ἀσπάραγος: Gal. eſparge: Ital. Aſparago. Aſparagus ſylueſtris, Corruda Plinio lib. 20. cap. 10. Aſparagus Lybicus, quẽ Attici ὁρμίνιον vocant: qui ἀσπάραγος πέτραῖος, καὶ μυάκανθα Diſcor. vel μυακάνθινος Galeno lib. 6. Simpl. & orminos agrios Plin. lib. 26. cap. 10.

Aſparagus, ἀσπάραγος, etiam planta ſpinoſa abſque foliis: Gal. Ians, vel ioncz marins: de qua ex Theophraſto hiſtor. lib. cap. 6. Plinius lib. 21. cap. 15. in Lexico integra teſtimonia produximus, authorúmque mendoſos libros correximus.

Aſpectabilior, ſpectatione dignior, θεατώτερος. Apuleius in Apologia: An tu ignoras nihil eſſe aſpectabilius homini nato, quàm formam ſuam?

Aſsiduiſſimus. Suetonius in Auguſto: Et mox vaſa aurea aſſiduiſſimi vſus conflauerit omnia.

Aſtragalus, ἀστράγαλος. frutex hic paruus ſimilis ciceri, in montibus Sabaudiæ reperitur. Plinij Aſtragalus alius eſt. Vide in noſtro Lexico.

Aſtur, uris, ἱέραξ ἀστερίας Ariſtoteli: Gallis Auſtour. Aſturum & falconum meminit Iulius Firmicus li. 5. Matheſeos. Vide Triorches.

Atricapilla, vide *Ficedula*.

Atrociſsimè, Aduerb. Vlpianus D. lib. 1. T. 6. l. 2. Diuus etiã Hadrianus Vmbriciam quandam matronam in quinquennium relegauit, quod ex leuiſſimis cauſis ancillas atrociſſimè tractaſſet.

Attagen, & *Attagena*, Martiali, ἀτταγὴν, & Atticè ἀτταγᾶς (vel potius cum Athenæo ἀτταγᾶς) & auctore Suida vulgò Græcorum ταγηνάριον: Italis Francolino, & Bononiæ Franguelli: Anglorum Goduuita ſiue Fedoa. Auis eſt magnitudine Phaſiani, ſed cauda diſſimilis: pennis vario modo coloratis, ſicut gallina Indica, interdum tamen colore viridi ac cœleſti cõſpicitur: ſaporis eſt delicatiſſimi. Alij Gallinagini comparant. Alij Lagopodis ſpeciei, quæ noſtris Canne petiere. De Attagene Plinius lib. 10. cap. 48.

Attaminare. Iuſtinus Hiſtor. lib. 21. Omnibus ante iuratis viris, ne quis vllam attaminet.

Attero, in præterito attriui, & atterui. Tibullus lib. 1. Eleg. 4. Aut operi inſuetas atteruiſſe manus.

Atteſtatio, διαμαρτύρησις. Macrobius Cõment lib. 2. cap. 9. Sed deſcribi hoc noſtra atteſtatione non debuit, cuius ſitus nobis incognitus perſeuerat.

Attica fides. Velleius Paterculus Hiſtor. 2. Adeò enim certa Athenienſium in Romanos fides fuit, vt ſemper & in omni re, quicquid ſyncera fide gereretur, id Romani Attica fieri prædicarent.

Attigo (vnde Attiguus Apuleio, vt cõtiguus) pro Attingo. Pacuuius in Medo: Et cuſtodite hunc vos, ne quis eum abſtollat, néue attigat. Plautus in Muſtellaria: Abſcedite telis ne attigant. Ex Diomede Grammatices lib. 1.

Attrectatio, i. attrectatus. Lampridius in Heliogab. In conuiuiis exoletos maximè iuxta ſe ponebat, eorumque attrectatione & tactu præcipuè gaudebat.

Atypus. præter Gellium Vlpianus D. lib. 21. Tit. 1. l. 10. Quæſitũ eſt, an balbus, & blæſus, & atypus, iſque qui tardius loquitur, & varus & vatius ſanus ſit. Suetonius in Claudio, inquit ipſi plectra linguæ titubantia fuiſſe.

Auarus, φυλάργυρος. Non ab vno ſolùm verbo inclinatum eſt, nec eiuſdem eſt ficturæ, cuius eſt Amarus (quod diuerſum, nec à verbo) ſed ab Aueo, & Æs compoſita dictione fit Auarus, i. auidus æris: & in ea copula E litera detrita, vt acutiſsimè iudicauit Nigidius in Commentariorum vndetriceſimo: De quo ambigitur, inquit, Gellius lib. 10. cap. 5. Sed quænam ambiguitas eſſe poſsit, inquam, in re compertiſsima?

Auariſsimus, Superlat. Vlpianus D. de Off. Præſ. l. Solent: Quantũ ad xenia pertinet, audi quid ſentimus, vetus prouerbium eſt, Οὔτε πάντα, οὔδε πάντοτε, οὔτε παρὰ πάντων. Nam valde inhumanum eſt à nemine accipere: ſed paſsim viliſsimũ eſt: & omnia auariſsimum.

Aucta, incremẽta, αὐξήσεις auctus. Gellius lib. 20. cap. 7. Quia cæpe ſolum holerum omniũ contra lunæ aucta atque damna, vices minuendi, & augendi habeat contrarias.

Audendis paratiſsimus, pro ad audend. Velleius Paterculus 2. Hiſtor. M. Antonius omnibus audendis paratiſsimus.

Auerſior, Comparat. cuius Superlat. auerſiſsimus, apud Cicer. Seneca lib. 2. de Ira: Illius vultus auerſior viſus eſt.

Auerſatus, Paſsiuè pro auerſus: Sext. Aurel. Victor in Philip-

po: Adeò Seueri & triſtis animi, vt iam tum à quinquenni ætate nullo prorſus cuiuſquam commento ad ridendum ſolui potuerit: patrémque ludis ſecularibus petulantius cachinnantem quanquam adhuc tener vultu notauerit auerſato.

Aues crate capere. Plautus in Aſinaria: Hoc vno excepto, quod non crate, ſed retibus aues capiuntur. Seneca in Octauia. Decipere volucres crate, vel calamo, aut leui tenere laqueo. Noſtrates ruſtici, (inquit Budæus Miſcellaneorum lib. 1. cap.28.) cùm niue tecta eſt humus, ab ea vacuas areolas quaſdam concinnant, in quibus ſuperiecta crate, ordeum effundunt, variáque ſemina ad ineſcandas aues ſpargunt. Eæ verò ſub ea deſuper incumbente paſcentes, fune qui machinam ſuſpendit, clam laxato, omnes facilè opprimuntur.

Augurium ſalutis (quo dicendi genere, præter Tacitum lib.12. & Cicer.1. Diuinat. Vtitur Tranquillus in Auguſto) vt Dion explicat lib. 37. modus augurij quiſpiam, vt ſi Deus permittat, ſalutem populo poſcant, quaſi ne ſalutem quidem à Diis petere fas, ni prius hoc ipſum Dij conceſſerint. Obſeruabatur autem dies vna quotannis, in qua nullus ad bellum proficiſceretur exercitus, nemo ſe cōtrà pararet, nemo pugnaret. Vide Politianum Miſcellaneorum cap.13.

Auguria auium: & auium auſpicia diſtinguntur apud Pliniū lib.7.cap.56. Augurium ſpecies eſt, ab auium garritu oſciniſque nomen eſt. At auſpicium ab auium inſpectione, generis rationem videtur obtinere, ac de volatu, cantu, paſtu ac tripudio totam obſeruationem complecti. vt vt ſit, diſtinctè idem vſurpauit.

Auguſtinus, Adiect. ab Auguſto, vt auguſtalis. Suetonius in Claudio: Auiæ Liuiæ diuinos honores, & circenſi pompa currum elephantorū Auguſtino ſimilem decernenda curauit.

Auguſtianus. Adiect. ab Auguſtus. Suetonius in Nerone: Auguſtianos militeſque ſe triumphi eius clamitantibus.

Auguſticlauius dicitur, vt Laticlauius, apud Suetonium in Othone.

Auloi, vide Vngues.

Aurata vel *Orata* (ab auri colore. nam pro auro orum ruſtici dicebant, vt orichalcum & oriculam, pro aurichalco & auricula, vt ſcribit Feſtus) χρύσοφρυς (quod & adhuc Græci nomen retinent) Ariſtoteli lib.6. hiſtor. animal. cap.17. & ἰωνίσκος Archeſiſtrato apud Athenæum lib. 7. Prouincialibus atque

Hiſpanis Daurada: At Gallis Dauree eſt χαλκδὶς ſiue faber: brame de mer, aurata. Eius dorſum ex ceruleo nigreſcit, latera argentea,& in adultis ſuperciliorum loca aurea. De eo præter Plin.lib.32.cap.5.& Columellam lib.8. cap.16. Ælianus lib. 11.cap.34. Et rurſus ex Ouidio Plin.libro 32. cap.vlt. aureíque coloris chryſon,legendum chryſophryn.

Aures regiæ, ὠτακουσαὶ, miniſtri regii renunciationibus delationibúſque præpoſiti. Apuleius lib. de Mundo: Erant diuiſa officia in comitatu regio. Sed & inter eos aures regiæ, & imperatoris oculi quidam homines vocabantur, &c. Vbi & Otacuſtarum vocabulo tali caſus inclinamento vtitur.

Auroſus, Adiect. vt auroſa arena. Lampridius in Heliogabalo: Scobe auri porticum ſtrauit & argenti,dolens quod non poſſet & electri. Idque frequenter quacunque fecit iter pedibus vſque ad equum, vel carpentum, vt fit hodie de auroſa arena.

Aurigo, Scribonio Largo (à fellis ſiue bilis ſuffiſione coloris aurei) ἴκτερος Hippocr. ἰκτερικὸς νόσος, morbus regius Horat. & arquatus Celſo lib.3.cap.24. Gal.Iauniſſe:Ital.Traboco di fiele. Eo morbo qui laborant, ἰκτερικοὶ, Icterici Horat. auriginoſi. Morbus ipſe etiam bilis ſuffuſio à Plinio vocatur.

Author ſummarum. Suetonius in Domitiano: Authorem ſummarum pridie quàm crucifigeret,in cubiculum vocauit.

Autumnus Adiectiuè, vt tẽpeſtas autumna, apud Gellium lib.19.cap.7.Molli quodam tempeſtatis autumnæ die,i.autumnalis. Sic & Plinius.

Auxilio pro auxilior. Gracchus aduerſus Furium: Quibus ego primùm cùm auxilio. Ex Diomede Grammat.lib.1.

B*Alnearis* Adiect.Spartianus in Adriano:Ex quo ille iocus balnearis innotuit.

Balſamũ, βάλσαμον: cui⁹ fructus καρποβάλσαμον, lignum ξυλοβάλσαμον: liquor ſiue oleum, ὀποβάλσαμον Dioſcoridi, βαλσαμέλαιον Simeoni Zethi, balſaminum oleum Plinio,noſtris Baulme.Planta nõdum innotuit.& quod pro balſamo venditur, non naturæ, ſed artis mangonio. De balſamo præter Plin.Cor.Tacitus lib.21.

Balteolus, diminut. à balteus.Iulius Capitolinus in Max.

Seuerus militares ludos dabat propoſitis præmiis argenteis, i. armillis, torquibus & balteolis.

Barba opaca, quã qui habet δασυπώγων, βαθυπώγων, βαθυγένειος, & βαθυχαίτης dicitur. Catullus ad Contubernales. Equati, opaca quem bonũ facit barba. Pacuuius apud Feſtum: Nunc primum opacat flore lanugo genas. Sophocles in Trachiniis: Ἐκ δὲ δασκίου γενειάδος χρουνοὶ διῤῥαίνοντο χρυσαίου ποτὲ, ex opaca barba.

Barbus. vulgò Barbeau, piſcis mugilis ſpecie, etiã barbatus: cuius roſtrum longius, caudæ pinna rubeſcit: ouis vis purgatrix ad ὑπερκάθαρσιν vſque. Auſonius: Liberior laxos exerces Barbe natatus. Niloticus Barbus ibi myſtus vocatur & vulgò græcorũ μουστακάτο. Vide Gobius.

Batis, vide Crethmos.

Bdellium, vide in noſtro Lexico βδέλλα, & βδέλλιον. Verum affertur, ſed Speciminis gratia: quod ſub eo nomine proſtat in officinis adulteratum eſt.

Beatificus, ὀλβοεργὸς, ὀλβοδότης. Apuleius lib. de Dogmate Platonis: Deus beatus, & beatificus, optimus.

Belliſſimè intelligitur, κάλλιστα, optimè, Marcianus D. lib. 20. Tit. 1. l. 5.

Bellis, vel *Bellius*, Gallis Marguerite, Paſquette Northmanis: Italis primo fiore. Plinius lib. 26. cap. 5. Bellis in pratis naſcitur, flore albo, aliquatenus rubente. Et lib. 21. cap. 8. Luteus (nẽpe calyx, vel potius luteum ſcilicet ſemen) & Bellio paſtillicantibus quinquageniſquinis barbulis coronatur. Pratenſes hi flores, &c.

Bellum reſurgens, i. rediuiuum ac renaſcens. Velleius Paterculus Hiſtor. 2. Immane noui ac reſurrecturi belli ciuilis reſtinxit initium.

Bellualis, belluĩnus. Macrobius Satur. lib. 5. cap. 11. Educationẽ quoque nutricationis tanquam belluałem & aſperam criminatur.

Benedictio, εὐλογία. Apuleius in Hermetis Aſclepio: Tanti operis effector & reſtitutor deus, ab omnibus qui tunc erunt, frequentibus laudum præconiis, benedictionibuſque celebretur.

Beneficiarius. Adiect. Beneficio acceptus. Seneca Epiſtol. 91. Quid haberes, quod in philoſophia ſuſpiceres, ſi beneficiaria res eſſet?

Bene-

Beneuolentiæ in Plurali. Spartianus in Caracalla: non in beneuolentiis ſegnis.

Beruli, vide Siſymbrium.

Betula (melius quam *betulla* σημύδα Theophraſto hiſtor. plant. lib. 3. cap. 14. Gallis boulleau, & in Northmania Bouz: Italis biola, belula, & circa Tridentum bedolla. Arbor ſatis vulgaris, ex qua olim faſcium virgæ: Indeque nomen ſortita, & à Batuendo (batuere enim cædere) batula, leuique mutatione betula. Quo error inſignis corrigitur Matthæoli (viri alioqui meo iudicio maximi) in Dioſcoridem cap. de Populo: qui betulam à bitumine deduci exiſtimauit. Plinius lib. 16. cap. 18. Gaudet frigidis ſorbus, & magis etiam betula. Gallica hæc arbor mirabili candore atque tenuitate, terribilis magiſtratuum virgis. Eadem circulis flexibilis, item corbium ſportis. Bitumen ex ea Galliæ excoquunt.

Bibreuis pes, pyrrichius, Diomedes Grammatices lib. 3.

Bima dies pro biennio. Pomponius D. lib. 13. Tit. 7. l. 8. Si annua, bima, trima die triginta ſtipulatus acceperim pignus, i. anno, biennio, triennio.

Binoctium, (dicitur vt trinoctium) διvύκτιον. Cornel. Tacitus lib. 3. Quotiens Valitudo aduerſa Flaminem inceſsiſſet: vt Pontificis Max. arbitrio pluſquam binoctium abeſſet.

Birri, genus veſtis. Vopiſcus in Carino: Donati ſunt ab Atrebaticis birri petiti: donati birri canuſini.

Blateratus, inaniter effutitus. Apuleius in Apologia: Multa in me propriè conficta ab imperitis, mercenaria loquacitate effuderunt. Quæ & ſi poſſent ab his vtiliter blaterata, ob mercedem & auctoramenta impudentiæ deprehenſa haberi.

Blattarius, Adiect. Seneca Epiſtol. 87. At nunc blattaria vocant balnea, ſi qua non ita aperta ſunt, vt totius diei ſolem feneſtris ampliſsimis recipiant.

Blitum, βλίτον, Gal porrette rouge, vel blāche: blitte, ioutte: Ital. Biedone, vel Bietone, & Bione: Bliti nigri meminit Alex. Trallianus lib. 8. Vide num ſit noſtrum Eſpinar.

Blattæ lucifugæ Virgilij, nigra animalia ſunt ſcarabeis vel gryllis ſimilia, velocia: quæ interdiu deliteſcunt: Galli vocant Caphards: Græci σίλφας, núncq; vulgò καλογήρους (qua voce & Monachos, vt nos Caphards ſed ignominioſè) Itali Piattole, & Schiam Venetiis. Hæc eſt σίλφη ἀρτοκοπεῖον Dioſc.

coridis,blatta piſtrinorum. Vide *μυλαβρὶς* in noſtro Lexico.

Bocas,vide *Box*.

Bono, aut malo animo facere, i. bono aut malo animi propoſito atque intenrione,Seneca Controuerſ.lib.9.

Bono periculo,i.tutò. Apuleius in Apologia: Cui bono periculo totam domus fortunam concrederet.

Bona prædia dicuntur, bona ſatiſdationibus obnoxia ſiue ſint in mancipiis, ſiue in peçunia numerata,&c. Aſconius Pædian.exponens hunc Ciceronis locum in 3.Verr.In bonis prædibus,prædibuſque vendundis.

Bos piſcis,*βοῦς* & *βῶς*, Northmanis Tire, qui ſic & Aquilam piſcẽ aliis Hal:Iralicis ſtramazo.Eſt vaſtiſsimũ Raiarũ genus ac latiſsimum: De quo Ariſtoteles in hiſtor.Animal.Strabo lib.17. Oppianus lib.Halicut.2.Pliniúſq; meminit inter planos piſces reponens lib.9.cap.24.

Boſcas,*βοσκὰς* (& *φασκὰς* apud Athenæum pro aue eadem aut ſimili) eiuſque generis Querquedula, noſtris Cercelle, auis palmipes, ſimilis anati, minor ramen, quæ lacus amnéſque incolit. Mas magis *κατάγραφος* ac varius. Lege Ariſtotelẽ hiſtor.lib.8.cap.3. Apud Columellam lib.8.cap.15.Legendum Boſcades, non boſcides, & ſeparat à querquedulis: de quibus & Varro de Re ruſt. lib.3. cap.3. Eſt & marina Querquedula, cinerei pulchrique coloris, torquata: Sarcelle cendrée, Pipo quibuſdam.Eſt & querquedula dicta à noſtris Sarcelle bardée, i. phalerata. Boſcadum alterum genus poſuit Athenæus lib. 9. cap.18. maius anare, minus Chenalopeſe. Ibidem *γλαυκίον*, dicta auis ab oculorum glauco colore, paulo minor eſt anate: noſtris Sarcelle noire malle: vel eſpece de morillon,quæ nonnullis *ἐλασὰς* (ab *ἕλους* palude.Eſt enim paluſtris) Ariſtophanis, qui ſic in Auibus: *καὶ ἐλεᾶ, καὶ βάσκα καὶ ἐλασᾶ.* Alii *βοσκᾶ*.Sed *βάσκας* rectè (*ἀπὸ τῆς βάσκης τῆς μαχαίρας* gladioque altera parte tanrùm ſcindente)quòd herbam roſtro proximè terram execer,velut acie gladii)éſtque Querquedula maior: quæ aliis *γλαυκόπους* dicitur.

Bouinator, verbum vetus pro eo quod eſt rergiuerſator. Apud Gellium lib.11. cap.7. Quonam vſque nos bouinaror hic demoratur? Atque id voce magna rer quaterue inclamauit bouinator. Commurmuratio fieri cœpta eſt à plæriſque qui aderanr,quaſi monſtrum verbi admirantibus. Ar ille iactans & geſtiens: Non enim Lucilium,inquit, legiſtis, qui tergiuerſatorem

torem bouinatorem dicit. Eſt autem in Lucilij vndecimo verſus hic: Hic ſtrigoſus, bouinatórque ore improbus duro.

Box, vel *Bocas*, βῶξ Ariſtoteli, βόωψ, βόαξ Speuſippo, βόηξ Numenio: vulgò Boque: Venetiis Boba. In Græcia nunc βῶπα vocatur. Piſcis marinus eſt, vocalis, in dorſo inſcriptus ac notatus, (ob id κατόγραπτος dictus ab Ariſtotele) oculiſque magnis, cum tamen ſit ex mænarum genere pedalis magnitudinis: cui cauda ſubaurea. De eo Athenæus libro 8. & Oppianus Halieut. lib. 1. Plinius libro 32. capite 11. Feſtus Pompeius: Bocas, genus piſcis à boando, id eſt vocem emittendo appellatur.

Bractearius, qui bracteas efficit: quo vtitur Iulius Firmicus lib. 4. Matheſeos, pro quo & Bracteator. Vide Inaurator.

Braſsica capitata, κεφαλωτὴ, γαστὴρ Nicandro: Gal. Chou cabu: Ital. Cauolo capucco: & Venetiis Capuzzino. Lege Plin. lib. 19 cap. 8. & lib. 20. cap. 9.

Braſsica marina Plinio lib. 20. cap. 9. κράμβη θαλαττία Dioſcor. Herbariorum eſt Soldanella.

Braſsica Apiana Catoni, criſpa, σελινὰς, οὔλη Nicandro, σελινουσία Athenæo, οὐλόφυλλος Theophr. σελινοειδὴς, quòd apij folio: Gal. Chou creſpu. Lege Plinium lib. 19. capite 8. & libro 20. capite 9.

Breui manu, per compendium, vitato circuitu Vlpianus D. lib. 23. Tit. 3. l. 43. Niſi forte ſi accepto tulit, vt velit mulieri in totum donatum. Tunc enim credendum eſt, breui manu acceptum à muliere, & marito datum.

Brinthus, βρίνθος Ariſtoteli Hiſtor. lib. 9. cap. 11. (diuerſa auis βρένθος ſiue βρῦνος) Gallis Paſſe ſolitaire: auis canora ᾠδικὸς καὶ εὐβίοτος, quæ in montibus ſyluiſque verſatur.

Britanniæ, vt Galliæ etiam dicuntur multitudinis numero. Catullus in Cæſarem. Hunc Galliæ timent, timent Britanniæ. Plinius lib. 33. Galliæ Britanniæque inde modico dicuntur vſæ.

Bruſcum, vide *Acer*.

Bubo, βύας, & βούπαλις: Græcorum vulgò σκλόπα: Gallis le grand Duc (vt Aſio, ὦτος ſiue ὠτὸς, le petit Duc) Italis Dugo: Hiſpanis Búho: Luſitanis Búfo vel mócho. Auis eſt nocturna aquilæ magnitudine, aduncis vnguibus, oculis magnis, plumis ſubrectis aurita. Bubonis ad aucupium idem vſus, qui noctuæ.

Bubulcitare. Apuleius Floridor.lib.1. de Indis, Eſt apud illos gens, quæ nihil amplius quàm bubulcitate nouere, idque ad cognomen illis bubulcis inditum.

Buccellatũ Ammiano, ἄρτος δίπυρος Athenæo, ἄρτος ναυτικὸς Luciano, nauticus panis Plinio.

Buccinum paruum, etiã Venetiis Purpura vocatur: à Græcis huius temporis βούκινος.

Buccinum (ad ſimilitudinem τῆς βυκάνης, i. buccinæ) murex, κῆρυξ, Northmanis Ran de met: Venetis Bouolo di mar. Turbinatorum generis eſt. Eſt verò buccinum magnum, & buccinum paruum, cuius cõcha ſpirâ tuberculis exaſperata cingitur. Succus eius ſanguinei coloris: cuius vſus fuit tingendis purpuris. De eo Ariſtoteles hiſtor.lib.4.cap.4. Athæneus lib.3. Plinius lib.9.cap.38. & 63. Vide Murex.

Buſequa.æ, βουκόλος, bubulcus, qui boues ſequitur, vt apud Heſiod.lib.2. Agricult. ſeruã dicit, ἥτις καὶ βουσὶν ἕποιτο. Apuleius in Apologia: Vir vltra Virgilianos opiliones & buſequas ruſticanus.

Buteo, vide Triorches.

Butio, vide Ardea.

Bufo, Rubeta maior Plin. φύσαλος Luciano, βάτραχος χερσαῖος, Vulgo Græcorum σαχοῦδα: Gallis Crapaud: Italis Roſpo, Botta: Animal venenatum, inflatu turgidum, maius rana, viſúque abominatum, atque tetri & abſoni clamoris. Virgilius Georg. lib.1. Inuentuſque cauis bufo. In bufonis capite inuenitur lapis qui batrachius dicitur, βατράχιος λίθος Nicolao Alexandrino: qui Gallicè Crapaudine. Hunc & hac arte euomit. Apponuntur panni plurimi diuerſi coloris: bufo omnes contemplatur, atque in placiti coloris pannum lapillum egerit: quem tamen auidè rurſus vorat, niſi mox bufo interceptus inſidiantis hominis ſpiculo transfigatur. vide Rubeta.

Bulbus laniger, βόλβος ἐριοφόρος Theophraſto: folia habet oblonga, quàm porri ſtrictiora, canalicuta. bulbi radix longior eſt, alba, ſimplex, ac multiplex ſpicis, interdum alij modo. Eius ſuccus viſcoſus ac lentus, qui ruptis foliis, omníve alia parte in filamenta tenuſsima concreſcit, quæ neri poſſunt, texíque in telam byſſo molliorem ac ſubtiliorem. Plinius lib. 19. cap. 2. Theophraſtus autor eſt, eſſe bulbi genus circa ripas amnium naſcens, cuius inter

ſum-

ſummum corticem eámque partem qua veſcuntur, eſſe laneam naturam, ex qua mapalia veſtéſque quædam conficiantur, &c.

Abalio marinus, vide *Hippocampus*.

Cæcus ſerpens Plinio lib.9.cap.51. τυφλίας vel τυφλῖνος Ariſtot. Hiſtor.lib. 6. Cæcilia, licet aliis ita σκυτάλη vertatur apud Dioſcoridem.

Cædes de cæſura lignorum (quia & cædere arbores dicitur) taliúmque. Gellius lib.19.cap.12. Cur tantam ligni atque frondium cædem faceret, percontatus eſt.

Cælum, i. viuorum regio, quod hoc cælum Latinis. Virgil.6. Æneid. Sed falſa ad cælum mittunt inſomnia Manes. Macrobius lib.1. Comm. cap. 3. Cælum hîc viuorum regionem vocans: quia ſicut Dij nobis, ita nos defunctis ſuperi habemur.

Cæleſtiſſimus, Superlat. Velleius Paterculus Hiſtor. 2. cæleſtiſſimorum eius operum pro captu mediocritatis meæ adiutor fui.

Cæruleatus, i. cæruleo colore infectus. Velleius Paterculus Hiſtor. 2. Cùm in omnia & in omnibus venalis, cùm cæruleatus & nudus genibus innixus glaucum ſaltaſſet.

Cæſariatus. cum Plauto vtitur ita Apuleius lib. de Mundo: Videas & viridantibus comis cæſariatam eſſe comam.

Cæſar, *is*, apud Probum in Catholicis.

Cæſura, quæ & manſiones ſiue ſectiones, vt πενθημιμερὴς, κατὰ τρίτον, ἑφθημιμερὴς, τετραποδία ſiue βουκολικὴ: Diomedes Grammar. li. 3. Vbi πενθημιμερὴς ſemiquinaria cæſura exponitur. & ἑφθημιμερὴς, ſemiſeptenaria.

Calamus odoratus Plinio, ſiue aromaticus, ſimpliciterque Calamus Sereno (vt iuncus Scribonio Largo, pro iunco odorato) κάλαμος μυρεψικὸς Hippocrati, & κάλαμος ἀρωματικὸς Dioſcoridi: de quo & Xenophon ἀναβάς. i. Ignotus adhuc noſtris temporibus, licet quidam herbarij picturam exhibeant maxima impoſtura. Quod in Officinis pro calomo aromatico venditur, eſt radix veri Acori.

Calamariæ thecæ. Suetonius in Claudio: Serò enim, ac vix remiſit, ne cuiuis comiti, aut librario calamariæ, & graphiariæ thecæ adimerentur. Martialis de his li.14. Sortitus thecam ca-

lamis armare memento.

Calcatus pro vſitato ac trito. Seneca Controuerſiarum libro 10. in 3. Latro vſus eſt in hac controuerſia illa calcata quæſtione.

Calcatæ, faſces ſtramentorum ac virgultorum. Hirtius de bello Hiſpanenſi: Secũque extulerunt calcatas ad foſſas complendas, & harpagones &c.

Calces reiicere, calces elidere Silio, λακτίζειν, calcitrare, vt equi calcitroſi ſolent. Alfenus D. lib. 9. Tit. 1. l. 5. Agaſo cum in tabernam equum deduceret, mulam equus olfecit: mula calcem reiecit, & crus Agaſoni fregit.

Calcearium. Præter Vlpian. Seutonius in Veſpaſiano: Claſſiarios verò, qui ab Hoſtia & Puteolis Romam pedibus per vicos commeant, petentes conſtitui aliquid ſibi calcearij nomine, quaſi parum eſſet, ſine reſponſo abegiſſe, iuſſit poſthæc excalciatos curſitare: & ex eo ita curſitant.

Calculator, vide Tabularius.

Calefactio, θέρμανσις, calefactus Plinio. Scæuola D. li. 32. Tit. 1. l. 36. Videri teſtatorẽ ſuper calfactionis & præbitionis onus, de his quoque ſenſiſſe. Hermogenianus D. lib. vlt. Tit. 4. l. 1. Calefactiones thermarum. & l. 4. Calefactio publici balneĩ.

Calices amariores. Catullus Epigram. 24. Miniſter vetuli puer falerni Ingere mi calices amariores. Citat ſic Gellius lib. 7. ca. 20. Vinum vetus intelligit. Seneca Epiſtol. 64. Quomodo in vino nimis veteri ipſa nos amaritudo delectat. Legendus Galenus Methodi lib. 14. Et de Antidot. lib. primo. Vide Brodæum Miſcellaneorum lib. 1. cap. 3.

Caliculi echinorum, apud Apuleium in Apologia, id eſt, cruſtæ quibus conueſtiuntur atque operiuntur, quas & teſtas vocat Plinius: quę tamen fragiles ſunt ac ſpinis horrent.

Caligarius, caligarum artifex. Lampridius in Alex. Seuero: Corpora omnium conſtituit vinariorum, lupaniorum, caligariorum, & omninò omnium artium. Iulius Firmicus Matheſ. lib. 3. Coriorum confectores, aut caligarij.

Calorificus, θερμαντικός. Gellius lib. 17. cap. 8. Oleum quoque calorificum eſt. Cui opponitur Frigorificus, ψυχροποιός, ibid.

Caltha, vide Chryſanthemon.

Caluaria, piſcis Orbis Plinio, ὄρχις Ariſtoteli: Italis peſce Colũbo. Apuleius in Apologia: Tam ridiculum argumentum fore, quàm ſi dicas, venandis apris, piſcem apriculum: aut eli-

cien-

ciendis mortuis,marinam caluariam.Ibi corruptè marina caluaria. Ennius in Phagiticis, Corcyræ polypus, Caluaria pinguis Acarne.Sic enim legendum teſte Geſnero.

Calumniari cum dandi caſu. Aſconius Pædian. in Diuinat. Fruſtra calumniantur Ciceroni homines.

Calumniatrix, *cis*, ἡ διάβολος.Vlpianus D.lib.37.Tit.9.l.1.Niſi manifeſta ſit calumniatrix mulier.

Calumnioſus, Adiect.συκοφαντικός.Caius de Iuriſdict. D.lib.2. l.11.Ne in poteſtate calumnioſa aduerſarij mei ſit,an apud eum litigare poſſim.

Calumnioſus,διαβολικός. Apuleius in Apologia: Sed ſum ne ego ineptus, qui hæc etiam in iudicio? An vos potius calumnioſi,qui etiam hæc in accuſatione?

Camelarius,καμηλίτης, camelorũ ductor. Arcadius D.li.vlt. T.4.l.18.Vbi & Camelelaſia,καμηληλασία,camelorũ productio.

Cameratio,καμάρωσις,concameratio inde. Spartianus in Caracalla: Ex ære vel cupro cancelli, quibus cameratio tota concredita eſt.

Camilli, Pomponius Lætus de Sacerdot. Rom. Sed rerum omnium ſacrarum adminiſtri Camilli dicebantur.

Camptaules,qui canit inflexa tibia:tali in bello vtuntur Heluetij. Vopiſcus in Carino: Exhibuit centum ſalpiſtas vno crepitu concinnentes,& centum camptaulas.

Canalis animæ Plinio, canalicula ſiue fiſtula per quam ſpiritus reciprocatur AuloGellio lib.17.ca.1.τραχεῖα ἀρτηρία,aſpera arteria, ſiue quibuſdam canna pulmonis (cuius caput λάρυγξ, guttur,βρόγχος)Gallis Siffler:Ital.cãna de la gola, gorgozzule.

Cancamum, κάγκαμον, Lacca Arabum. Beniouim, ſiue Belzoinum Officinarum. Vide κάγκαμον in noſtro. Lexico De eo Plinius lib.12.cap.20.

Cancellus,vide,Cancer paruus.

Cancellarius.Vopiſcus in Carino: Præfectum vrbi vnum ex cancellariis ſuis fecit.

Cancer paruus, καρκίνος μικρὸς, qui differt à cancello qui καρκίνιον Ariſtoteli,licet interdum confundantur. Differentia, quòd Cancri parui in certis teſtis naſcantur, nec augeantur, nec domicilium mutent. Cancelli verò incrementum capiãt, teſtáſque alienas ſubeant permutando maximéque inanes ac vacuas. Paruus cancer, qui in pinnis naſcitur, Ariſt.πιννοτήρης: & πιννοφύλαξ (Quod nomen etiam cõuenit ſquillæ paruæ,

quæ καρίδιον. Nam pinnæ aut καρίδιον habent, aut καρκίνιον:) Cancellus verò,qualis in buccinis reperitur,vulgò Ermite.Cãcellus in Nerite concha, σκύλλαρος Ariſtoteli.

Cancer fluuiatilis,καρκίνος ποτάμιος: Italis Grancio, & Granzo.In Gallia nulli: fluuialis cancri meminit & Palladius. Cancri marini,ſingulis annis (vt ſerpentes vernationem) cruſtam exuunt, vt Venetiis obſeruaui, vbi tum à mollitie Molleque appellantur, vt aliud Genus Mazinete, quod cruſtam depone re ipſi negant. καρκίνος θαλάττιος,cancer marinus,Gallicè Cancre:Northmanis Crape,& crabe (à κάραβος carabus,i.locuſta) impropriè. De genere cancrorum, Pagurus, de quo ſuo loco.

Candidati principis. Vlpianus de officio Quæſtoris D. lib.1. T.13. Sanè non omnes Quæſtores prouincias ſortiebantur, verùm excepti erant Candidati principis. Hi etenim ſolis libris principalibus in ſenatu legendis vacant. Infrà Candidati principis, qui epiſtolas eius in Senatu legunt.

Canicula,de homine mordaci. Gellius lib.4.cap.20. Qui iurabat, cauillator quidam, & canicula, & nimis ridicularius fuit.

Canicula piſcis,γαλεὸς κύων Ariſtoteli: nunc Græcis σκυλλόψαρο.Gallis Milandre, & Caguot: Venetis Peſce-can: Maſſiliẽſibus Liguribúſque Pal. Caniculæ ex parte oculorum inferiore tunica enaſcitur, quæ totum oculum operit: quod malum nubem & nubeculam vocat Plinius non ex propria inſpectione(dicit enim ſuper capita: non ſuper oculis) ſed aliorum relatione cap.46.lib.9. Vide Galeos.

Canicula. Quæ τὰ σκύλια vocat Ariſtot.Gaza caniculas expoſuit,quas idem Philoſophus νεβρίας,i.hinnulos vocari teſtis eſt. Athenæus σκύμνος vocauit, i.catulos. Galli chats de mer: & Northmani Rouſſetes.Hæc canicula, generis galeorum minima, coloris rufi cum nigris maculis: cute admodum aſpera, ſi à cauda ſurſum ad caput manus ducatur: ſi contrà minimè. His piſcibus oua teſtacea quædam,perſpicuitate cornu ſimilia, ex quibus viuum animal pariunt. Venetiis vocatur peſce Guatta, Zacinthi ψοργάτα.

Caninum ſtudium,ars oratoria per contemptum, vt canina eloquentia apud Quintil.lib.12.cap.9. & Iſidor. lib.3. de ſummo bono. Columella initio operis: Sed ne caninum quidem (ſicut dixêre veteres) ſtudium præſtantius, locupletiſſimum quenque adlatrandi,& contra innocentes,ac pro nocentibus, neglectũ à maioribus, à nobis etiam conceſſum intra mœnia, & in

& in ipſo foto lattocinium. Tacitus in Dialogo de Oratoribus: Nam lucroſæ huius eſt ſanguinantis eloquentiæ vſus recens & malis moribus natus,atque(vt tu dicebas)in locum teli repertus.

Cantharus piſcis, κάνθαρος Atiſtoteli, & κανθαρὶς Numenio: nunc Græcis corruptè σκαθαρὸ. Lutetiæ Brame de mer: Cantheno verò Narbonæ, in Prouincia atque Hiſpania: Ligures vocãt Tanado (à colore caſtaneo,quem nos Tané, qualis magni ſcarabei,qui κάνθαρος)Romani Zaphile. Litoralis eſt, auratæ vel ſargo ſimilis:ſubaureis per longitudinẽ lineis diſtinguitur. De eo Ariſtoteles lib.8.de Hiſtor.cap.13.Oppianus li.1. Hal. Plinius lib.32.cap.11. & Columella lib. 8. Ouidius: Cantharus ingratus ſucco, tum concolor illi Orphus.

Cantator fidibus, κιθαρῳδὸς fidicen. Gellius lib.16.cap.19. Vetus,inquit,& nobilis Arion cantator fidibus fuit.

Cantamina (vnde incantamenta) ἐπῳδαὶ καὶ γοητεῖαι, præter Propert. Apul.in Apolog. Sin verò more vulgati cum iſti propriè magum æſtimant, qui communione loquendi cum diis immortalibus, ad omnia quæ velit incredibilia quadam vi cantaminum polleat.

Capacitas, de homine qui idoneè hereditatem, vel legatum capere poſſit. Gaius D. lib.31.Tit.1.l. 55.ſi eo herede inſtituto, qui vel nihil,vel totũ capere poteſt, ſeruo hereditario legatum fuerit: tractantibus nobis de capacitate. Ibid. Quia nullus eſt dominus in cuius perſona de capacitate quæri poſſit.

Capeſſo in præter. Capeſſui. Cornel. Tacitus lib.12. Laudatus quòd & pugnam manu capeſſuit: & corpore aduerſo vulnera excepit.

Capeſſiuit. Tacitus lib. 15. Principium tanti facinoris capeſſiuere.

Capeſſiturus meliora. Cornel. Tacitus lib. 5. Aut peſſimis innutritum meliora capeſſiturum.

Capillum frangere, de calamiſtratis dicitur. Seneca Controuerſiar. lib.1. Cantandi ſaltandíque nunc obſcœna ſtudia effœminatos tenent,& capillum frangere.

Capita de gregis aut armenti parentibus ac procreatoribus. D.lib.7.Tit.1.l.68. Planè ſi gregis vel armenti ſit vſusfructus legatus,debebit ex adgnatis gregem ſupplere: id eſt in locum capitum defunctorum. & l. 70. Interim tamen, quandiu ſummitantur & ſuppleantur capita quæ demortua ſunt, cuius

ſit fœtus, quæritur.

Capito piſcis, *κέστρεὺς ποτάμιος* vel potius *κέφαλος ποτάμιος*, i. mugil fluuiatilis: Gallis Munier, vel Vilain: Aliis Teſtard: Placentinis Cauezale: Iuſubribus Cauedano. Quidam ſqualum eſſe volunt, quod Romani nomem retinent. Mugili ſimilis eſt, cuius in dorſo vnica pinna: os ſine dentibus, ſed aſperum: branchiæ quaternæ ac geminæ: oculi pupilla nigra. Cato cap. 148. de aluo deiicienda, piſcē capitonē (ſcriptum capitoneum) & ſcorpionem memorat. Auſonius in Moſella: Squammeus herboſas Capito interlucet arenas Viſcere prætenero fartim congeſtus ariſtis.

Caprilis, Adiect. vt caprilis caſa, apud Eutropium lib. 5. in bello Ciuili.

Caprimulgus, *αἰγοθήλας* Ariſtoteli & Æliano, Gallis Effraye: Northmanis Freſaye. Auis nocturna, colore & magnitudine nō diſſimilis cuculo. Reſupinam pedibúſque in cælū conuerſis volare certū eſt. Eadē feralis eſt, etiam de die morituri in ædes aduolans, quod cùm in pluribus aliis, tū in obitu matris mulieris lectiſſimæ (quæ & mortui patris mei, cōiugis chariſſimi: vxor pudiciſſima atque amantiſſima deſyderio & mærore con tabuit) fideliter obſeruaui. Eadem auis ſtrix (à qua mulieres ve neficas adhuc ſtrigas vocāt Veneti, ac ſtrigarie veneficia) quæ Græcis *στρίγξ*, & *κέρχνη* ſiue *κερχνήϊς*. Vide in noſtro Lexico *Κερχναλέος*.

Caprona, in Antiæ.

Capſarij etiā in balneis. Paulus de Off. præf. vigil. D. li. 1. T. 15. Aduerſus Capſarios quoque, qui mercede ſeruanda in balneis veſtimenta ſuſcipiunt.

Capſella, *æ*. Vlpianus D. libr. 33. Tit. 7. l. 12. Vrcei, capellæ, in quibus fructus componuntur.

Captare verba, in aliū ſenſum torquere. D. li. 10. T. 4. l. 19. Paulus: Reſpondit nō oportere ius ciuile calumniari: neque verba captari: ſed qua mēte quid diceretur animaduertere cōuenire.

Captatrix, *cis*, *ἀπατηλή*. Apule. li. de Philoſoph. Alia verò adulādi ſciētia eſt, captatrix veriſimiliū, vſus nulla ratione collect⁹.

Caput demittere, de teterrima atq; inquinatiſſima obſcœnitate cunilinguorum atq; irrumatorū. Cicero pro domo: Quære hoc ex Clodio, ſcriptore legum tuarum. Iube adeſſe. latitat omnino. Sed, ſi requiri iuſſeris, inuenient hominem apud ſororem tuam, occultantem ſe, capite demiſſo. Catullus in Gellium:

lium: Non ſi demiſſo ſe ipſe voret capite.

Caput noſtrum dicimus cariſſimum nobis aliquem. Catullus ad Aurel. Quod ſi te mala mens, furórque vecors In tantam impulerit ſceleſte culpam, Vt noſtrum inſidiis caput laceſſas. i. puerum mihi cariſſimum. Plutarchus: φίλος ἄλλος αὐτὸς ἴσος ἐμῆ κεφαλῆ.

Cardamine, Vide Sion, & Siſymbrium.

Cardamomũ, καρδάμωμον: Italis Meligetha: Gallis graine de paradis, vt Hiſpanis Grana de parayſo. In officinis Cardamomi tria genera, quorum ſemina acria piperis modo folliculis continentur. Maximum potius cardamomũ Dioſcoridis. Plinius lib. 12. cap. 13. genera quatuor conſtituit.

Cardinaliter, à cardine cæli in cardinem: vocabulum Matheſeos quo vtitur Iulius Firmicus lib. 4. qui & geniturę locos, principales cardines vocat. Sol, inquit, in principalibus genituræ cardinibus collocatus, ſi fortunæ locum cardinaliter viderit, magnam & nobilem genituram decernit.

Carduelis, θραυπὶς Ariſtoteli Hiſtor. lib. 8. cap. 3. & ἀκανθὶς ποικίλη Theocriti: nam alia Acanthis Ariſtotelis (Gallis Chardonnet, vel Chardonneret: Græcorum vulgo γαρδέλι, & Italis Gardello, ac Venetiis Gardellin. Auicula, cuius caput minij colore rubet, ac nigricat: alæ nigro atque aureo diſtinguntur. Eſt & Carduelis Antarcticus, Chardonnet de l'Amerique. Aliis tamen θραυπὶς auis quæ à noſtris Terni: Italis Citrinella, Neapoli Lequila: Turcis ſare.

Carduus ſatiuus, Cinara, κινάρα Galeno, σκόλυμος Dioſcoridis, κάκτος Theophraſti: Gallis Artichaut: Italis Carcioffo, vel Artichioccho: Cuius teneri veſcique caules etiam κάκτοι dicuntur, vt ſcapus πτέρνιξ. In fructu verò, qui κεφαλωτὸς capitatúſque eſt (σπόνδυλος dictus, & ἀρτυτικὸν Tralliano: vnde Gallis Artichautz) teneritas edulis palmæ quæ cerebro ſiue τῷ ἐγκεφάλῳ ſimilis (quod cerebrum Italis Cefilione. Vide Chamæropes,) Aſcalia vocatur à Plinio, σκαλία Theophr. & ἀσκάληρον ab Athenæo, adhúcque Scalera in Apulia. Teſtimonia produximus in Lexico in voce Κάκτος, & Κινάρα.

Carrago, *ginis*, carrorum impedimentorúmque copia. Iulius Capitolinus in Galieno: Scythæ facta carragine per montem Geſſacem fugere ſunt conati. Vtitur &. Treuellius Pollio in Claudio.

Carpa, vide Cyprinus.

Carpentarium vehiculum, Spartianus in Zenobia.

Carruca dormitoria. Scæuola D.libr. 34. Tit.2.l.13. Quæſitum eſt, an carruca dormitoria cum mulis, cùm ſemper vxor vſa ſit, ei debeatur.

Caracalla, genus veſtis talaris. Spartianus in Caracalla. Caracalli nomen accepit à veſtimento, quod populo dederat, demiſſo vſque ad talos, quod antè non fuerat. Vnde hodiéque Antonianæ dicuntur Caracallæ huiuſmoci in vſu maximè Romanæ plebis frequentatæ.

Caſia, *κνέωρον*. Duo Cneori genera Theophraſti quidam exponunt per roremmarinun, ac lauãdam noſtram. Hæc herba: Caſſia verò, arbor, ex qua Canella officinarum, quæ pro cinnamomo venditur. In regno dicto Perù Caſſia lauro non diſſimilis, ſed glandifera: cuius glaudium calices cũ pediculis canellæ guſtum referunt. Eiuſdem arboris folium laureis ſimile, quod Seplaſiarij diuendunt pro folio Indico. Vide Κνέωρον & κασσία in noſtro Lexcico.

Caßita, vide Alauda.

Caſus Latinus, i. ſextus, Ablatiuus, quo Græci carent: cuius vis apud Græcos per Genitiuum explicatur: Sic appellatur à Varrone, authore Diomede Gramm. lib. 1.

Caſualis, vt caſuales declinationes, apud Probum.

Caſualis, *πτωτικός*, vt caſualis forma. Diomedes Grammatices libr. 1. In ſingulari numero nominum formæ caſuales ſunt ſex.

Catadromus à doctioribus exponitur, non hippodromus, ſed funis prorenſus, per quem hiſtriones ingrederentur, ſaltarent, ac decurrerent. Et apud Pollucem *πελόδρομος* & *ἐπίδρομος τῆς ἄρκυος χοίνια*: quæ voces affines ſunt.

Catellulus. à Catulus, catellus, catellulus: Diomedes Grammat. lib. 1.

Catinellus. a Catinus, catinulus, catinellus, catillus: Diomedes Grammat. lib. 1.

Caucalis, *καυκαλὶς* Dioſc. *δαῦκος ἄγριος* Gal. olus ſalſuginoſum Chryſippi: Gal. perſil ſauuage (vt nunc in Græcia *ἄγριος σέλινος*) Ital. Petroſello ſaluatico, & pietra fendula in Apulia.

Cauſalis, vt cauſales cõiunctiones, qualis igitur, apud Probũ.

Cauſatius, maiore cum cauſa, *εὐλογωτέρως*. Plinius in Præfatione operis: Quanto nos cauſatius ab aliquo iudice defendimur

dimur.meliùs defendimus.

Cauſatio, πρόφασις. Gellius lib. 20. cap. 1. Atque id fecerunt, ne cauſatio iſta ægri corporis perpetuam vacationem daret fidem detrectantibus.

Cautio hæreditaria. Gaius. D. lib. 10. Tit. 2. l. 5. Cautiones hereditarias in æde ſacra deponi iubet, non ad licitationem rem deducere.

Cautio de rato: de rato cauere. D. lib. 3. Tit. 4. l. 6. Actor vniuerſitatis ſi agat, compellitur etiam defendere: non autem cõpellitur cauere de rato. Sed interdum ſi de decreto dubitetur, puto & interponendam de rato cautionem. Vide Ratihabitio.

Cedere diem, inquit Vlpianus D. de verbor. Significat. Significat incipere deberi pecuniam. Venire diem, Significat cum diem veniſſe, quo pecunia peti poſsit. Vbi purè quis ſtipulatus fuerit, & ceſsit, & venit dies. Vbi in diem, ceſsit dies, ſed nondum venit. Vbi ſub conditione, neque ceſsit, neque venit dies pendente adhuc conditione.

Celeberrimè, Suetonius in Tiberio, Per noctes celeberrimè acclamatum eſt, redde Germanicum. Dictum vt creberrimè apud Cicer.

Cedrus. De cedris copioſiſsimè in noſtro Lexico in Voce κέδρος, & μηδικά. Cedri poma ex Græcia Venetias afferuntur, quædam cucurbitæ oblongæ magnitudine: quorum odor gratiſsimus. Aſſeruantur optimè in arena. In his pulpæ plurimum, quæ etiam edulis. Nomen retinent in Græcia atque Italia.

Celebratior, i. celebrior. Suetonius in Auguſto: Quóque Actiacæ victoriæ memoria celebratior & in poſterum eſſet.

Cenchris ſerpens, κεγχρὶς, κέγχρος Dioſcoridi, & κεγχρίνης Lycophroni, quem & λέοντα αἰόλον vocat Nichander: in Lemno nunc vulgò Cenchriti nominatur. Hic varius totus eſt, & maculatus per ſingulas ſquammas notis millii forma: vnde & nomen. Nam κέγχρος millium. Ad huius morſum caro putreſcit, ſerpitque per membra putredo, & hydrops hominem affligit. Lucanus lib. 9. Et ſemper recto lapſurus limite cẽchris: Pluribus ille notis variatam tingitur aluum, Quam paruis tinctus maculis Thebanus ophites. De eo præter Nicandrum, Dioſcoridem, Æginetam, Plinius lib. 20. cap. 22. Vide Tinnunculus.

Cenſitio,i.cenſus impoſitio. Spartianus in Nigro: Idem Palæſtinis rogantibus, vt eorum cenſitio leuaretur, idcirco quòd eſſet grauata, reſpondit, vos terras veſtras leuari cenſitione vultis, ego verò etiam aërem veſtrum cenſere vellem.

Cenſualis profeßio, τιμητικὴ ἐπαγγελία. Arcadius D. lib. vlt. Tit. 4. l. finali: Qui acceptandis ſiue ſuſcipiendis cenſualibus profeſsionibus deſtinanrur.

Centeſimare. Iulius Capitolinus in Macrino: Et cùm ſeditiones militares pateretur, multos ſæpius decumauit: aliquando etiam centeſimauit, quod verbum proprium ipſius eſt, quum ſe clementem diceret, quando eos centeſimaret, qui digni eſſent decumatione, atque viceſimatione.

Centußis pro centuſſe, i. aſsibus centum. Varro apud Gelliũ lib.15.cap.18. Nunc qui illum norunt, volunt emere millibus centum: te qui nouit, nemo centuſsis.

Cerebrum pro capite συνεκδοχικῶς. Sext. Aurel. Victor in Cæſare Auguſto: Quod in tantum accidiſſe perdoluit: vt cerebri valido incurſu parietem pulſaret.

Cerno, creui in præterito teſte Diomede Grammat. lib.1. Plautus Ciſtel. Tum antehac te amaui, & mihi amicam eſſe creui mea Gymnaſium, i. vidi.

Cernuo. Seneca Epiſtol. lib.1. in 8. Qui hoc faciunt non euertit fortuna, ſed cernuat & allidit.

Certhia, κέρθιος Ariſtoteli Hiſtor. lib.9. cap.17. Gallis Grimpereau Piochet: Anglis Crepera à reptando: Exigua eſt auicula θριποφάγος atque ex coſsis victitans, cui apud arbores domicilium, mores audaces, ingenium ſagax in vitæ officiis (& fortè κέρδιος melius ſcribitur, ab aſtutia & ſagacitate) vox clara, roſtrum tenue, oblongum (inſtar vpupæ ferè) & circa extremum aduncum. nunquam quieſcit, ſed ſemper reptando arbores ſcandit.

Cerui de ſtipitibus furcillatis. Cæſar lib.7. Aggerem & vallum 12. pedum extruxit. huic loricam, pinnaſque adiecit grandibus ceruis, eminentibuſque ad commiſſuras pluteorũ, atque aggeris, qui aſcenſum hoſtium tardarent.

Ceruleum, vide Iaſpis.

Ceſtus quidem à κεστός, & tamen Cæſtus agnoſcit Placiades, qui ita in Gloſsis: Incæſtum puto A. literam debere retinere: ab eo quod eſt Incaſtum venit. Cæſtum dicunt Zonam pelliceam Veneris, quæ legitimas nuptias ligat. Si quis ergo alieni legiti-

legitimique matrimonij iura violarit, incæſtum dicitur admiſiſſe, id eſt, quaſi caſtitatis vinculum, zonamque Veneris violaſſe.

Chærephyllon, vide *Anthriſcum.*

Chalcis, χαλκὶς, ἄχρος, Lugduni Celerin: in Italia Sardanella. Piſcis lacuſtris, (qui & χαλκιδικὴ Dorioni) ſquamis argenteis, ſardinis ſimilis. De quo Ariſtoteles Hiſtor. Animal. lib. 9. cap. 14. & 8. cap. 20, Athenæus lib. 7. Oppianus 1. Halieuticôn. Plinius lib. 32. cap. 11.

Chalybs, fluuius Hiſpaniæ. Iuſtinus Hiſtor. lib. 43. de Hiſpanis: Nec illum apud eos telum probatur, quod non aut Bilbili fluuio, aut Chalybe tingatur. Vnde etiã Chalybes fluuij huius finitimi appellati.

Chama, χήμη (quaſi hiatula, à χάινειν) cluſiles mordacéſque conchæ Plinio: Vulgò Coquilles: Venetis Cappæ. Conchularum generis ſunt, quæ κογχάεια vel κογχύλια. Earum plurima genera. Plinius lib. 32. cap. vlt. Chamarum genera (perperam editum, Cancrorum) chametrachea (χῆμαι τραχεῖα, quia chamarum teſtæ duriſsimæ) Chameleos (χῆμαι λεῖος vel λεία, cuius teſta albiſsima ac tenera) Chamæpelorides (χῆμαι πελωρίδες, & κόγχαι πελωειάδες apud Athenæũ, vel πελωεια), à Peloro, vel à magnitudine: quia πελώειος, ingens. Et ſimpliciter, Pelorides Horatio ac Martiali) generis varietate diſtantes, & rotunditate, Chamæglycymerides χῆμαι γλυκυμερίδες à dulcedine: Græcorũ vulgò ἀμυνδὶ, & grandiores ac duriores, quarum teſtæ ſubrufæ γανδουραμυνδὶ quæ pelorides maiores Athenæi) quæ ſunt maiores, quàm pelorides: colycia ſiue corophia. alij Corycia. Came nigra, κόγχος μέλαινα vel μελαινὶς apud Athenæum, eſt Venetis Cappa peuerata, vel peuerazza: Vulgò Grecorum ἀχιβάδα μαυρὴ, i. chame nigra.

Chamæmelon, ἀνθεμὶς Dioſcorid. Gallis Camomille: Italis Camæmila. Deſcribit ex Dioſcoride Plinius lib. 22. cap. 21. vbi ita corruptè legitur: Genera eius tria flore tantùm diſtant, palmum non excedentia, paruiſque floribus, vt rutæ candidis, aut melinis, aut purpureis. Sed ita reponendum: Genera eius tria palmum non excedentia flore tantùm diſtant, paruiſque floribus vt rutæ folia, candidis, aut melinis, aut purpureis. Nam & vt res ſe habet, Dioſcorides, ἀνθη λευκὰ, ἢ μήλινα, ἢ πορφυρᾶ κατὰ μέγεθος πηγάνου φύλλων. Leucanthemũ ſpecies chamæmeli prima, Gallis Camomille double. frequens in Northmania.

Chameropes, vel potius *chamerrhiphes*, χαμαιῤῥιφεῖς φοίνικες Theophraſto. Plinius lib.13.cap.4.de palmis. Vocantur autem Chameropes,folio latiore ac molli,ad vitilia vtiliſsimo.Copioſæ in Creta, ſed magis in Sicilia. Ita dictæ ab humilitate. Dicuntur ab Italis Ceſaglioni. Proueniunt in Siciliæ maritimis. Huius palmæ medulla edulis eſt, dicitúrque Ceſilione (quia palmæ cerebrum,i.medulla ἐγκέφαλος Galeno) à Serapione.

Channa, vel Channe, vel Channus, χάννη & χάννος: apud vulgus Græcorum nomen retinuit.Maſsilienſibus Serran,vel Serratan. Genuenſibus Bolaſſo: Incolis Portus veneris Barqueta. Piſcis eſt ex ſarcophagis,percæ ſimilis: cuius dentes acuti, maxilla inferior prominentior, quo ſemper hiat (vnde à χαίνειν hiare,nomen) dorſum ex rubro nigreſcit:cauda maculis rufis inſignis. Ouidius lib. de Piſcibus:-ex ſe Cōcipiens Channe gemino fraudata parente eſt. Plinius de eo lib.9. cap.52.ex Ariſtotele hiſtor.lib.4.cap.6. Qui de eo etiā lib.2.cap.17. à quo ſumpſit Galenus lib.3.de facult.natur.

Charadrios, χαραδριὸς Ariſtoteli: Gallis Nyttoule rochere. Auis eſt nocturna, cui vox praua. Præruptis ac confragoſis locis, i. χαράδραις (vnde & nomen) verſatur. Rupicem vertit Gaza. Verſuſque Lucilij apud Feſtum, Varonum ac rupicum ſquaroſa incondita roſtra.Sed Rupex aliis potius hæc auis,quæ à noſtris Biforeau vocatur, vel Bifoureau, i. Grus baleatica. Charadrij aſpectu morbum regium ſanari ſcripſit cum Ariſtotele Ælianus, quod Plinius de Ictero aue tradidit. Vide Icterus.

Charitonius. In verſu Lucretij corrigendus error Dictionariorum.Nam non Charitonia,ſed χαρίτων ἵα legi debet,ac,tota merum ſal.

Chenalopex,vide Penelops.

Chenopous,χηνόπους (à pedis anſerini figura, quam folia imitantur) Gallis Agripaume, quaſi agripalma: eſt herbariorum Cardiaca, quam propter ingratum odorem apes refugiunt. Plinius libro 11. capite 7. de Apibus: Ceras ex omnium arborum ſatorumque floribus confingunt,excepta rumice & Chenopode,&c.

Chirodotæ Dalmatarum, i.Dalmaticæ manuleatæ,apud Iul. Capitolinum in Pertinace.

Chlorio, χλωρίων (alia auis χλωρεὺς, quæ Vireo dici debuit. Sed eo quoque nomine Chlorio dicitur à Plinio lib. 18. cap. 29, E di-

29. E diuerſo Vireonẽ prodire ipſo ſolſtitij die) & χλωρὸς Ariſtoteli. Dicitur & Chlorion: Gallis Loriot: Italis Oriolo (ab aliis falſò becquafiga) Hiſpanis Oropendola: Germaniis V Viddevval: & Anglis Vuiddeuuol. Plinius lib.10.cap.29. Chlorion quoque qui totus eſt luteus, hyeme non viſus, circa ſolſtitia procedit. Ex Ariſtotele, vt & quod cap.74. Diſsident Coruus & Chlor o. Pici autem auis ſpecies eſt Chlorio, nidum ex arboribus ſuſpendens. Idem Plinius lib.10. cap.33. Picorum aliquis (ignorabat eſſe Chlorionem, vel Vireonem vt falſò vocauit) ſuſpendit in ſurculo nidũ primis in ramis cyathi modo, vt nulla quadrupes poſsit accedere. Alià Galbulus de qua ſuo loco. Affertur & ex America Chlorij ſpecies pulcherrima.

Chryſanthemon, χρυσάνθεμον, vel χρυσανθέμιον Heſych. Caltha, Gallorum ſolſi (vel ſoucy) Italorum fior d'ogni meſe. Vide in noſtro Lexico, vbi corruptam lectionem Dioſcoridis reſtituimus, probauimuſque Chryſanthemon Caltham eſſe.

Chryſogonum, χρυσόγωνον, blattaria Plinij: non verò quæ verbaſci tertia ſpecies Dioſcoridis, vt contra aſſertores probauimus in Lexico in xoce χρυσόγονον.

Chryſocome ſiue Chryſitis, χρυσοκόμη, ſerpyllum inodorũ Herbariõrum, corymbis aureis, folio hyſſopi: quam ex Dioſcoride deſcribit Plinius lib.21.cap.8. Chryſocome, inquit, ſiue chryſitis, non habet Latinam appellationem. Palmi altitudine eſt, comantibus fulgore auri corymbis, radice nigra (at Dioſcorides, tenui hellebori nigri inſtar) &c. Apud dioſcoridem ita legitur, θαμνίον ἐστὶ ανθαμιαῖον, ἔχον κόμην κορυμβώδη ἡ, ὁμοίαν ὑσσώπῳ. Sed coma hyſſopi (niſi noſtra diuerſa ſit) ſpicata eſt. Itaque legendum contendo, ανθαμιαῖον, ὅμοιον ὑσσώπῳ, ἔχον κόμην κορυμβώδη ἡ. Quæ ſimpliciſsima correctio, vnicæ literæ mutatione ac tranſpoſitione verborum.

Cicera, & Cicercula Columellæ, λάθυρον vel λάθυρος Theophraſto: Gal. geſſe: Ital. cecerchia, vel ceſerchia, Ceſera, & Venetiis Manarola.

Cicuma: vide Cymindis.

Cinædus piſcis, ἀλφηστής, & ἀλφηστικὸς Athenæo: Gallis Rochau: Maſsilienſibus ſanut, alii Canud. Plinius lib. 32. cap. vlt. Cinædi ſoli piſcium lutei. legendum pro ſoli, toti. Nam Athenæus, τὸ μὲν ὅλον κηρoειδὲς) qui color cere, κιῤῥὸς flauus καὶ ξανθὸς) & Coracinis color luteus. Epicharmus, ἀλφησταί τι, κορακῖνοί τι κηροειδέες. Quin & aliis, vt in cancrorum generibus. Piſcis

marinus eſt, ſaxatilis, totus luteus excepto dorſo quod purpuraſcit: mænis figura ſimilis μονείκανθος dictus Aristoteli ob indiuiſas ſpinas.

Cinædior. Catullus in Epigram. de Vari ſcorto: Hic illa, vt decuit cinædiorem, i. impudentiorẽ. Vt à Cinædo, ſic à Patico dixit Martialis in 12. ad Rufum, Muſæi paticiſsimos libellos.

Cinædulus, Diminutiuè. Macrobius Satur. lib. 3. cap. 14. Teſtis eſt Scipio Africanus Æmilianus qui in oratione contra legem iudiciariam Tiberij Gracchi ſic ait: Docentur præſtigias inhoneſtas: cum cinædulis & ſambuca, pſalterióque eunt in ludum hiſtrionum.

Cinara, vide *Carduus*.

Cinctus altè. Seneca Epiſt. 93. de Mecœnate: Altè cinctum putes dixiſſe. Habuit enim ingenium & grande & virile niſi illud ipſe diſcinxiſſet. Apud Horat. puer altè cinctus.

Cinerarius. Varro in 4. de Ling. Lat. Calamiſtri, quod heis calefacteis in cinere capillus ornatur. Qui ea miniſtrabat, à cinere Cinerarius eſt appellatus. Cariſius in 2. Afranium aduocat in Cinerario. Et idẽ in 1. ex Catone in Originibus. Mulieres noſtræ capillum cinere vnguitabant, vt rutilus eſſet crinis.

Circæa, Priapeia Herbariorũ. Vide Κιρκαία in noſtro Lexico, vbi exẽplaris Dioſcoridis mendũ correximus, & Plinij erratũ.

Circuitus Particip. quo præter Senecam vſus Suetonius in Claudio. Nam & ſi paulo ſerius ad prædictam cœnæ horam occurriſſet: nõ niſi ægrè, & circuito demũ triclinio recipiebatur.

Circumactio, περιαγωγὴ, περίοδος. Gellius lib. 17. cap. 20. Eὐθύμημα crebrum, & coruſcum & connexum, breuibuſque & rotundis numeris, cum quadã æquabili circumactione deuinctũ.

Circumerrare. Seneca controuerſiarum lib. 2. in 1. Neque turba lateri circumerrat.

Circũmittere, περιπέμπειν. Cæſar lib. 7. Legationes in omnes partes circummittuntur.

Circunciſè: etiam vtitur Macrobius Satur. lib. 5. cap. 1. Ille breuiter, & circunciſè dicere affectat.

Circunducere diem, tranſigere. Suetonius in Nerone: Reliquam diei partem per organa hydraulica noui & ignoti generis circunduxit.

Circunductus, us, περιαγωγή, circumactus, περιφορά. Macrobius Comment. lib. 2. cap. 1. Ex ipſo enim circunductu orbium, ſonum naſci neceſſe eſt.

Circun-

Circunferentia,æ,περιφέρεια. Apuleius Floridor.lib.4.Nec lacunarium refulgentia,nec ſedilium circunferentia.

Circunflexio,περίκαμψις, circunflexus.Macrobius Cõment. lib.1.cap.21. Zodiacum ita lacteus circulus obliquæ circunflexionis occurſu ambiendo amplectitur.

Circunfuſio, περίχυσις. Iulius Firmicus Matheſeos lib.2. Cœlum,cuius eſt rotunda formatio,quòd terras,maria,cæteráque intra ſe ſe omnia ignei ſpiritus circunfuſione complectitur. Idem eodem lib. Quatenus Oceanus quem quidam Athlanticum aiunt mare, terræ ſpatium in modum inſulæ vndarum ſuarum circunfuſione concludit.

Circungredi. Cornel. Tacitus lib.12. Illi metu ne hinc Romanus: inde Cheruſci: cum quis æternum diſcordant,circungrederentur.

Circunſcriptior, breuior.Plinius Epiſtol.lib.1.Nam in concionibus eadem quæ in orationibus vis eſt,preſsior tamen,& circunſcriptior,& adductior.

Circunſiſti,περιΐστασθαι. Apuleius lib.de Philoſophia: Fortitudo quippe.circunſiſtitur hinc audacia,inde timiditate.

Circunſpectius agere,Gellius lib.3.cap.8.i.cautius.

Circunſpectiſsimus. Suetonius in Tyberio:circunſpectiſsimus & prudentiſsimus princeps.

Circunſpectatrix. Vſus præter Plautũ Apuleius in Apologia: Quam improba iuuenum circunſpectatrix, quàm immodica ſui oſtentatrix.

Circunſtrepitus, περικτυπούμενος. Apuleius in Apologia:Ianua calcibus propulſata,feneſtræ canticis circunſtrepitæ.

Circunuentio, ἀπάτη, deceptio,circũſcriptio.D.de Minorib.l.. 17. In integrum verò reſtitutio erroris proprij veniæ petitionẽ vel aduerſarij circunuentionis allegationem continet.

Circunuentor, qui alterũ circunuenit ac decipit. Lampridius in Alex.Seuero:Habuit amicos non crudeles,non circunuentores ſui, non irriſores.

Circus, κίρκος Ariſtoteli, & *ἴρηξ κίρκος* Homero. Accipitris ſpecies Circus: omnium auium velociſsimus columbiſque infeſtus teſte Homero. Non eſt, qui à noſtris Buſe appellatur, vt quidam voluere.Nã is Buteo:ſed qui Eſparuier, priuatimq́; accipiter vocatur,& niſus: (nõ verò Niſus Ouidij. hîc n.ἁλιαίετος) cuius mas Mouchet noſtratibus.Plin.lib.10.cap.8.Accipitrũ genera 16. (fortaſſe error:legendũq́; ex Ariſtotele 10.) ex iis Circũ-

claudum altero pede (at hoc Ariſtoteles hiſtor.lib.9.cap.15. de Ægitho) proſpertimi augurii nuptialibus negociis & pecuariæ rei. Aliis noſter Eſparuier eſt φασσοφόνος Ariſtotelis, ſiue φαβοτύπος, i. accipiter palũbarius, qui maior aliorumque iudicio noſter Faulcon gentil. Accipiter verò fringillarius, qui minor Ariſtoteliſque σπιζίας (quia fringillas, i. σπίζας perſequitur) Gallorũ Houbereau: aliis tamen, quod non probo, eſt qui vocatur Eſparuier mué: & Spizias iunior Eſparuier ſor. Apud Ariſtotelẽ etiam accipitris ſpecies πέρνης (& πτέρνις Heſychio, aliis πέρκνης) Gazæ pernix, qui quibuſdam Gerfault: aliis verò Houbereau.

Ciſtus, vel *ciſthus*, κίστος vel κίσθος ſiue κίσθαρος vel κίσσαρος: frutex frequẽs in Prouincia, & Italia, cuius maſculo flos roſaceus: vocaturque Roſa marina, vel roſole: fœminæ albus: dicitúrque Saluia ſalbega. Vtriuſque Hypociſtis, (ὑπόκιστις, ῥόβηθρον & κύτινος, à ſimilitudine cytini mali punicæ) radicibus adgnaſcitur. Eſt & Ciſti ſpecies Leda Plinio, λῆδον Dioſcoridi, ex quo ladanũ, λάδανον, ſiue λήδανον Herodoto. De quo Plin. lib. 12. cap. 17. vbi ipſius erratum agnoſco (cum doctiſsimo Matthæolo) æſypũ eſſe hircorũ barbis genibuſq; villoſis inhærens affirmantis, ſed hederæ flore deroſo, paſtibus matudinis. Nõ enim ladanum ex depaſta hedera, i. κισσῷ, ſed κίστῳ ſiue lada Ciſti ſpecie. Vocum affinitas Plinio impoſuit.

Citharus, κίθαρος Athenæo, κιθάρωδος Æliano, & κιθάρη Oppiano lib. 1. Piſcis qui Romæ Folio. Rhombo ſimilis eſt, vel Galeno teſte lib. 3. Aliment. Cuius dentes ſerrati: lingua ſoli ex planis ſoluta eſt: Caro inſuauior, quia alga veſcitur, vt ſalpa. Cithari præter Ariſtotelem meminit Plinius lib. 32. cap. vlt.

Citipes, ὠκύπους. Diomedes Grammatices lib. 3. Citipedem hunc curſum ſibi reperiſſe teſtificantur.

Citrata, i. citroſæ reſtes Feſto. apud Iul. Capitol. in Pertinace malè legitur Cirratas militares.

Ciuit, ciuerat, i. commouit commouerat. Tacitus libro 15. Quos è proximis coloniis & municipiis eius rei fama ciuerat.

Ciuitatem vſurpare, ſe pro ciue agere. Suetonius in Claudio: Ciuitatem Romanam vſurpantes in campo æſquilino ſecuri percuſsit.

Ciuitatula (vt apud Homer. πτολίεθρον) apud Senecam ἐν ἀποκολοκυνθώσει.

Ciuilis actio, i. præſcriptis verbis. D. lib. 19. Tit. vlt. l. 15. Cui oppo-

opponitur legitima. Vide Præſcriptus.l.16. Ciuilis actio incerti vocatur. Et l.21. Vtilis actio. Quotiens, inquit, deficit actio vel exceptio, vtilis actio, vel exceptio danda eſt. Subtilius diſtinxit Iuſtinianus.

Ciuiliſſimus, Superlat. Spartianus in Adriano: In colloquiis etiam humillimorum ciuiliſſimus fuit.

Ciuilitas, πολιτική, Apuleius de Philoſophia: Ciuilitatem, quam πολιτικὴν vocat Plato.

Clades vaſtiſſima, i. maxima. Gellius lib.5.cap.17. Cladem illam pugnæ Cannenſis vaſtiſſimam factam dicit.

Clanculo, κρυφῆ, λάθρα, clam ſiue clanculum. Macrobius Satur.lib.5.cap.18. Fuit enim hic poëta vt ſcrupuloſe & anxiè ita diſſimulanter & quaſi clanculò doctus, vt multa tranſtulerit, quæ vnde tranſlata ſint, difficile ſit cognitu.

Clareſcit pro clarum fit. Macrobius Comment.lib.2.cap.12. Et hæc ſit præſentis operis conſummatio, vt animam non ſolùm immortalem, ſed deum eſſe clareſcat.

Clauarium. Cornel. Tacitus lib.19. Seditioſæ militum voces terrebant: Clauarium (donatiui nomen eſt) flagitantium.

Clauicularius, cui clauium cura commiſſa eſt. Iulius Firmicus Matheſ.lib.3. Aut clauicularij, aut carceris cuſtodes.

Clauſtrarius artifex, apud Lampridium in Heliogabalo ita corruptè legitur: Mulionem curare iuſſit: iuſſit & curſorem, iuſſit & cocum, & clauſtralium artificem. Eſt verò clauſtrarius, qui clauſtra clauéſque facit.

Clauſulam imponere, finem imponere. Seneca Epiſt.67. Non poteſt dici hoc non eſſe par maximis bonum, quod beatæ vitæ clauſulam impoſuit, cui Epicurus extrema voce gratias egit.

Clematis Ægiptia, Vide Vincaperuinca.

Clematis altera Diſcordis, Italis Vitalba (falſò tamen. nam vitis alba, i. bryonia) cuius & ſpecies flammula (quia cauſtica eſt) Herbariorum. Plinius (ex Dioſcoride) libr.24. cap.10. Similem huic (ſimilaci) aliqui Clematida appellauerunt, repentem per arbores, geniculatam & ipſam, &c. Sed vagum hoc nomen. Nam & Centunculus diuerſa herba ita vocatur: quin & alia ſcammoniæ ſimilis (quæ conuolunli ſpecies eſt, cui nec diſſimilis ipſa ſcammonea) de quibus idem Plinius libro.24. cap.15.

Clemens mare, i. mite ac tranquillum: cui mare iratum, a-

ſperum ac ſæuum opponitur. Gellius libro 2. capit. 21. Nox fuit & clemens mare, & anni æſtas, cælúmque liquidè ſerenum.

Clementiſſimè. Gellius lib. 1. cap. 18. Hæc Varro Scripſit de ipſo Lælio clementiſſimè.

Clidia, vide Thynnus.

Clinopale, κλινοπάλη. Suetonius in Domitiano: Libidinis nimiæ aſſiduitatem concubitus velut exercitationis genus clinopalem vocabat.

Cloacula. Lampridius in Heliogabalo: Additaque iniuria cadaueri eſt, vt id in cloaculam milites mitterent.

Cloacarius. Adiect. vt cloacarium vectigal. Vlpianus D. lib. 30. Tit. 1. l. 39. Hæres cogitur legati prædij ſoluere vectigal præteritum, vel tributum, vel ſolarium, vel cloacarium, vel pro aquæ forma.

Clupea, *æ*, aloſa vel alauſa Auſonio, Gallicè Aloſe, Burdigalæ Coulac, θρίσσα, & θρίττα apud Athenæum: Venetiis Chiepa, κλυπαῖα Calliſteni apud Stobæum. Græcis vulgò φρίσσα. Ennius apud Apuleium, omnibus vt clupea præſtat muſtella marina. Auſonius viles alauſas dicit, ob abundantiam: Et Plinius Clupeam piſcem minimum, ſed Attili cõparatione, qui maximus eſt & Clupea parua, ſiue alauſa minor, θριττίδιον apud Athenæum, τριχὶς, & τριχία, noſtris Pucelle. Venetiis Chepa: Trichiæ Plin. lib. 9. c. 15.

Clymenon, κλύμενον, Saponaria Herbariorũ (alia autem à Saponaria, quam pro ſtruthio exhibent) vel fabaria: Italorum (vt in Venetiarum Prouincia) herba mota, Patiuij Ciciliana: Scrofularia: Galeopſis Fuchſij. Quam pingit Matthæolus, non eſt Clymenõ, ſed Ἄραχος Galeni lib. 1. de Alimentis, quæ Aracus ſylueſtris (de qua nos in Lexico in voce ἄρακος) fructum ferens in ſiliquis. At Clymenon non ſiliquatur, ſed folliculos habet, qui cum ſuis pediculis loliginis vel polypi brachiis ceu cirrhis conferri poſſunt. Habet Dioſcorides, θυλάκια δὲ ἔχει ἐπὶ τοῦ καυλοῦ εἰς ἄλληλα νεύοντα, ὁμοιάτα τευθίδι (legẽdum τευθίδι) καὶ πολύποδος πλεκτάναις, i. Habet autem folliculos in caule, aliùs in alium nutu, ſimiles loliginis & polypi brachiis.

Cnipologus, κνιπολόγος Ariſtoteli Hiſtor. lib. 9. cap. 3. (quòd κνῖπας ſiue σκνῖπας, i. coſſos, venetur) Culicilega Gazæ (quæ potius κωνωποθήρας Heſychio) vulgo Grecorum Suſutada: Gallis Bergerette, vel Bergeronnette cendree. Auicula acanthylis magni-

magnitudine,coloris cinerei ac diſtincti maculis.Ei ſimilis eſt, quam vocamus Lauendiere.

Cnicos, *κνίκος* vel *κνῆκος*, Officinarũ Carthamus: Gallis Saffrã baſtard,vel Saffrã ſauuage:Italis Zafferano Saracineſco,vel ſaluatico vel matto. De quo Plin.l.21.c.15. Vbi, Altera ſylueſtris hirſutior,toroſiore caule,& qui penè humi ſerpat, ſemine minuto,aculeatarum generis, eſt Cinicos ſylueſtris Theophaſti, atractylis(licet hæc prioris generis ac ſylueſtris ſit)Herbariorũ: Gallicè Chardon benict: Italis Cardo ſanto, & herba Turca.

Coactius, Aduerb, Compar.*ἀναγκαιοτέρως*. Gellius lib.19.c.2. Ἀκολάςως enim ſi interpretari coactius velis, nimis id verbum inſolens erit.

Coactius, Aduerb.Gellius lib.10.cap.20. Cum ſignificandum autem eſt coactius quid factum,& feſtinantius.

Coactor agminis, *λοχαγὸς* (qui minor quàm *ταξιάρχης* ſiue *ταξίαρχος*,i.ordinum ductor)G.ſergeant de bendes:vtitur Cor. Tacitus lib.17.

Coactilia, *πιλήματα*, quæ ex lana coacta & compreſſa fiunt, vulgò feutres. Vlpianus D.lib.34.Tit.2.l.25.Ariſto etiam coactilia veſti cedere ait,& tegmenta.

Coactiliarius, qui coactilia, i. *πιλήματα* (ex lanis coactis ac compreſſis) facit. Vide *πίλημα*.Iulius Capitolinus in Pertinace: Nam pater eius tabernam coactiliariam in Liguria exercuerat.

Coa veſtes,i. bombycinæ. Ouidius, Siue erit in Cois, Coa decere puta. Tibullus:Illa gerat veſtes tenues, quas fœmina Coa Texat. Propertius in 1. At tenues Coa veſte mouere ſinus. Horatius Serm.1, Altera nil obſtat,Cois tibi, penè videre eſt Vt nudam.Solinus cap.13.Plinius li.11.cap.22.Vide Brodæũ Miſcellan.lib.2.cap.22.

Coæſtimare, *συντιμᾶν*. Celſus D.lib.47.Tit.2.l.67.Furti actione hoc quoque coæſtimabitur.

Coagulum tranſlatè de ſemine atque conceptu, *ἔμβρυον*: *κύημα*.Gellius libro 3.capit.16. Conceptum in vtero coagulum conformatur.

Coccus,vel Coccum,vide Ilex.

Cœna Dialis, i. lautior, opima, adiicialis, quales pontificum cœna apud Horat. Opponitur frugali, & ſine arte menſæ. Seneca Epiſtol. 124. Hæc qualiſcunque cœna Diali iucundior erit.

Coccinatus. præter Martialem Suetonius in Domitiano: Puerulus coccinatus.

Cœnæ fundus & fundamentum. Gellius libr. 17. cap. 8. Eius cœnæ fundus & fundamentum omne, erat in olla vna lentis Æpyptiæ.

Cœnatoria veſtis, i. tricliniaris. Iul. Capitolinus in Maximino iuniore: Cùm ad cœnam ab Alexandro eſſet rogatus in patris honorem, quod ei deeſſet veſtis cœnatoria, ipſius Alexandri accepit.

Cœnatoria. præter Martial. Pomponius D. lib. 34. Tit. 2. l. 33. Scire ſe quendam Senatorem muliebribus cœnatoriis vti ſolitum, i. ſtolis tricliniaribus.

Cœnitari, vide Pranſitari.

Cœptare. Suetonius in Othone, abire cœptabant.

Cœtum & concurſum facere. Seneca Controuerſiarum lib. 3. Lex: Qui cœtum & concurſum fecerit, capitale ſit. Infrà: pro reo concurſus. Hoc Græcè ὀχλαγωγεῖν vel ὀχλοποιεῖν, populum concitare.

Coonerare, συμφορτίζειν. Cor. Tacitus lib. de morib. German. Quem ſuper arma ferramentis quoque & copiis coonerant.

Cogitabilis, νοητὸς, præter Senecam Apuleius in Apologia: Sed enim ſine opera opifex, ſine cura ſoſpitator, ſine propagatione genitor, neque loco, neque tempore, nec vlla vice comprehenſus, eóque paucis cogitabilis, nemini effabilis.

Cognitionem offerre. Vlpianus D. lib. 36. Tit. 4. l. 3. ſi is à quo ſatis petitur, offerat cognitionem, & dicat, Hodie conſtet de fideicomiſſo, hodie agamus, dicendũ eſt ceſſare ſatiſdationẽ.

Cognitionem ſuam accommodare dicitur Præſes, qui cognoſcit de intento crimine vel re quacunque in iudicium deducta. Vlpianus D. libr. 47. Tit. 19. l. 2. Si expilatæ hereditatis crimen intendatur, præſes prouinciæ cognitionem ſuam accommodare debet.

Cognobilis, γνωστὸς, Gellius lib. 20. cap. 4. Quoniam iis ſolis, qui nos audiunt, cognobiles erunt, i. ξυνετοῖ. Ibidem, Hoc ego verbum ξυνετοὶ γάρ εἰσι, quærẽs vno itidem verbo dicere aliud nõ reperi, quàm quod eſt ſcriptũ à Marco Catone in 6. Originũ: Itaque ego, inquit, cognobiliorem cognitionem eſſe arbitror.

Cohærentius, Aduerb. congruentius. Gellius lib. 1. cap. 18. An contra aptius & cohærentius putauerit furem à furuo, i. nigro appellari.

Cohibitus, Adiect. συνεσταλμένος, repreſſus, vt apud Gellium lib.7.cap.14. Subtile in Menelao dicendi genus & cohibitum.

Cohæſus. Adiect. Gellius libro 15.cap.16. Quercus autem in duas diducta partes, cùm ille quaſi perfecto, quod erat connixus, manus laxaſſet, ceſſante vi redijt in naturam: manibúſque eius retentis, incluſiſque, ſtricta denuò, & cohæſa, dilacerandum hominem feris præbuit.

Cohircinatio, hircina laſciuia. Apuleius in Apologia: Quæ tamen omnia in paucis annis ita hic degulator ſtudioſè in vẽtrẽ condidit, & omnimodis cohircinationibus dilapidauit.

Coibilius, aptiore cohærentia. Apuleius in Apologia: Præſertim cùm ordinatius & coibilius, eadem Græcè & Latinè adnitar conſcribere.

Coitio, συνουσία, coïtus. Macrobius Saturn. libro 7. capi.16. Omni enim genere animantium, quæ ex coitione naſcuntur, inuenies ouum aliquorum eſſe principium, inſtar elementi.

Colias, in voce Lacertus piſcis.

Colaris, κόλαρις Ariſtoteli Hiſtor.lib.1.cap.9. Gallis Darneal mouchete: Collurio minor aſterias. Auis eſt, quam vlula cæteræque aduncis vnguibus, rapiunt: vnde his bellum oritur. Collurio verò, κολλυρίων Ariſtoteli: Gallicè Darneal (quam alii κελεὸν Ariſtotelis eſſe contendunt) Auis eſt minor turdo, iiſdem quibus merula victitans. Capitur potius hyberno tempore. Vinſel à Germanis vocatur.

Collacerare, συσπαράττειν. Cornel. Tacitus lib.19. Tum confoſſum collaceratúmque. & abſciſſo capite trucum corpus Sabini in Gemonias trahant.

Collactaneus, ὁμογάλακτος. Vlpianus D.lib.40.Tit.2.l.13. ſi collactaneus, vel educator, ſi pædagogus ipſius, &c.

Collactanea, eodẽ lacte nutrita, ἡ ὁμογάλακτος. Scæuola D.lib. 34.Tit.4.l.30. Titia teſtamẽto Seiam libertam, eandémque collactaneam ex parte 12. heredem inſtituerat.

Collatiuus fauor. ἐπάλληλος, mutuus. Macrob. in Comment. lib.1.cap.6. Nec ſolùm explicandis corporibus hi duo numeri collatiuum præſtant fauorem, ſed quaternarium quidem Pythagorici, quem τετρακτὺν vocant.

Collegatarius. D.lib.30.Tit 1.l. Vlpianus: Si duobus ſit legatum, quorum alter hæres inſtitutus ſit: à ſemetipſo ei legatum inutiliter videtur: Ideóque quod ei à ſe legatum eſt, ad collegatarium pertinebit: id eſt cum altero legatarium.

Collegatarius, legatarij in re legata ſocius ac particeps. D. lib. 7. Tit. 2. l. 10. Pars enim Collegatarij ipſi accreſit, non domino proprietatis.

Colliſione abiecti partus Darij vxorem mortuam ſcribit Iuſtinus Hiſtor. lib. 11. id eſt abortione.

Collum in furcam conijcere. In Epitome Sexti Aurel. Victoris in Nerone: Senatúſque ſententia conſtitutum, vt more maiorum collo in furcam coniecto, virgis ad necem cæderetur.

Colluminare, περιφωτίζειν, colluſtrare. Apuleius de Deo Socratis: Seruius Tullius flamma colluminatur à capite.

Columba ſaxatilis ſiue agreſtis Varroni, quæ Galeno νομὰς & βοσκὰς περιστερὰ, aliiſque πελιὰς à liuore: Gazæ columba Liuia: Gallis Biſet: Tholoſatibus Peringue.

Columbinum venenum. Suetonius in Caligula: Columbo victori leuiter tamen ſaucio venenum in plagam abdidit, quod ex eo columbinum appellauit.

Colũbatim. præter Catullũ Matius in Mimiãbis: Sinúq; amicam recipere frigidã caldo: Calũbatimq; labra conſerẽs labris.

Columbare, oſcula columbatim conſerere, collabellare. Seneca Epiſtol. 115. in verſibus Mecœnatis: Quid ſi quis fœminæ cirro criſpatæ, labris columbatur?

Columnatio, columnarum ſtructura, στήλωσις. Apuleius Florid. lib. 4 Præterea in auditorio hoc genus ſpectari debet, non pauimenti marmoratio, nec proſcenij cõtabulatio, nec ſcenæ columnatio.

Colymbus, κόλυμβος, vel κολυμβὶς & κολυμβὰς, auis quæ Gazæ Vrinatrix apud Ariſtotel. Gallis Cotée. Eſt ex palmipedum numero: circa lacus amnéſque verſatur, ſed foris parit. Eius meminit Athenæus lib. 9. cap. 18. cui μικρὰ κολυμβὶς, eſt inter omnes aues aquaticas minima, atri ac ſordidi coloris, roſtri acuti: cuius oculi ſpectantur, membra verò merguntur. Vbi pro πολλὰ, legendum κῶλα. Colymbis parua, Gallis petit plõgeon: at grand plongon, Vria, οὐρία. Italis, Piombin, Trapazorala, & Arzauola: Vide Vria.

Coma leonum, i. iuba. Apud Gellium lib. 5. ca. 14. de leone loquens: Toris comíſque ceruicum fluctuantibus.

Coma tranſlatè de facibus. Catullus in Epithalam. Viden', vt faces ſplendidas quatiunt comas. Sic Sol à poëtis auricomus dicitur Et Cometa πωγωνίτης. Æſchylus in Agam. πέμπουσι δ' ἀνδαίοντες ἀφθόνῳ μένει φλογὸς μέγαν πώγωνα.

Combi-

Cõbinatus & cõpoſitus, apud Diomedẽ Gram.l.3.c.de Pede.

Commanere, συμμένειν. Macrobius Satur.li.6.cap.7 Referunt n. non ad eos qui adueniũt, ſed ad illos qui in domo cõmanẽt.

Commanipulares, commanipulones Spartiano, contubernales Cicer. συλλοχῖται, vel συλλόχοι, ὁμολόχοι καὶ συστρατιῶται. Cor. Tacitus l.20. Prẽſare cõmanipulariũ pectora ceruicibꝰ iniecti.

Commanipulones, qui ſunt eiuſdem manipuli. Spartianus in Nigro: Idem ob vnius gallinacei diremptionem decem commanipulones, qui raptum ab vno comederant ſecuri percuti iuſſit. Ibidem Commanipulario: vt tota in expeditione in commanipulatione nemo focum faceret.

Commaſculare frontem, maſculi frontem aſſumere virginali verecundia relegata, & quaſi perfricta fronte aliquid facere. Macrobius Satur.libr.7.cap.11. De Seruio naturali preſſo verecũdia: Commaſcula frontem, & ſequeſtrata verecundia, quam in te facies rubore indicat, confer nobiſcum liberé.

Commeatum dare. Marcianus D.lib.48. Tit.18.l.4. Nemo poteſt commeatum, remeatúmue dare exuli, niſi imperator ex aliqua cauſa.

Commeator, qui cõmeat ítque vltro citróque vt internũcius: qualis Mercurius apud Apuleium in Apologia, deus ſuperum & inferum commeator appellatur. qui διάκτωρ Homero.

Commentator, πλαστὴς, ἐπινοητὴς, inuentor atque excogitator Quintil. Apuleius in Apologia: Eſt n. litium omnium repertor, omnium falſorũ cõmentator, omniũ ſimulationũ architectus.

Commentiri, συμψεύδεσθαι. Apuleius in Apologia: Lignum à me toto oppido, & quidem oppidò quæſitum, non piguit vos commentiri?

Commilitia, æ, συστρατιὰ, commilitium. Apul. Florid. libro 3. Cõmemorauit inter nos iura amicitiæ ac cõmilitiæ ſtudiorũ.

Comminatiuus, ἀπειλητικὸς, vt aduerbia comminatiua, Diomedes Grammat.lib.1.

Committere, συμβάλλειν: confligere ac decertare: quod bellum, vel certamen, vel pugnam, vel prælium committere. Vlpianus. D.li.9. Tit.1.l.1: Cum arietes, vel boues commiſiſſent, & alter alterum occidit.

Committere pœnam (vt apud Varronem multam committere) in pœnam incurrere. D.de Receptis arbitris l.7. pœna non committitur. & l.23. licet in eo pœnam non committas.

Committitur ſtipulatio, quando commiſſo in ſtipulationis

pœnam incurritur. Vlpianus D.libr.7. Tit.9.l.1. Vtilius autem viſum eſt, ſtipulatione de hoc caueri, vt ſi quis non viri boni arbitratu vtatur, committatur ſtipulatio ſtatim.

Commixtio, σύμμιξις. Iulius Firmicus Matheſ.lib.1. Ex illa trãquilla commixtionis moderatione progenerat.

Commodator, is. Vlpianus D.lib.13. Tit.6.l.7. Sed ſi legis Aquiliæ aduerſus ſocium eius habuit commodator actionem.

Commodatio, χρῆσις, mutuatio. Apuleius in Hermetis Aſclepio: Communicationes, commodationes alternæ, qui eſt humanitatis firmiſſimus nexus.

Commodiſſimè. Pomponius D. lib.28. Tit.2.l.10. Commodiſſimè is qui nondum natus eſt, ita hæres inſtituitur.

Communicatus, us, κοινωνία, Cõmunicatio. Apuleius de Deo Socratis: Nullo inter ſe naturæ communicatu.

Communior, Compar. κοινότερος. Apuleius in Apologia: non nihil à me in communioribus ſtudiis adiuuantur:

Commurmuratio, nis, συμμορμορυσμὸς συγγογγυσμὸς. Gellius libr.11. cap.7. Commurmuratio fieri cœpta eſt à plæriſque qui aderant.

Comœdiographus, Comicus poëta. Probus in Catholicis: Sic Plautus & antiqui Comœdiographi. Fab. Victorinus in 1. Rhetor. Cicer. Nam aut propter negotia exponẽda ſumitur, quod eſt Comœdiographorum; vel Tragœdiographorum.

Compaueſcere, συμφοβεῖσθαι. Macrobius Satur.lib.1.cap.6. Hoc vbi illa audiuit animo compaueſcit.

Compatronus, Vlpianus D.lib.26. Tit.4.l.3. Sed ſi ab hoſtibus fuerit captus, interim ſoli compatroni tutores ſunt. Et l.4. Per compatronum damno affici.

Compenſatiuus, Adiect. Fab. Victorinus in 1. Rhetor. Cicer. Primò debet dicere feci, ſed profui, & probare plus ſe profuiſſe, quàm obfuiſſe, quæ eſt qualitas compenſatiua, quam ideo Cicero comparationem vocat, quod &c.

Compereo, συναπόλλυμι. Diomedes Grã. lib.1. Cõperio, compereo, comperi. Sed accẽtu diſcernitur ſenſus. Accentu enim acuto proferimus, quoties pro eo accipitur, quod eſt reſciui. Compereo enim facit compẽri, quod circumflexo accẽtu declinatur, quoties pro eo accipitur, quod eſt cum alio perij.

Comperio & *Comperior* differunt. Comperio eſt ab alio cognoſco. Comperior, eſt mea opinione colligo. Et compertum habeo, pro explorato. Quod verbum deficit in futuro & impera-

petatiuo.Ex Diomede Grammatices lib.1. Cornelius Tacitus lib.5. Hunc ego lepidum temporibus illis grauem & ſapientẽ virum fuiſſe comperior.

Compertius, Aduerb. Compat.à Cõperto. Gellius lib.1.cap. 11.ſed qui hoc compertius memoriè tradiderunt.

Competere,conuenire,cõgruere.Suetonius in Othone: Tõto Othonis animo nequaquam corpus,aut habitus competiit.

Competenter,vt par eſt, *προσηκόντως*. Vlpianus D.lib.24. Tit. 3. l.2. Ideoque officium iudicis interponendum eſt, quatenus & filiæ & patri competenter conſuletur.

Competenter,i.cõuenienter. Fabius Victorinus in 1. Rhetor. Cicer.ſententias vt competenter inuentionibus diſpoſitis applicemus. Rurſus, Debemus attendere quid ad intentionem competenter reſpondere poſsit.

Competenter,*ἀναλόγως*.Paulus D.lib.22.Tit.5.l.16. A iudicibus competenter puniuntur.

Competenter,*ἱκανῶς*,ſufficienter. Diomedes Grammat.lib.1. Competenter demonſtrauimus.

Competentiſsimè,conuenientiſsimè,*μάλα προσηκόντως* Apuleius in Apologia:Competentiſsimè videor vſus Platone,vt vitæ magiſtro.

Complexiua coniunctio, Diomedes Grammatices lib.2. id eſt copulatiua.

Componderare,*συσταθμίζειν*. Apulei⁹ in Hermet. Aſclep. Ex parte corruptiore mũdi,& ex diuina, pari lance cõponderans.

Compoſitus,à Cõpoſitè Aduerb.Cornel.Tacit⁹ lib.15.Occulto præcepto,compoſitius cuncta,quàm feſtinantius agerent.

Cõpreſsius violentiúſq; quærere,Macrobius Satur.lib.1.cap.6.

Compromittere in arbitrum. Vlpianus D.lib.44. Tit.4.l.4.Si in arbitrum compromiſerimus, deinde cùm nõ ſtetiſſem ob aduerſam valetudinem,pœna commiſſa eſt.

Compulſio,nis,*συμβίασις*, qua quiſpiam aliquid facere compellitur & cogitur. Hermogenianus D.lib.36.Tit.1.l.1. Quare ſi fideicommiſſum pecuniarum alicui relictum fuerit, ceſſat compulſio. Vbi de adeunda hæredit.

Conceptus, etiã de camino dicitur igni correpto. Suetonius in Vitellio. Flagrante triclinio ex conceptu camini, i.ex camino qui ignem conceperat. Lucretius:Stupa iacit flammas concepto protinus igne.

Conceptus, pro conceptaculo. Seneca Quæſt. Natur. lib.5.

cap.15. Vidiſſe flumina ingentia, & conceptus aquarum inertium vaſtos, pares noſtris, nec compreſſos quidem terra ſupereminente, ſed liberæ laxitatis.

Concertator, *συναγωνιϛὴς*. Cornelius Tacitus lib. 14. Corbulonis concertator.

Conclamatum frigus, i. extremum, quod conclamata corpora efficiat necando frigiditate ſua. Macrobius Satur. lib. 7. cap. 5. Succo papaueris admiſcetis euphorbium, mādragoram, aliaſque herbas conclamati frigoris pipere temperatis.

Conca Veneria, ſiue Cochlea Venerea, Echeneis Mutiani, *χοιρίνη* Ariſtophani (à ſimilitudine pudendi muliebris, quod & *χοῖρος* dicitur, vt & Porcus Latinè teſte Varrone) Concha Erycina Propertij: Concha Cytheriaca Martialis: Vulgò Porcellaine. Apud Plinium lib. 13. Chartæ læuigabantur concha: Sic & nunc porcellanis, quæ ex rubro mari capiuntur pulcherrimæ ruffæ notíſque diſtinctæ. Plinius lib. 9. cap. 33. de concharum generibus, Nauigant ex his Veneriæ, præbentéſque concauam ſui partem & auræ opponentes, per ſumma equorum velificant. Idem cap. 25. eiuſdem libri de Echeneide: Mutianus muricem eſſe latiorem purpura, neque aſpero, neque rotundo ore, neque in angulos prodeunte roſtro, ſed ſimplice, concha vtroque latere ſeſe colligente: quibus inherentibus, plenam ventis ſtetiſſe nauem, portantem nuncios à Periandro, vt caſtrarentur nobiles pueri, cōchaſque quæ id præſtiterint, apud Gnidiorum Venerem coli. Veneriarum concharum etiā meminit Seneca. Martialis, Læuior & conchis Galle Cytheriacis. Et Idem lib. 14 *κατ᾽ ἐξοχὴν* ac præſtantiam cōcham vocat: Læuis ab æquorea cortex Mareotica concha Fiat, inoffenſa curret arundo via. Propertius lib. 3. Venit & è rubro concha Erycina ſolo. Apud Apuleium ab Ennio inter res marinas Matriculi memorantut, nec deſunt qui de porcellanis intelligant. Quin & *αἱ κόγχοι αἱ Ἀμαθίνιδες* (eſt autē Amathus inſula maris Ægei Veneri ſacra) nominātur ab Epicharmo in Nuptiis Hebæ. Olim talibus conchis Athenis vtebantur in ferēdis ſuffragiis: Comment. Ariſtoph. in Equitib. Nunc in India atque Æthiopia huiuſmodi conchulæ mōnetæ vſum præbent: Buxioſque appellant. Conchæ piſcis Limaci ſimilis: Eſtque Echeneis de quo Plinius lib. 32. cap. 1.

Concha longa, noſtri Cullier. De ea Plinius lib. 32. cap. 9. Teſta eius alba eſt, aſpera, lineis multis & diuerſis diſtincta. Qua

parte replicatur,foramina multa habet ordine diſpoſita.

Conchula ſtriata,Apuleius in Apologia.

Conchylium κοſχύλιον, generale nomen ad omnes conchas (vt dicit Epicharmus apud Athenæum,παντοδαπὰ κογχύλια, vt mytuli, oſtrea, pectines,chamæ) vt apud Plinium lib.2. Spiritũ ſydus lunæ exiſtimari: & hoc eſſe quod terras ſaturet, accedẽſque corpora impleat, abſcedénſque inaniat: ideo cum incremento eius augeri cõchylia. Conchyliũ pro ſpecie diſtincta à Buccino ſiue murice,aut purpura: Quod conſtat ex Dioſcoride cap.de purpura ac ſequent. & Plinio lib.21. cap. 8.& lib.9. cap.39. In conchyliata veſte cætera eadem ſine Buccino, &c. Hoc conchylium eſt ex magnorum turbinatorum genere,ea parte latius, qua in turbinem deſinit, ſine aculeis ac turberculis:ore non rotundo, vt in purpura, & buccino, ſed oblongo: Cuius operculum oſtraciũ dicitur,ὄνυξ,vnguis odoratus,Blatra Bizantia Serapioni. Vide oſtracium. Conchylium pro conchylij colore ac veſte conchyliata, vt purpura, & murex. Iuuenalis Satyr.8.Spartana chlamys,conchylia Coa. & Sat.3. Horũ ego non fugiam conchylia?Quintil.lib.1.Nondum prima verba exprimit, & iam cæcum intelligit, iam conchylium poſcit. Plinius: Tranſalpina Gallia herbis Tyrium atque conchylium tingit,nec quærit in profundis murices.

Conchyliarij,κογχυλιὀυταὶ,κογχύται,Conchytæ Plauto, Cõchyleguli, qui conchylia legebant: vt murileguli, qui murices: purpurarij qui purpuras,πορφυρεῖς Herodoto.

Concilium, Iaſione, ἰασιώνη Theophraſti, volubilis ſiue conuoluuli ſpecies,vt ἑλξίνη cyſſampelos Dioſcoridis, & ea quam pro ſimilace læui depingit Matthæolus. Vide in noſtro Lexico in voce ἰασιώνη.

Conciliare pro lenocinari. Suetonius in Cæſare: Exiſtimabatur enim Seruiliam etiam filiam ſuam, Tertiam,cõciliare Cæſari.Hinc facetiſsimè Cicero, quo melius emptũ ſciatis: Tertia deducta eſt.

Conciliator furti. Aſconius in 4. Verr. (vbi Cicero, excurſor emiſſarius) hii vocantur conciliatores furtorum, quæ à magiſtratibus committuntur,atque internuntij.

Concinentia,concentio,ἁρμονία. Macrobius Comment.lib.1. cap. 5. Sed & ad ipſam cæli harmoniam, id eſt concinentiam,hunc numerum magis aptum eſſe non dubium eſt.

Concinniter,ἐμμελῶς,concinnè.Gellius lib. 18.cap.2. Verſus vno multifariam verbo concinniter implicati.

Concitamentum,incitamẽtum.Seneca lib.3.de Ira: Quis autem ignorat lituos & tubas concitamenta eſſe, ſicut quoſdam cantus blandimenta,quibus mens reſoluatur?

Concordatus,συνηρμένος.Papinianus D.lib.48.Tit.5.l.11.Volẽtes bene cõcordatum ſequens matrimonium dirimere.

Concubium pro concubitu, ἡ συνουσία. Gellius lib.9.cap.10. Tot verò & tam euidentibus, ac tam prætextatis, ſed puris honeſtiſque verbis venerandum illud concubij ſecretum, neminem quenquam alium dixiſſe.

Concurator,vt contutor, Vlpianus D.lib.26. Tit.7.l.19. Actus ſui rationem concuratori reddere non eſſe compellendum.

Concuruare,συγκάμπτειν. In verſibus Laberij apud Mactob. Satur.lib.2.cap.Non flexibilem me concuruaſti,vt caperes.

Concuſsio, cum quis ctimẽ minatus, vel ementita magiſtratus auctoritate ab alio terrore pecuniam extorquet. Vlpianus D.lib,47.Tit. de Concuſsione:ſi ſimulato præſidis iuſſu cõcuſſio interuenit,ablatũ eiuſmodi terrore reſtitui præſes prouinciæ iubet,& delictum coercet.

Concuſsio, violenta pecuniæ exactio principis vel magiſtratus obiecto metu:D.de Calumniat.Neque enim tranſactionibus eſt interdictum, ſed ſordidis concuſsionibus. Eſt etiam D. lib.47. Titulus de Concuſsione, vbi, Si ſimulato præſidis iuſſu concuſsio interuenit,ablatum eiuſmodi terrore reſtitui præſes prouincie iubet,& delictum coercet.

Condenſitas,πυκνότης. Apuleius lib.de Mundo:Ignis ex aeris condenſitate conflatur.

Condicere inducias, inducias pangere vel potius ex compacto facere atque paciſci. Iuſtinus Hiſtor.lib.3. Nam inducias quos proprio nomine condixerant,ex ſociorum perſona rumpebant.

Condictio triticaria, al. triticiaria,vel triticiana,de qua D.l.13. Tit.3.l.1.

Conditio, συνουσία,commercium.In diuortiis ac repudijs dicebatur: Tua conditione non vtar, i. nihil mihi rei tecum erit. Atque pro ipſis verendis.Suetonius in Auguſto: Et conditiones quæſitas per amicos, qui matres familias, & adultas ætate virgines denudarent, atque perſpicerent,tanquam Thoranio

ranio mangone vendente: vbi de locorum naturæque inſpe-ctione. Iulius Capitolinus in M. Antonio: ſiquidem Fauſtinam ſatis conſtet, apud Caietam cõditiones ſibi & nauticas & gladiatorias elegiſſe. Lampridius in Heliogabalo: Romæ denique nihil egit aliud, niſi vt emiſſarios haberet, qui & bene naſatos perquirerẽt, eoſque ad aulam perducerent, vt eorum cõditionibus frui poſſet.

Conditiuum, ἄρτυμα. Seneca epiſt. 61. Viuit is, qui ſe vtitur. Qui verò latitant & torpent, ſic in domo ſunt, quomodo in conditiuo. Horum licet in limine ipſo nomen marmori inſcribas, mortem ſuam anteceſſerunt. Vulgò, *ils ſont en compoſte*. Rurſus Epiſt. 83. Multum intereſt inter ocium, & conditiuum.

Conditorium pro ſepulchro. præter Plin. Secund. Suetonius in Caligula: Geſtauit interdum & magni Alexandri thoracẽ repetitum è conditorio eius.

Conditrix. Macrobius Comment. lib. 1. cap. 11. Nec dubium eſt, quin ipſa ſit mortalium corporum & autor & conditrix.

Conditrix, cis. Apuleius in Apologia: Paupertas, inquã, priſca apud ſæcula omnium ciuitatum conditrix.

Condormire pro dormire. Suetonius in Auguſto: Sic quoque ſæpe indigens ſomni, & dum per vicos deportaretur, & depoſita lectica inter aliquas moras condormiebat.

Conductio, συναγωγή. Fabius Victorinus, in Rhetor. Ciceronis lib. 1. Quare inquit, quæcunque longa argumentatio fuerit, duobus modis concludenda eſt, aut per cõductionem, id eſt συναγωγὴν, aut per contrarium.

Confabricari, συντεχνᾶσθαι. Gellius lib. 3. cap. vlt. Superſtitioſè, inquit, & nimis moleſtè, atq; odioſè, cõfabricatus cõmolitúſq; magis eſt originẽ vocabuli C. iſte Baſſus, quàm enarrauit.

Confamulari, συνδουλεύειν. Macrobius Satur. lib. 1. cap. 16. Signa duo æquè fœminea, quibus ambitur, hylen naturamque ſignificant confamulantes.

Confector ferarum. Suetonius in Auguſto: in circo aurigas, curſoréſque & confectores ferarum produxit.

Confectores coriorũ, βυρσοδέψαι: Iulius Firmicus Matheſ. lib. 3.

Conferre ſtipendium, tranſlatè pro adiuuare atque opitulari. Columella Agriculturæ lib. 1. cap. 1. Et alii tamen obſcuriores, quorum patrias non accepimus, aliquod ſtipendium noſtro ſtudio contulerunt. Ibidem, Tributum nobis intulerunt, i. contribuerunt.

Confeſſus Paſsiuè: vt in 12.tabulis,Cõfeſſum æs, i.de quo facta confeſsio eſt:apud Gellium lib.15.cap.13.

Confeſſorius, ὁμολογητικὸς, καταφατικὸς, cui negatorius opponitur. Vlpianus D.lib.5.Tit.6.l.5. ſicut fructuario in rem confeſſoriam agenti fructus præſtandi ſunt, ita & proprietatis domino, ſi negatoria actione vtatur.

Confictus pro confixus. Diomedes Grãmatices lib. 1. Frigot ambiguè declinatur apud veteres, tempore perfecto. Reperimus enim fictus & fixus. Scaurus de vita ſua: Sagitta, inquit, confictus.

Confideiuſſor, συνεγγυητής. Vlpianus D.lib.46.Tit.1.l.10.Et omnes confideiuſſores qui idonei eſſe dicuntur,præſto ſint.

Configurare. præter Columellã Apuleius in Aſclepio Hermetis:Non ſolum capitibus ſolis,ſed membris omnibus, totóque corpore configurantur.

Confirmatior. Cæſar belli Ciuilis lib.3. Quæ res in dies confirmatiorem eius efficiebat exercitum.

Confirmare ſtatum liberorum: quæ confirmatio, vulgò Legitimatio appellatur.D.lib.23.Tit.2.l.57. Ex Papiniano Marcianus notat. Diuus Marcus & Lucius imperatores, ita reſcripſerunt:Confirmamus ſtatum liberorum veſtrorum in eo matrimonio quæſitorum, quod ante annos quadraginta contractum eſt perinde atque ſi legitimè concepti fuiſſent.

Conflaceſcere. Gellius lib.2.cap.30. Nam fluctus qui flante Aquilone maximi ac creberrimi excitantur, ſimul ac ventus poſuit,ſternũtur ac cõflaceſcunt,& mox fluctus eſſe deſinũt.

Confluentia, σύῤῥοια. Macrobius Satur.lib.7.cap.4. Hæc eſt ergo triplex cauſa vel podagræ vel cuiuſlibet ex cõfluentia morbi,multitudo humoris, fortitudo membri à ſe repellentis, & recipientis infirmitas.

Confirmator, is, Apuleius in Hermetis Aſclepio. Dominus & omnium confirmator,quem rectè deum dicimus.

Confricare tranſlatè, pro exaſperare atque exacerbare. Gellius lib.7. cap.3. vbi Tiro:In principiis autem, patroni qui pro reis dicunt,conciliare ſibi, & complacare iudices debent:ſenſuſque eorum expectatione cauſæ ſuſpenſos rigẽtéſque, honorificis verecundiſque ſententiis commulcare, non iniuriis atq; imperioſis comminationibus confricare. Ibidẽ pro συντρίβειν, fricando atterere:Cato: Nequid in cõſulendo aduerſi eueniat, quod noſtras ſecundas res confricet.

Confu-

Confuſio pro verecūdia ac erubeſcentia. Seneca cōtrouerſiarum lib.1. Ago confuſioni meæ gratias, quòd nihil in illo cubiculo vidi, niſi patrem & matrem.

Confuſaneus, σύμμικτος, συγκεχυμένος. Gellius lib.20.cap.11. Variam, & miſcellam, & quaſi confuſaneam doctrinam conquiſiuerant.

Congelaſcere, congelari, συμπήγνυσθαι. Gellius lib.17.cap.8. Conſideremus quidem, cur oleum ſæpe & facilè ſtet, vina rarenter congelaſcant.

Congelaſcere, cōgelari, συμπήγνυσθαι. Macrobius Satur. lib.7. cap.12. Minor modus eius reperitur, quàm fuit, antequam cōgelaſceret.

Congerminare. Gellius cum Varrone vtitur lib.20.cap.7. Cæpe tum reuireſcit & congerminat decedente luna.

Congeſte, pro confuſe atque ſine ordine. Iul. Capitolinus in M. Antonino: Et quidem hæc breuiter & congeſtè.

Cōgeſtim, ἀθρόως. Apuleius in Apologia: Hæc enim friuola, plæraque in litoribus omnibus congeſtim & aceruatim iacēt.

Congeſtio, συνάθροισις, Cōgeſtus. Macrob. Satur lib.5.cap.15. Illam verò enumerationis congeſtionem apud Homerum Maro admiratus.

Conglobatio, σύστημα. Vtitur præter Senecam Nat. quæſt. lib.1. & lib.5.cap.13. Cornel. Tacitus lib. de morib. Germanor. Nec fortuita conglobatio turmam, aut cuneum facit.

Congruentiſſimus, vt congruentiſsima voce inſigniter acclamare, apud Apuleium in Apologia.

Coniectare pro coniicere, συμβάλλειν: in quo iaciendi retenta ſignificatio. Apud Gellium lib.7. cap.19. decreti verba hæc ſunt: Cum L. Cornelius Scipio Aſiaticus triumphans, hoſtium duces in carcerem coniectauerit.

Coniectanea, συμβαλλόμενα, libri coniecturarum. Gellius lib.20.cap.11. de librorum feſtiuis inſcriptionibus: Eſt qui inſcripſit συγξεφὴν: Sunt item multi, qui Cōiectanea. Ab eodem Gellio lib.14 cap. vlt. citatur Atteius Capito in Coniectaneorum ducenteſimo quinquageſimonono.

Coniectatoriè, στοχαστικῶς. Gellius lib.14.cap.3. Et eius rei argumenta quædam coniectatoriè, ex eorum ſcriptis protulerunt.

Coniectio pro coniectura. Vlpianus D. lib.28. Tit. 1. l. 21. Vtique placeret coniectionem fieri eius quod reliquit, vel ex Vicinis ſcripturis vel ex conſuetudine patris.

familias, vel regionis.

Coniectio cauſæ. Aſconius Pædian. in 3. in Verr. Nam cùm in rem aliquam agerent litigatores, & pœna ſe ſacramenti peterent, poſcebāt iudicem, qui dabatur poſt trigeſimum diem, quo dato deinde inter ſe comperendinum diem, vt ad iudicium venirent, denunciabant: quo cùm eſſet ventum, antequam cauſa ageretur, quaſi per iudicem rem exponebant, quod ipſum dicebatur cauſæ coniectio, quaſi cauſæ ſuæ in breue coactio.

Conniuentia. Lampridius in Alex. Seuero: Vel per cōniuentiam ſeditionem feciſſent exercitus.

Conſauciare. Præter Cornificium in Rhet. ad Herennium, Suetonius in Auguſto: Et crus, & vtrunque brachium ruina pontis conſauciatus.

Conſecrator, καθιερώτης. Aut templorum fabricatores, aut ſimulacrorum cōſecratores facit. Iul. Firmicus Matheſeos lib. 4.

Cōſentitur, imperſonaliter vt Diſſentitur. Gellius lib. 10. cap. 7. Omnium fluminum quæ in maria, qua imperium Romanū eſt, fluunt, quam Græci τὴν εἴσω θάλασσαν appellant, maximum eſſe Nilum conſentitur. Idem lib: 3 cap. 11. Super ætate Homeri atque Heſiodi non conſentitur. Vide Diſſentitur.

Conſiderantius, ex participio: Conſideratius præuerbium ex cognomine: Cornelius Fronto de nominum verborumq́ue different.

Conſignantius. Gellius lib. 1. cap. 25. Græci autem ſignificantius conſignantiuſq́ue (alibi conſignatiſsimè) ceſſationem iſtam pugnæ pactitiam ἐκεχειρίαν dixerunt.

Conſignatiſsimè, inſigniter maximéque ἐπισήμως. Gellius lib. 1. cap. 15. Eupolidis quoque verſus de id genus hominibus conſignatiſsimè factus eſt. Melius conſignantiſsimè, & alibi conſignantius.

Conſilio ſecundo vti (quod in Prouerbio, Secunda nauigatio, δεύτερος πλοῦς:) Cæſar belli ciuilis lib. 3. Vbi propoſitum tenere non potuit, ſecundo vſus conſilio, edito loco caſtra communit.

Conſiligo, dicta à Columella lib. 1. & 3. etiam radicula, pulmonaria (quia pulmonum vitiis medetur) & pulmonacea à Vegetio libro 1. artis veterinariæ: eſt Fuchſij Elleborus niger falſus ac ſylueſtris: Pata leonis herbariorum, Gallis Pomelee,

Pomelee, quaſi pulmonea. Ellebori nigri ſpecies eſt, non albi vt alij tradidêre. Dentes radice eius ſcarificati ſine ferro eximuntur. Animalia adhuc ita curamus, vt docet Plinius lib. 26. cap. 7. maximo ſucceſſu.

Conſipere, συμφρονεῖν. Gellius lib. 7. cap. 3. Cum vereri ſeſe oſtendit, ne patres, gaudio atque lætitia rerum geſtarum proſperè de ſtatu mentis ſuæ deturbati non ſatis conſiperent, neque ad rectè intelligendum, conſulendúmque eſſent idonei. quæ Catonis verba potius quàm Tironis ipſum culpantis.

Conſiderator, is, σκεπτικός, Gellius lib. 11. cap. 5. Quos Pyrrhonios philoſophos vocamus, ij Græco cognomento σκεπτικοὶ appellantur. Id ferme ſignificat quaſi quæſitores, & conſyderatores.

Conſolor Paſſiuè. Præter Aſinium in Epiſtol. Ciceron. Gellius ita vſurpari probat lib. 15. cap. 13. Conſolari quoque in partem alteram, dictum prǽterquam dici ſolitum eſt, in Epiſtola Q. Metelli: Ac cùm animum, inquit, veſtrum erga me video, vehementer conſolor.

Conſolabilis, παρηγορικὸς, qui conſolatur, Actiuè. Gellius lib. 16. cap. 19. Canere carmen caſus illius conſolabile.

Conſpectum habere. Gellius lib. 17. cap. 21. Vt conſpectũ quendam ætatum antiquiſſimarum, item virorum illuſtrium, qui in his ætatibus nati fuiſſent, haberemus.

Cõſpiratus pro cõſpirans. Macrobius Saturnal. præfat. Multarum ætatum exemplo, ſed in vnum conſpirata.

Conſpiratius, Aduerb. Iuſtinus Hiſtor. lib. 3. Lacedæmonij quoque eo cõſpiratius ad arma concurrunt, quo aduerſus ſeruos dimicaturi videbantur.

Conſtagnare. Cornel. Fronto lib. de nom. verborúmque differ. Glacies eſt, quæ ex coitu aquæ conſtagnat.

Cõſtat pudicitia. Suetonius in Tiberio: Si ſibi pudicitia cõſtaret, i. ſi pudica eſſet.

Conſtellatio. Iulius Capitolinus in Gordiano: Cum ſenior Gordianus mathematicum aliquando conſuleret de genitura huius, reſpondiſſe ille dicitur, hunc & filium Imperatoris, & ipſum Imperatorem futurum. Et cum ſenior Gordianus rideret, oſtendiſſe conſtellationem mathematicam ferunt, & de libris veteribus dictitaſſe, ita vt probaret ſe vera dixiſſe. Spartianus in Vero: Quid ſi non rectè conſtellatio eius collecta eſt?

Coſtellatio. Iul. Firmicus Matheſeos libro 1. Mercurij cum

Marte proficit conſtellatio.

Conſtellatus, Adiect. ſtellis inſignitus, vt baltheus bullatus clauiſque aureis vel argenteis transfixus. Iul. Capitolinus in Salomino: Galienus his auratos conſtellatóſque baltheos rapuiſſe perhibetur.

Conſtrictio, συσφιγμός. Satur. lib. 7. cap. 6. Certe reſpondeant volo, cur ſtomacho in laſſitudinem degeneranti, ad inſtaurandas coſtrictione vires offerant ægreſcenti vinum.

Conſultare principem, petere quid fieri placeat: D. li. 49. T. 1. l. 1.

Conſuetudo de viri cum muliere commercio. Suetonius in Nerone. Vxores præter Octauiam duas poſtea duxit. Octauiæ conſuetudinem citò aſpernatus. In Othone: conſuetudo mutui ſtupri.

Conſulere Genetliacum de genitura. Suetonius in Caligula: Conſulenti quoque de genitura ſua, Sulla mathematichus certiſſimam necem appropinquare affirmauit.

Conſultari Paſſ. Macrobius Saturnal. lib. 1. cap. 6. Cum in Senatu res maior quæpiam conſultaretur.

Cõſultiſsimè, Aduerb. Iulius Capitolinus in Pertinace: Annonæ conſultiſſimè prouidit.

Conſultiſsimè, optimo conſilio, prudentiſſimè. Vlpianus D. lib. 28. Tit. 7. l. 8. Prætor conſultiſſimè interuenit.

Conſummabilis, Adiect. Seneca Epiſtol. 93. Hæc in illis conſummata eſt, in nobis conſummabilis.

Conſummatiſsimus. Plinius Epiſtol. li. 2. Macrino: Amaui conſummatiſſimum iuuenem tam ardenter.

Contaminatio, μώλυνσις, inquinatio, μίασμα. Vlpianus D. li. 48. Tit. 5. l. 2. Qui patitur vxorem ſuam delinquere, matrimoniúmq; ſuũ contemnit, quique cõtaminatione nõ indignatur.

Contaminator, Lampridius in Alexandro: Contaminator honorum iure punitus eſt.

Contemplatus, i. contemplatio, θεωρία. Macrobius libr. 1. in Somn. Scipion. Fide autem facta perpetuitatis animarum, conſequẽs eſſe animaduertit, vt certa illis loca nexu corporis abſolutis, pro cõtemplatu probi improbíve meriti, deputata ſint.

Contemplatrix, θεωρητική. Apuleius li. de Philoſophia: Diſciplina contemplatrix bonorum, iuſti tenax.

Cõtemptibilis, aſpernabilis, εὐκαταφρόνητος, Lãpridius in Alex. Seuero: Cùm illi obiicerent nimiam ciuilitatem, & ſæpe dicerent, Molliorem tibi poteſtatem & contemptibiliorem imperij ſe

rij feciſti. Vlpianus de officio Procons. D.lib.1. Circa aduocatos patientem eſſe proconſulem oportet,ſed cum ingenio, ne contemptibilis videatur.

Contentus cum Genit. Velleius Paterculus Hiſtor.2. Sed minus honoratus,quippe vixit anguſti claui penè contentus.Subaudi honore vel dignitate.

Contextio,συμπλοκὴ,contextus.Macrobius Comm.in Som. Scipionis lib.1.cap.2.Contextio narrationis per turpia & indigna numinibus, ac monſtro ſimilia componitur. Idem Satur. lib.7.cap.16.Et ita contextionis acceſſione variatum eſt.

Continentia vrbis,τοπαρχία, territoriũ,i. Vniuerſitas agrorum intra fines cuiuſque ciuitatis. Vlpianus D.De verb.ſignificat. Qui extra continentia vrbis eſt,abeſt.Cæterum vſque ad continentia,non abeſſe videbitur.

Continentia pro retentione.Suetonius in Claudio: Dicitur etiam meditatus edictum,quo veniam daret, flatum, crepitúmque ventris in conuiuio emittendi:cùm periclitatũ quendam præ pudore ex continentia reperiſſet.

Continentia,æ,συνέχεια,συναφὴ,cohærẽtia. Macrobius Satur. l.5.c.15.Si velis ſitũ locorum mẽte percurrere, inuenies illum continentiam regionum ſecurum. Ibid. Nec vllo ſaltu cohærentiam regionum in libro ſuo hiare permittit.

Continentia pro tenore,quæ συνοχὴ. Macrobius Comment. lib.1. cap.6. Quod erit manifeſtius ſi in medio poſueris ipſam continentiam ſenſus,de Timæo Platonis exceptam.

Continuus,aſſiduus: vt continuus principis.Cornel.Tacitus lib.Cocceius Nerua continuus principis.

Continuatè,ἀδιαλείπτως,Sine intermiſſione, Cornel.Fronto lib.de nom.verborúmque differ.

Cõtra ſe,ἐξ ἐναντίας αὐτῶ,è regione ſui.Suetonius in Caligula: Qua epulatione,equiti Rom.contra ſe hilarius,auidiúſque veſcenti partes ſuas miſit.

Contradictus, Adiect.Vlpianus D.de leg. l. Cum de:An etiã cotradicto aliquando iudicio conſuetudo firmata ſit.

Contradictor,ἀντίλογος.Vlpia.D.li.40.T.12.l.27.Quod ſi is qui pro libertate ſua litigat,deſit,cõtradictor verò præſes ſit,&c.Et T.16.l.3.Cũ nõ iuſto cõtradictore quis ingenuus pronũciatꝰ eſt.

Contrarie.ἐναντιοῦσθαι, ἀντιλέγειν, cõtradicere.Cornel. Tacitus lib.14.Sententiæ Caſſij, nemo vnus contraire auſus eſt.

Contrarietas,ἐναντίωσις vel ἐναντιότης. Macrobius lib.2.Commẽt.cap.14.Nunquam fieri poteſt, vt circa vnam eandémque

rem,vno eodémque tempore, contrarietates ad vnum idemque pertinentes eueniant.

Controuerſus ſibi, i. contrarius. Macrobius Comment. lib,1. cap,6.Nec aliter tam controuerſa ſibi ac repugnantia,& natura communionem abnuentia promiſceri, terram dico & ignem potuiſſe.

Controuerſiola, Diminut.à controuerſia: vt gratiola à gratia: Diomedes Grammat.lib.1.

Contubernium tranſlatè. Spartianus in Adriano: Optimos quoſque de Senatu in contubernium imperatoriæ maieſtatis aſciuit.

Contumaciſſimus,Superlat.Seneca de Conſolat.cap.8.Dolorem dies conſumit, licet contumaciſſimũ.Idem Epiſt.84.Hæc contumaciſſimos & iugum recuſantes in alienum egit arbitrium.

Cõuallere, vallis vndiquaq; claudere ac munire, συμπεριφράττειν, περιχαρακῶσαι.Gellius lib.12. cap.13.de Oceano: Vndarum illius ambitu terris omnibus conuallatis.

Conuelare tranſlatè.Gellius lib.7.cap.3: Sed enim Cato,non nudam,nec ſolitariam, nec improtectam hanc ἐπαγωγὴν facit: ſed multis eam modis præfulcit, multiſque aliis argumentis conuelat.

Conuellare caput: quod pudoris cauſa factitabant veteres in re minus honeſta. Gellius lib.19.cap.9.Sed ne nos,id eſt,nomẽ Latinum, tanquam profectos (legendum proſectos, vel præſectos)quoſdam & inſubidos, ἀναφροδισίας condemnetis: permittite mihi quæſo operire pallio caput, quod in quadam parùm pudica oratione Socratem feciſſe aiunt. Tum reſupinus capite conuellato, voce admodum quàm ſuaui,verſus cecinit, &c.

Conuentionalis, συνθηματικὸς, vt ſtipulatio conuentionalis, quæ fit ex conuentione reorum: Pomponius D. libro 45. Tit.1.l. 5.

Conuerſari pro συνομιλεῖν, conſueſcere. Seneca lib.3.de Ira: Sumuntur à conuerſantibus mores.

Conuerſus,us,ui,i. cõuerſio,συστροφή.Macrobius Satur.li.7.c.9. Septimus motus qui gyros efficit, crebro conuerſu turbat.

Conuexio,conuexitas,συγκύρτωσις,σύγκλισις. Gellius lib.14.ca. 1.Partium circulorúmque cæli, ex deuergentia & conuexionibus mundi varietas.

Conui-

Conuibrare. Apuleius Floridor.lib.2. Diſcit autem ſtatim pullus vſque ad duos ætatis ſuæ annos dum facilè os vti conformetur, cum tenera lingua vti conuibretur.

Conuitiolum. Lampridius in Alexan. Seuero: laceſſitus erat conuitiolis.

Conuolulus, vide Scammonia tenuis.

Cooperator, is. συνεργός. Apuleius Floridor.lib.2. Id quoque pallium cooperatoris ipſius laborem fuiſſe.

Cooperimentum, συγκάλυμμα, operimentum tegumentúmque. Gellius lib.4.cap.7. Nam caput, inquit, & os cooperimento perſonæ tectum vndique.

Coquinaria, μαγειρική, coquinaria ars. Apuleius de Philoſophia: Harum imitatrices eſſe coquinariam & vnguentarium.

Cordi habere. Gellius lib.2.cap.30. Verſibus quadratis compoſuit, quorum duo poſtremi iſti ſunt, quos habere cordi & memoriæ operæpretium eſſe hercle puto.

Coracinus piſcis, κορακῖνος Ariſtoteli, κορακεύς Heſychio, & aliis κορακινὶς: & diminutiuè apud Athen. κορακινίδιον (quia κορὸς niger, vnde κόραξ: non verò, vt voluit Atheneus ἀπὸ τοῦ κόρας κινεῖν, quod καρκίνῳ magis congruit. Dixitque Oppianus li.1. Halieut. Καὶ κορακῖνον ἐπώνυμον αἴθοπι χροιῇ) Coracinus Plinio: In Gallia Narboneuſi Corp, alij durdo, vergo, & corbeau: In Italia Coruo. Græci vulgò κορακίδι. Piſcis eſt marinus ex ſquamoſorum genere Auratæ vel Melanuro nõ diſſimilis, magnitudine interdum plus cubitali, coloris ſubnigri: recens capto caput auro atque purpura & ſplendet & nigricat: dorſum verò rependum. De Coracino vide Athenæum lib. 7.&.8. (præter Ariſtotel. hiſtor.lib.8.cap.30.& li.5.cap.17.) Strabonem lib.17. Plinium cùm multis locis, tum li.32.cap.vlt. vbi Pullum coracinum dixit, ſed mendosè editum racinum. Dictus eſt etiam ſaperda, σαπέρδης Atheneo: & maiores Coracini πλατισακοὶ: mediæ ætatis μύλλοι: minimi γνωπίδια vel ἀγνωπίδια. Vide Coruus.

Corchorus, κόρχορος Theophraſti foliis ocymi, eſt Anagallis Dioſcoridis. Plinius lib.25.cap.13. Anagallida aliqui corchoron vocant. Eſt & alia Corchoros, de qua egimus in Lexico.

Cordyla, vide Thynnus.

Coriaginoſus, qui coriagine (qui ἰσχνοδερμία morbus ac maraſmi ſpecies bobus præcipuè, quãdo pellis tergori adhæret) laborat, vt coriaginoſum iumentum apud Vegetium de re veteri-

naria: Gallicè Haridelle,quaſi aridulus.

Cornua etiam vocantur dentes elephanti à Plinio.l.9.c.5.& lib.18.in præfat.licet lib.8.cap.3.ita ſcribat de Elephantis: Prædam ipſi in ſe expetendam ſciunt ſolam eſſe in armis ſuis,quæ Iuba cornua appellat,Herodotus tanto antiquior,& conſuetu do melior dentes.

Corniculatus,κερατώδης, vt luna corniculata, apud Apuleium de Deo Socratis.

Cornus,κρανία vel κράνεια,Gallis Cornier,velCornouillier,Italis Corniolo,& Cornao.Fructus κράνα &κράνια, Corna, Gallicè Cornouiles,Italicè Cornole. Corni ſpecies,frutex ſanguineus Plinio (vide Virga ſanguinea) qui & Gallis ſanguin, atque Italis ſanguino.

Cornuarius,κερατοποιὸς, qui cornua militaria fabricat, vt tubarius qui tubas. Arcadius D.lib.vlt. Tit.6.l.6. Cornuarios recenſet inter eos, quibus aliquam vacationem munerum grauiorum conditio tribuit.

Cornuta,*æ*,lyra altera:aliis Coccyx alter:Northmanis Gournault,& Tumbe Rhotomagi: à Liguribus malearmato peſce: à Romanis forchato,& peſce forcha. Piſcis marinus eſt, octagonus,coloris punicei, totus ſquamis oſſeis contectus: aculeis lyræ piſci ſimilis.De cornuta Plinius lib.9.cap.27.lib.32.cap.vlt. Priore loco ſic legend. Attollit è mari Cornuta ſemipedanea fere cornua,quæ ab his nomen traxit. Vide Lyra.

Corona menſarum.Vlpianus D.lib.34.Tit.2.l.19.Sed & in coronis men ſarum gemmæ coronis cedent,& hæ menſis.

Coronopus,κορωνόπους Dioſcoridi,& κορωνοπόδιον Aetio &Tralliano,non eſt herba ſtella Italorum(vt voluitMatthæolus)quæ Gallis corne de cerf: Sed Verrucaria Herbariorum (diuerſa à verrucaria Italorum,ſiue Heliotropij ſpecie)cuius rationes adduximus fuſiſſimè in Lexico,in voce κορωνόπους. Aduertēdum in Dioſcoridis codice legi κατεσχηματισμένον,i.figuratum & cōformatum(quod ad foliorū ordinē refertur) apud Plinium verò herbam eſſe cum fiſſuris. Sed aut legi debet κατεσχισμένον, aut Plinius errauit affinitate vocum (vt ſæpe conſueuit) quod magis probabile: Quia Coronopus folia habet graminis, vel holoſtij(vt teſtatur ipſe Dioſcorides capite de holoſteo)quæ ſine fiſſuris ſunt.Vide Holoſteon. Dioſcorides ſcribit Seſamoïdes minus habere folia Coronopodis,hirſuta magis atq; minora:ex quib⁹ rurſus error Matthæoli in Seſamoïde,cognoſcitur.

Corpus

Corpus in vulgus dare, corpus vulgare ac ſui cũctis copiã face re,vt meretrices ſolẽt.Gellius l.6.c.7.Sed Acca Laurẽtia corpus in vulg⁹ dabat,pecuniámq; emeruerat ex eo quæſtu vberẽ.At Liuius lib.4.ab vrbe:Sunt qui Laurentiam vulgato corpore,lupam inter paſtores vocatam putent.

Corporis.actor,vel Syndicus, D.lib.3.Tit.4.l.1.

Corporaliter,σωματικῶς.Paul.D.l.41.T.2.l.1.Per ſeruũ corporaliter pignori datum non acquiri nobis poſſeſſionem Iulianus ait.Vtitur &c,Tit.3.l.4. *Corruda*,vide Aſparagus.

Correptè,i.correpta ſyllaba.Gellius lib.2.cap.17.Neque repugnat quod coëgi correptè dicimus.

Corruptiſſimè dicere,apud Senecam Controuerſ.lib.10.in 5.

Coruſcamen,ἀστραπὴ. Apuleius de Deo Socratis: Velut in arctiſſimis tenebris rapaciſſimo coruſcamine.

Coruus piſcis,κόραξ,Romæ Gallina:noſtris Cabote, & Burdegalæ Perlon.Marinus eſt,corporis forma miluo piſci ſimilis aculeorum pinarúmque magnitudine diſcrepans: Cuius dorſum ex cæruleo nigricat, latera rubeſcunt, cùm venter ſit lactei coloris. De eo Athenæus lib. 8. Plinius lib. 32. cap. vlt. vbi, à Coracino diſtinguit.

Coruus marinus,Siue coruus aquaticus Phalacrocorax Plinio,κόραξ θαλάσσιος Ariſtoteli Hiſtor.lib.8. cap.3. Gallis Cormorant.Vide Ibis. *Cos*,vide Naxius lapis.

Coſtus,quibuſdã Officinarũ Zedoaria: aliis radix quæ nunc cœpit afferri ex India, & κόστυ nomine ab Indis appellatur.

Coticula, vide Lydius lapis.

Cotinus,Sabaudis Fuſtet. Allobrogibus falſò Rhu (propter vſum in tinctura) Italis Roſa,& Scotano, atq; Roſolo in Apennino:quia corticis vſus conchylij vice: Ramorum verò (quia ligni interioris aureus color)ad lutei tincturam. Plin.lib.16.c.18. Eſt & in Apennino frutex qui vocatur cotinus, ad lineamenta modo conchylij colore inſignis. Folia eius quaſi terebinthi, fructus ex vmbella in patuulis ſiliquis.

Crabro Plin.ἀνθρήνη Ariſtot. genus veſpis: Gal. frailon: Ital. Calaurone.

Creabilis, κτιστικὸς. Apuleius in Hermetis Aſclepio: Mundus materiæ creabilis eſt,tametſi creata non eſt.

Creatio liberorũ,i.procreatio li. D.l.1.T.7.l.15.In adrogationibus cognitio vertitur,num fortè minor ſexaginta annis ſit qui adrogat,quia magis liberorum creationi ſtudere debeat.

Crebriter,pro crebrò. Diomedes Grammat.lib. 3. Cum crebriter pugnas iniret.

Creditor conditionalis.Vlpianus D.de verborum ſignif. Conditionales creditores dicuntur & hi quibus nondum competit actio,eſt autem competitura : vel qui ſpem habent vt competat.

Cremiales arbores. Vlpianus D. libro 24. Tit.3.l.7. Puto autem ſi arbores cæduæ fuerunt, vel cremiales, dici oportere in fructu cedere. Scribitur & Gremiales. Dictæ, vt cremia à cremando.

Cretæfodina.D.lib.7.Tit.1.l.9.Sed ſi lapicidinas habeat, & lapidem cædere velit, vel cretæfodinas habeat &c. Alibi Cretifodina.

Crethmos, batis Plinio (cui duplex,batis marina,& batis hortenſiana lib.21.cap.15.batíſque marina, ipſi Crethmos agrios: hortenſiana verò, aſparagus Gallicus (κείθμον, vel κείθαμον Dioſcor.Gal.Perce-pierre: creſte-marine: Ital. Finocchio marino(vt in Hetruria)herba di San pietro, & adhuc Critemo in Salentinorum regione, quæ vulgò terra d'Otranto. Sed apud Dioſcoridem pro πλατυπέσις latioribus,legendum παχυπέσις craſſioribus.ſunt enim Crethmi folia anguſtiora,quàm portulacæ,ſed craſſiota.

Crex, κρὲξ apud Ariſtotel.auis eſt moribus pugnacibus,ingenio valens ad victum:cui crura longa,ac ideo poſteriot digitus, qui pro calce eſt, minutus. Pugnat cum galgulo, & merula, & Chorione.Ibidi magnitudine comparatur apud Herodotum. Athenæúſque ſimilem facit Helorio(qui noſtris Corlieu) & Ælianus ſcribit Crecas ciconiis infeſtas eſſe. Quæ non poſſunt huic aui competere, quæ Vanneau Gallicè vocatur (éſtque αἴξ Ariſtoteli) ſed potius Italorum Falcinello, cui roſtrum falcatum,& crura oblonga.

Crimen mouere, crimen ſtruere, ſiue inferre atque intendere,i.obiicere. Suetonius in Claudio: Quendam verò, & quòd comes regis in prouincia fuiſſet, referens maiorum temporibus Rabirio Poſthumo,Ptolemæum Alexandriam, crediti ſeruandi cauſa ſecuto crimen maieſtatis apud iudices motum.

Criminaliter, vt criminaliter agere : cui opponitur ciuiliter agere, apud Vlpianum D.lib 47.Tit.2.l.vlt.

Criminoſiſſimè, Suetonius in Tiberio. Ita abſumptam criminoſiſſimè inſectatus eſt.

Crimi-

Crimino ſiſſimus.Suetonius in Cæſare: Aulique Cecinnæ criminoſiſsimo libro & Pitholaj carminibus maledicentiſsimis laceratam exiſtimationem ſuam ciuili animo tulit.

Cruciator, βασανιστής. Iulius Firmicus Matheſeos lib. 3. Alij cruciatores erunt ſeruorum.

Cruentior, Comparat. Iuſtinus Hiſtor. lib. 3. Itaque tantis animis concuſſum eſt, vt rarò vnquam cruentius prælium fuerit.

Cruentè, Aduerb. Iuſtinus Hiſtor. lib. 23. Quanquam vxor diu, ne ab ægro diuelleretur, deprecata eſt, ne diſceſſus ſuus adiungi nepotis parricidio poſſet, & tã cruentè hæc deſeruiſſe virum, quàm ille impugnaſſe virum videretur.

Cruenter Aduerb. Seneca de Benef. lib. 5. cap. 17. Cæteri arma cruentius exercuerunt, ſatiati tamen aliquando abiecerũt.

Cruralis, vt faciæ crurales peduleſque apud Vlpianum D. lib. 34. Tit. 2. l. 25.

Cruſta ſoli, vel terræ. Alfenus D. lib. 39. Tit. 2. l. 9. Si ex fundo tuo cruſta lapſa ſit in meum fundum. Ibid. ſi cruſta non coaluerit, nec vnitatem cum mea terra fecerit.

Cucuba, vide Scopes.

Cucullus Bardiacus, bardocucullus, vulgò cape de Biard, apud Iul. Capitolinum in Pertinace.

Cuculus piſcis, κόκκυξ, Gallis rouget: aliis Morrude: Maſſilienſibus Galline: Sãtonibus perlon: Neapolitanis Cocchou. Huic vocalitas tribuitur, vt lyræ Chalcidi, & apro. Similis eſt mullo atque hirundini: cui corpus rubrum excepto ventre candido: roſtrum incuruum atque acutum. Felle caret. Vide Lucerna.

Cucumis piſcis, melon de mer, eſt digiti craſsitudine & longitudine, tuberculis aliquot aſperſis, veluti in cucumere terreſtri paruo. Partes internas indiſcretas habet. Plinius lib. 9. cap. 2. Rerum quidem non ſolum animalium ſimulacra eſſe, licet intelligere intuentibus vuam, gladium, ſerras, cucumin vero & colore & odore ſimilem. Et lib. 32. cap. vlt. de concharum generibus: Extra has ſunt rotundæ in oleario vſu cochleæ, cucumis, cynopus, Cammarus, Cynoſdexia, draco.

Cucumis marinus. Græci etiam nunc ψολὶ vocant, confundentes cum Colybdæna: præſſus aquam eiaculatur ſyphonis modo. De eo nos ex aliorum traditione, ſcripſimus, nunc ex rei veritate atque inſpectione propria καὶ ἐκ τῆς αὐτοψίας. Cucumis marinus, i. concombre de mer (Eſt enim cucumeri paruo

ſimillimus figura ſolùm non odore, nec colore.) oblongus eſt quinis angulis ac ſuperficiebus inſignis: cuius digitalis craſsitudo, longitudo minor digito: Singuli anguli tuberculorum vt in cucumeribus, gemina ſerie exarantur. Color rufus eſt. Corio tegitur vt tethya, quibus in reliquis ſimilior. Oſtreis multos adhærentes inueni cum vrticis marinis, Venetiis. Et tamen ſoluti vagantur, & cum explicant ſuas proboſcides, eorum caput ſimilius ſepiolis. Ego cucumim Plinij, Holothurion Ariſtotelis eſſe credo.

Cucurbita, σικύα, & σικυωνία (præſertim Indica, apud Athenæum) κολοκύνθη vel κολόκυνθα Dioſcor. & Atticè κολόκυνται (ſed κολοκύντας rotundas vocant Helleſpõtij, vt author Phrynichus: longas verò σικύας) Gallicè Courge: Ital. Zuccha.

Cucurbita ſylueſtris Plinio, ſiue σομφὸς à Græcis dicta ob inanitatem, digitalis craſsitudinis eſt, nõ niſi in ſaxoſis naſcẽs. lege Plin. lib. 20. cap. 3. Eſt & cucurbita ſylueſtris, ſed plena, colocynthis Plin. κολοκυνθὶς Dioſcor. & σικυώνη Hippocr. vel σικυωνία, & κολοκύνθη ἀγρία. Gal. coloquinte, courge ſauuage: Ital. Zuccha ſaluatica. Cucurbita plebeia, quæ humi ſerpit: vt Cucurbita cameraria, quæ pergularis: de quibus Plinius lib. 19. cap. 5.

Cucumis, vel Cucumer, σίκυς vel σίκυος: Gal. Concombre: Ital. Cedriuolo, cocomero: Cuius variæ ſpecies, virides, lutei, albi, verrucoſi, longi, diſtorti, læues, atque aliuſmodi. Cucumis ſylueſtris Plin. ſiue aſininus, σίκυος ἄγριος Dioſcor. ex quo fit elaterium: Gal. concombre ſauuage: cuius ſpecies eſt cucumis ſcorpionius, anguinus vel erraticus appellatus, teſte Plinio lib. 20. cap. 1. & 2. hic viridis ac tortus.

Cui dubium cadit? pro cui dubium eſt? quis dubitat? Diomedes Grammat. lib. 1. Cui enim dubium cadit, quin abuno abunis dicamus?

Culpatus, ψεκτὸς, μεμπτέος, culpandus. Gellius lib. 11. cap. 7. Sed moleſtius equidem culpatiũſque eſſe arbitror.

Culpatio. præter Gellium, vtitur Cornel. Fronto lib. de nom. verborúmque differ. Vituperatio vitium parat: Culpatio, à culpa incipit.

Culpabilis, ψεκτὸς. Apuleius lib. de Philoſoph. Culpabilium autem virorum quatuor formæ ſunt.

Culpabilis, culpãdus, ψόγιος ſiue αἰτιάτος. Apuleius in Apologia: Niſi forte, quod artificio elaboratum laudabile habetur,

hoc

hoc natura oblatum culpabile iudicandum eſt.

Cunabula iuris, i. principia. Pomponius de Origine iuris D. lib.1. Qui liber veluti cunabula iuris continet.

Cunctatior, tardior. Macrobius Satur. lib.7. cap.14. eam cunctatior viſus penetrat, cuius offenſa percuſſa videdi acies ſcinditur & in ſe recurrit.

Cupa, Cupula diminutiuè. Vlpianus D. lib.33. Tit. 6.l.3. In cupis autem ſiue cupulis puto admittendum.

Cuprum, æris ſpecies, i. æs Cyprium per contract. vnde apud Palladium Cuprini claui. Spartianus in Caracalla: Ex ære vel cupro cancelli.

Curare, colere, θεραπεύειν. Plinius Epiſtol. lib.1. de Regulo: Eſt enim locuples, factioſus: curatur à multis: timetur à pluribus. De quo alibi: Conuenitur ad regulã mira celebritate: curſant, frequentant. Martialis: Quanto reduci Regulus ſolet turba.

Curatura, ἐπιμέλεια, δίαιτα. Terentius Eunuch. deducunt cibum Tametſi bona eſt natura, reddunt curatura iunceas.

Curgulio tranſlatè pro pene. Perſius Satyra 4. quare detõſus curgulio extat.

Curia, quid à Foro differat, vide Forum.

Curiatim, κατὰ φρήτρας Homero. Gelli⁹ lib.15. cap.27. Comitia Curiata, per lictorem curiatim calari, i. conuocari.

Curcura, ὑπολαῒς, ἐπιλαῒς, ſcribitur & ὑπολεῒς, Gallis fauuette rouſſe (quam falſò paſſerem troglodytem nonnulli crediderũt) al. Goïtrẽſe, Verdõ: Italis Pizamoſche. Auis eſt minor luſcinia, ſed eadẽ corporis figura, coloris ſubuiridis. Culicib⁹ coſſiſq; arborũ victitat, raroq; hyeme apparet. In eius nido ponit oua cucullus, quæ ipſa pro ſuis fouet: de quo & Theophraſtus de Cauſis lib. 2. cap.24. Vide & Ariſtotelem Hiſtor. lib.8. cap.3. Iuuenalis Satyra 6. Tu tibi nunc curruca places, fletumque labellis Exorbes. Eſt & Currucæ ſpecies, ὑποθυμὶς Ariſtophanis, Gallicè fauuette plombée.

Cuticularis, δερματικὸς: vt pori, i. πόροι, cuticulares meatus Plinio: Inuiſibilia foramina Celſo, caulæ Lucretio multis locis.

Cyanus, κύανος apud Heſych. κυανὸς) cæruleus: Gallis Pic de muraille. Auis eſt maior paulò fringilla, minor merula: cuius roſtrũ gracile: pedes magni, color cæruleus. Saxoſis locis verſatur. De qua Ariſtoteles in Hiſtor. Animal. Vide Iaſpis.

Cybia, vide Thynnus.

Cupitor, is, ἐπιθυμητὴς. Diomedes lib.1. Grammat. Omnes appellationes, quæ in tor terminãtur, deriuatæ à verbis, eundẽ

genitiuum caſum admittunt,veluti Cupitor huius rei.

Cychramus,ſiue *Cynchramus*,κύγχραμος vel κύχραμος Ariſtoteli Hiſtor. lib.8.cap.12.(alij legũt κεγχρέανος,apud Heſych.κυγχρέανος)Gallis Trachet.Eſt enim eius ſpeciei auis,quæ diſcedẽtibus coturnicibus ducẽ ſe præbet, vt glottis, Ortygometra,& Otis. Plinius lib.10.cap.23. de Coturnicibus: Semper hinc remeãtes comitatũ ſollicitant, abeuntque vnà perſuaſæ Glottis, & Otis & Cychramus. Cychramus perſeuerantior feſtinat etiam peruenire ad expetitas ſibi terras. Itaque noctu is eas excitat, admonetque itineris.

Cycladatus, cyclade veſte indutus. Suetonius in Caligula: Armillatus in publicum proceſsit, aliquando ſericatus, & cycladatus.

Cymindis, χαλκὶς, & κύμινδις Homero (κικυμὶς Callimacho: Cicuma Feſto auis nocturna, qua voce νυκτικόραξ, qui noſtris Corbeau de nuict, à Gaza exponitur apud Ariſtotelem) nocturnus accipiter Plinio (ſed nocturnus accipiter eſt potius ὑβρὶς ſiue πτύγξ Ariſtotelis, quem vocamus Fauperdrieux:& hic eſt Subris Nigidij,voce quidem è Græco, ſed corruptè ſcripta apud Plinium lib.10. cap. 14. auis quæ aquilarum oua frangit) Faulcon montagnard. Ariſtoteles Hiſtor. lib 9. cap.12.in hunc ſenſum: Chalcis raro apparet, montes enim incolit, nigro colore eſt, magnitudine accipitris, quem palumbarium nominant, forma longa ac tenui. Iones Cymindem eam appellant,cuius Homerus etiam meminit in Iliade, cum inquit, χαλκίδα κικλήσκουσι θεοὶ, ἄνδρες δὲ κύμινδιν.Et ſubiungit:Cæterum Hybris, aiunt autem nonnulli hanc auem eandem eſſe Ptyngi. Hæc interdiu quidem non apparet, quia non clarè cernit, ſed noctu venatur more aquilæ. Pugnat verò etiã cum aquila adeò acriter, vt ſæpius ambæ implexæ deferantur in terram & viuæ à paſtoribus capiãtur. At Plinius confusè atque infideliter lib.10. cap.8. Nocturnus accipiter Cymindis vocatur,rarus etiam in ſyluis, interdiu minus cernens. Bellum internecinum gerit cum aquila, cohærenteſque ſæpe præhenduntur.

Cynosbatus, κυνόσβατον,vel κυνόσβατος, & ξυλίνη κύων apud Athenæum, Gallis Eſglantier:ſentis canis Columellæ. Syluestri roſa maior eſt, atque in arborem adoleſcit: folia roſarum multo minora, odorata: caulis totus ac rami aculeis horrent: Flos paruus, odoratus, albus. Nunc & in hortis colitur. Aliud

Cyno-

Cynorhodon, vide ſuprà. Aliud Cynosbaton Theophraſti, de quo Plinius lib.24.cap.14.

Cynorhodon, κυνόῤῥοδον. & κυνόμωρον Ruffo, ac ἠλίδωρον (non ἠλιόδωρον) Oribaſij, roſa ſylueſtris, Gallis Roſe de chien, vel roſe ſauuage. Plinius lib.8. cap.41. Ad morſum verò (canis rabidi) vnicum remedium oraculo quodam nuper repertum, radix ſylueſtris roſæ, quæ Cynorhoda appellatur. Hæc planta fert ſpongiam, quæ in Officinis falſò Bedeguar (nam aliud Arabicè. Vide Spina alba) de qua Plinius lib.25.cap.2. poſtquam dixit, radicem ſylueſtris roſæ, quam cynorhodon vocant: ſubiungit, Aliâs apud autores cynorhodi vna medicina erat, ſpongiolæ, quæ in mediis ſpinis eius naſcitur. De eadem rurſus hoc modo lib.24.cap.13. Alterum genus rubi eſt, in quo roſa naſcitur. Gignit pilulam caſtaneæ (ſupple pilulæ, i. caſtaneæ cum ſuo inuolucro atque echino) ſimilem, præcipuo remedio calculoſis. Cynorhodon, etiam eſt lilium rubrum, herbariorum Martagon, λείριον Theophraſti. Plinius lib.21.cap.5. Eſt & rubens lilium, quod Græci crinon vocant: Alij florem eius Cynorhodon.

Cyperus, κύπειρος, & iuncus quadratus Cornelio Celſo, vel triangularis Plinio: Gallicè Souchet: Italis Cypero: Hiſpanis Iunco d'olor. Cuius ſpecies Cyperus Indicus, κύπειρος ἰνδικὸς Dioſcoridi, qui officinarum Cucurma, ſiue Curcuma Arabicè, Chymicis noſtris Terra merita: noſque in Lexico Theophraſti χρῶμα eſſe (quaſi κοῦρμα Sed maluit à coloris tinctura) oſtendimus. Ex huius caule triangulari, inſignes baculos in extremis argento ornatos vidimus in aula regis Galliæ, quos geſtabant œconomi. Alii ex certo palmarum genere fieri prodiderunt.

Cyprinus, κυπρῖνος, κυπρινὸς, λεπιδωτὸς, Nũc in Græcia ὄρφως: Carpa: vulgò Carpe: Venetiis Raina: Romæ Burbaro: Placentiæ Carpano: Ferrariæ Carpena. Piſcis eſt lacuſtris ac fluuiatilis (& verè Plinius lib. 9. cap. 16. marinum facit, vt Oppianus Halieut. lib.4.) ſquamis latiſsimis denſiſsimiſque contectus. Cui omnium ſoli lingua non in oris inferiore parte ſita eſt, ſed in ſuperiore, carnoſa atque in cupediis expetita. Dentes nec in ore habet, ſed ſubtus intra fauces latent. Mori admodum contumax eſt, tantæque viuacitatis, vt exenterati cor diu palpitet (vt in ſulmonibus) corpuſque ipſum dum frigitur in ſar-

tagine ſubſultet. Ex eius ouis fit,quod vocant Venetiis Cauiaro roſſo, Iudæis conceſſum quibus nigrum ex ouis Acipenſerũ prohibitum.Caſiodorus in Epiſt.12.4.de regio conuiuio: Deſtinet carpam Danubius. *Cypros*,vide Liguſtrum.

DActyli,vide Vngues.

Dalmaticatus.Adiect.Dalmatico habitu veſtitus. Lampridius in Commodo: Dalmaticatus in publicum proceſsit, atque ita ſignum quadrigis emittendis dedit.

Damaſonion,vide Aliſma.

Damnare heredem teſtamento, pro obligare atque aſtringere. Gaius D.lib.8. Tit.4. l.16. Poteſt etiam in teſtamento heredem ſuum quis damnare,ne altius ædes ſuas tollat ne luminib. ædium vicinarum officiat.

Damnare ad gladium, i. pœna capitali atque vltore gladio. Vlpianus D.lib.47.Tit.14. Abigei cum duriſsimè puniuntur ad gladium damnari ſolent.

Damnum infectum eſt, damnum nondum factum, ſed quod futurum veremur:Paulus D.lib.39.Tit.de damno infecto,l.2. & l. 4. Cauere damni infecti, vel de damno infecto.l.7. damni infecti nomine ſatiſdare.

Damnum ſentire, damnũ ferre. D.lib.10.Tit.3.l.6.Vlpianus: Neque lucrum,neque damnum eum ſentire oportet.

Damnum ad ipſum reſpicit, pro eo quod eſt, damnum ipſe ſentire debet. Vlpianus D.lib.10.Tit.3.l.6. Si verò non communi nomine, ſed vt lucretur ſolus,magis eſſe oportet,vt & damnum ad ipſum reſpiciat.

Damni vicarius. Papinianus D.lib.26. Tit.7.l. 39. Tutor qui tutoris idoneum hæredem conuenire pupilli nomine noluit, damni vicarius ſubſtituitur.

Dapſilè,lautè,δαψιλῶς.Sueton.in Veſpaſian.Sed & cõuiuabatur aſsiduè,ac ſæpiꝰ rectè,ac dapſilè, vt macellarios adiuuaret.

Dardaniæ artes, i.magicæ,à Dardano inſigni,vt tradunt,mago,cuius commentariis perlectis, doctiſsimus euaſiſſe Democritus memoratur. De quo Plinius lib.30. cap.1. Apuleius, Euſebiúſque lib.2. Præparat.Euang. Columella lib. 10. Dardaniæ veniant artes.

Dare, pro ſui copiam facere, quod & χαρίζεσθαι Græci de conſuetudine καὶ περὶ συνουσίας. Catullus ad Aufilenã: Tu quod promiſti mihi, quod mentita inimica es, Quod nec das, & fers, ſæpe facis facinus.

Dare facere, verba ſtipulationibus adhiberi ſolita. Alfenus D. lib. 17. Tit. pro ſocio. l. 71. His verbis ſtipulaſti: Hæc quæ ſuprà ſcripta ſunt, ea ita dari fieri, neque aduerſus ea fieri? Si ea ita data facta non erũt, tum viginti milia dari? Ibid. Hæc ita dari fieri ſpondes? Cicero Offic. 3. Arbitrum illum adegit, quid ſibi dare facere oporteret ex fide bona.

Dare in nomen alicuius, ſub eius nomine ementito aliquid edere. Gellius lib. 10. cap. 12. Multa autem videntur ab hominibus malè ſolertibus huiuſcemodi commenta in Democriti nomen data, nobilitatis autoritatiſque eius perfugio vtẽtibus.

Dare ſeſe filium, dare ſe adoptãdum. Gellius lib. 6. cap. 7. In illius locum Romulus Accæ Laurẽtiæ ſeſe filium dedit, ſeque & cæteros eius filios fratres Aruales appellauit.

Dare ſe in memoriam, pro ſui memoriam quàm longam efficere. Seneca Epiſt. 94. Vixit, ad poſteros vſque tranſiliit, & ſe in memoriam dedit.

Dare opinionem. Seneca lib. 1. de Ira: Vt opinionem luxuriæ ſegnitiæque malignis daret.

Datiuus vel teſtamentarius tutor. Modeſtinus D. libro 46. Tit. 6. l. 7.

Debitum prætendere. Paulus D. de Pactis l. 9. Necnõ & vnus tutor plurium pupillorum nomine vnum debitum prætendẽtium, ſi conuenerit, placuit vnius loco eſſe.

Debitrix, ὀφειλέτις, cuius correlatiuũ creditrix. Paulus D. lib. 49. Tit. 14. l. 47. Moſchis quædam fiſci debitrix ex conductione vectigalis.

Vlpianus D. lib. 16. Tit. 1. l. 8. Quaſi debitrix delegetur.

De, vt περὶ etiam poſtponitur. Paulus D. lib. 21. Tit. 2. l. 11. Ex his verbis ſtipulationis duplæ vel ſimplæ, Eum hominem, quo de agitur, noxa eſſe ſolutum.

De compoſito (vt de cõpacto apud Plautũ) pro cõpoſito Virgilio, ſiue ex cõpoſito Plinio, ἀπὸ συνθήματος. Apulei⁹ in Apologia. De cõpoſito, nec opinãtẽ, patroni ei⁹ inceſſere maledictis.

De genu pugnare. Seneca lib. de diuina prouid. cap. 2. Callum per iniurias duxit, nec vlli malo cedit, ſed etiam ſi ſucciderit, de genu pugnat.

De ſpeculo formatum, pro ad exemplar. Macrobius Satur. lib. 5. cap. 2. Quid quod & omne opus Vergilianum, velut de quodam Homerici operis ſpeculo, formatum eſt? Alibi: hoc vno vſus eſt archetypo. lib. 6. cap. 2. Vt vnde formati ſint, quaſi de ſpeculo cognoſcas.

De ſummo pectore, minus conſyderatè, re non infimo pectore perpenſa & examinata. Gellius lib. 17. cap. 13. Non me autē præterit, dicere aliquem poſſe de ſummo pectore, nihil eſſe in his verbis negotij.

Decedere. i. ἀποχωρεῖν, cum ablatiuo & accuſandi caſu. Gellius lib. 15. cap. 11. Epictetus quoque philoſophus propter id ſenatuſc. Nicopolim Roma deceſsit.

Decemiugis, δεκάζυγος, currus in quo iugalium paria quina. Suetonius in Nerone: Aurigauit quoque plurifariā. Olympiis verò etiam decemiugem.

Decemprimatus, δεκαπρωτία. Hermogenianus D. lib. vlt. Tit. 4. l. 1. Patrimonij ſunt munera rej vehicularis, item nauicularis, decemprimatus. Vide Decaproti.

Deceſsio verborum. Gellius lib. 13. cap. 28. Animaduertere eſt plæraque verborum latinorum ex ea ſignificatione, in qua nata ſunt deceſsiſſe, vel in aliam longè, vel in proximam: eámque deceſsionem factam eſſe conſuetudine, & inſcitia temere diſcentium, quæ cuiuſmodi ſint, non didicerunt.

Deceſsionem pati, i. diminutionem. Mæcianus D. lib. 29. Tit. 4. l. 28. Eam autem deceſsionem patietur is cui reſtituta fuerit hæreditas, quam is qui ei reſtituerit, paſſurus fuit.

Deceſſus æſtus, Cæſar de bello Gallico lib. 3.

Declinatio mūdi, eius deuexitas ac decliuitas. Columella initio operis: Declinationum mundi non ignarus, vt exploratum habeat, quid cuique plagæ conueniat.

Declarator, is, qui declarat, qui ſua voce renunciat. Plinius in Panagyr. Vt idē honoribus noſtris ſuffragator in curia: in campo declarator exiſteres.

Decoctior, perfectior, ſuauior: Sumpta tranſlatione ab auro recocto, aut à vino. Perſius Satyra 1. Aſpice & hæc: ſi forte aliquid decoctius audis.

Decollare. præter Sueton. ac Diomed. Sext. Aurel. Victor in D. Iuliano: Extenta damnatorum modo ceruice decollatur.

Decoriſsimus, ἀξιοπρεπέστατος. Apuleius in Apologia: Eū quoque Zenonem longè decoriſsimum fuiſſe vt Plato autumat.

Decre-

Decretalis.Vlpianus D.lib.38.Tit.9.l.1. Decretalis bonorum poſſeſſio an repudiari poſſit,videamus,id eſt decreto delata.

Deculpatus, ἐπίψεκτος,multùm culpatus vel culpandus. Gellius lib.19. cap. 10. Itáne, inquit, magiſter dehoneſtum tibi deculpatúmque hoc verbum videtur?

Decumanus fructus: de quo Ouid. in Triſt. Qui venit hinc fluctus,fluctus ſupereminet omnes,Poſterior nono eſt, vndecimóque prior. Idem 11.Metam. Vaſtius inſurgens decimæ ruit impetus vndæ.Silius lib.14.Non aliter Rhodopes Boreas à vertice præceps, Cùm ſeſe immiſit,decimóque volumine pōtum Expulit in terras.Seneca in Tragœd.Agamemnone:Hæc onere ſidit,illa conuulſum latus ſummittit vndas, fluctus hanc decimus tegit.Valerius Argonaut.2.Incaſſum decimæ cecidit tumor arduus vndæ: Lucanus in 5. Pharſaliæ.Hæc fatū decimus dictu mirabile,fluctus Inualida cum puppe leuat.

Decumatio, vide Centeſimare.

Decurionatus,i.decuriâtus. Macrobius Satur.lib.2.ca.3. Cùm rogaretur,vt decurionatum priuigno eius expediret.

Decentiſſimus, Superlat. Seneca in Suaſoria 2. Decentiſſimi generis ſtultam ſententiam referam.

Dedecorosè,ἀτίμως, αἰσχρῶς, turpiter.In Epitome ſexti Aurel. Victoris:Dedecorosè vixi, turpius pereàm. ſunt verba Neroris ſua manu pereuntis.

Dedere ſe ad literas,pro literis.Gellius lib.2.cap.21.Tum quiſpiam ex iis, qui ſe ad literas memoriáſque veteres dediderat.

Deditim,Aduerb.teſte Diomede Grammatices lib.1.

Deductio,de ſumma diminutio. Nam ducere etiam ad vſurarum rationem pertinet pro ἐλλογεῖν imputare. D. lib.10. Tit. 2.l.51.Impenſarum ratio haberi debet: quia nullus caſus interuenire poteſt,qui hoc genus deductionis impediat.

Deductior,gracilior. Suetonius in Auguſto: Naſum & à ſummo eminentiorem,& ab imo deductiorem.

Defæcatus animus.Macrobius Comment.lib.1.cap.8.Tertiæ ſunt purgati iam defæcatique animi,& ab omni mundi huius aſpergine preſsè puréque deterſi.

Defamatus,infamis.Gellius lib.14.cap.2. Spurciſſimæque vitæ ac defamatiſſimæ.

Defamatiſſimus,maximè infamis. Gellius li.18.cap.3. homo quiſpiam turpitudine priſtinæ vitæ defatiſſimus.

Defamatus,infamis.Gellius libr. 9. cap. 2. Vt vocabula quo-

que eorum defamata,atque demortua, cum ipſis viderentur.

*Defecta nomina.*Paulus D.l.22.Tit.1.l.11.Æquum eſt quamuis ipſo iure vſuræ reip.debeantur,tamen pro defectis nominibus compenſationem maiorum vſurarum fieri.

Defectus facultatibus, Italis fallito: qui a fait banque route. Vlpianus D.li.23.T.3.Si extraneus ſit qui dotẽ promiſit,iſque defectus ſit facultatibus: imputabitur marito cur eum non conuenerit.

Defectio pro figura quæ ἔκλειψις. Virgilius: Ipſe quirinali lituo,paruáque ſedebat.Reſpondit Seruius:Sic hoc dictum eſſe, vt pleraque dici per defectionem ſolent:Macrob.Satur.l.6.c.8.

Defectior,magis defectus. Apul. in Apologia:Cur in planis quidẽ ſpeculis,fermè pares obtutus & imagines videantur, in tumidis verò & globoſis omnia defectiora, at contrà in cauis auctiora.

Defectior,Compat.Spiritus vbi incipit fortior eſt: defectior, vbi deſinit.

Defector: quo cum Suetonio vtitur Cornel. Tacitus lib.19. Ducem ſe defectoribus obtulit.

*Defendi per aduocatum.*Plinius in operis Præfat.Præterea eſt quædam publica etiam eruditorum reiectio. Vtitur illa & M. Tullius,extra omnem ingenij aleam poſitus, & (quod miremur)per aduocatum defenditur.

Deferuere de maris æſtu.Gellius lib.19.cap. At vbi cælum enituit,& deferbuit mare,& ardor ille periculi deflagrauit.

*Deflagratio venarum.*Iul. Firmicus Matheſ. lib.1. Ille cita ardentium venarum deflagratione feruescens violentia repentini caloris exæſtuat.

Defænerari. Apuleius in Apologia:Pater eius plurimis creditorib⁹ defœneratus, maluit retinere pecuniã quàm pudorẽ.

Deformatio, διαμόρφωσις,figuratio ac διατύπωσις. Iul.Firmic⁹ Matheſeos l.1.Ecce ille nondum corporis deformatione cõpleta in maternis viſceribus immatura feſtinatione præmoritur.

Deformiſſimus, αἰσχρώτατος.Gellius lib.5.cap. 11.Inter n. pulcherrimã fœminam, & deformiſſimã media quædã forma eſt.

Defricatè. Næuius in Tarentilla apud Cariſium infacetè, & defricatè.

Deglubere,ac Glubere obſcœnitatis verba, morigerari. Auſonius:Deglubit,fellat, molitur per vtramque cauernam. Catullus:Glubit magnaminos Remi nepotes.

Degu-

Degulator, guloſus nepos, ἄσωτος. Apule. in Apologia: Quæ tamẽ omnia in paucis annis ita hic degulator ſtudioſè in ventrem condidit.

Deguſtatio, ἀπόγευσις. Vlpianus D.lib.18.T.6.l.1. periculum vini vſque ad deguſtationem ſuſtinere.

Dehortatio, ἀποτροπή, ἀποτρεπτικὸς λόγος. Diomedes Gram. lib.2. Παράδειγμα eſt enarratio exempli, vel rei prætcritæ relatio, ſignificans adhortationem dehortationémve.

Deiectio animi. Seneca. Quæſt. natural.l.2.ca.vlt. Honeſtius indicas deiectione animi perire, quàm fulmine?

Deiectiones, aut altitudines ſtellarum, apud Iul. Firmicũ l.2.

Delatorius, vt delatoria curioſitas. Vlpianus D.lib.22.Tit.vlt. l.6. Vt neque negligentia craſſa, aut nimia ſecuritas ſatis expedita ſit, neque delatoria curioſitas exigatur.

Delectatior. Gellius lib.20. cap. vlt. Aut ſermo incorruptior, aut delectatior motio, aut in ludo liberalior.

Delectabilis, τερπνός. Cornel. Tacitus lib.12. Infuſum delectabili cibo boletorum venenum.

Delectabiliter, τερπνῶς. Prob⁹ in Catholicis, ſtructuræ delectabiliter componendæ. Gellius lib.13.cap.23. Delectabiliter ac decorè multis variíſque verbis depicta eſt.

Delibatio, ἀπόγευσις. Florentinus D.lib.30.Tit.1.l.116. Legatum eſt delibatio hæreditatis, qua teſtator ex eo, quod vniuerſum hæredis foret, &c.

Deliciolum, παιδικά. Seneca 12.Epiſt.l.2. Ego ſum Philoſiti villici filius delitiolum tuum. Perfectè, inquam, iſte delirat vetulus, etiam delitiolum meum factus eſt.

Delitus. Diomedes Gramma.lib.1. Deleor delitus & deletus. Cicero ad filium: cæteris delitus. Varro: pecorinæ delitæ literæ. Caluus ad vxorem 1.Epiſt. Inuita delita.

Demandare vicem ſuam. Suetonius in Caligula: Proximo col luſori demandata vice ſua.

Demẽtire, inſanire, παραφρονεῖν: quo vſus præter Lucret. Apul. in Apalogia: Confeſſa eſt, ſe ſe mea magia inductã demẽtire.

Dementiri, valde mentiri, καταψεύδεσθαι. Apuleius in Apologia: Et ex eo ſacro cœpiſſe dementiri.

Demolio pro demolior. Varro in poetico libro: Et tamen nõ demolio aſtra. Item Epiſtolicarum Quæſt. Demoliuit tectum. Ex Diomede Grammat.lib.1. Næuius in Corollario: Hæc demolire. Ex Diomede Grammat.lib.1.

Demonſtratiuè, ἐπιδεικτικῶς. Macrobius Comment. lib. 1. cap. 16. Hunc locun demonſtratiuè terram dicens, in qua erat, dum iſta narraret.

Demorari pro manere. D. lib. 5. Tit. 1. l. 2. Non compelluntur ſe Romæ defendere quandiu legationis cauſa ibi demoranrur.

Demulctus, delinitus. Gellius lib. 3. cap. 13. Atque ita motus, & demulctus, & captus eſt.

Demutare ſententiam in re aliqua. Gellius lib. 17. cap. 1. Ea nobis pòſt incipiunt diſplicere, ſententiámque in iis noſtram demutamus.

Denotare probro, infamare. Suetonius in Caligula: Quem C. ſeniorem iam, & mollem effœminatum denotare omni probro conſueuerat.

Dens pro claui συνεκδοχικῶς. Tibullus lib. 1. Eleg 1. Sed reſerat fixa denre puella fores. Germanicus in Prognoſticis: Qualis ferratos ſubiicit clauicula dentes, Succutit & foribus producit Vincula clauſtris.

Denticulus, dens paruus, ὀδόντιον. Apuleius in Apologia: Viperæ ritu niueo denticulo, atrum venenum inſpirare.

Dentex Columellæ, & Appitio συνόδους, & συνόδων, & σινόδων (παρὰ τὸ σίνεσθαι καὶ βλάπτειν τοῖς ὀδοῦσι, quòd dentibus noxius ſit) apud Athenæũ l. 7. Maſſilienſibus Dentè: Italis Dentale: In Gallia Narbon. Marmo, (confusè cum mormyro) Piſcis marinus ſargo & auratæ ſimilis, cui caput magis compreſſum quàm auratæ vel pagro: Dentes ſingulis maxillis quaterni caninis ſimiles, paruique & exerti: Pinnæ & aculei & ſquamæ & color Erythrini (vnde ἐρυθροποικίλος ab Epicharmo) nam ex albo (indéque λευκὸς cognominatus à Numenio) rubeſcit punctis rubeis notatus. In capire eius lapillus. Plinius lib. 37. cap. 10. Synodontides è cerebro piſcium eſt, qui Synodonres vocantur. Eſt & Charax piſcis, χάραξ Athenæo lib. 8. ex denticis ſiue ſynodontis genere, vt συναγρίς, qui maior. De dentice Ariſtoteles Hiſtor. lib. 9. cap. 2. & Ælianus lib. 1. cap. 46.

Denuntiat abſtinere, προλέγει ἀπέχειν. Iuſtinus Hiſtoricus lib. 31. Mittit qui ei denuntiarent, abſtine à regno pupilli, pro vt abſtineret.

Depaſcere tranſitiuè, pro depaſci facio. Columella lib. 2. cap. 11. Et ſi depaſcere ſæpius voles, &c. D. libr. 10. Tit. 4. l. 9. Glans ex arbore tua in fundum meum incidit: eam ego immiſſo pecore depaſco.

Deperditus: vt deperditus amore. Suetonius in Domitiano: Domitiani Paridis hiſtrionis amore deperditam repudiauit.

Depoſitio, παρακατάθεσις, actio qua depoſitum aliquid apud aliquem intelligitur, i. cuſtodiæ traditum. Vlpianus D.lib.16. Tit. 3.l.1.Vel conditio depoſitionis non exſtitit.

Depoſitor, qui apud aliquem rem aſſeruandam deponit. Vlpianus D.li.16. Tit.3.l.1.Si depoſitor deceſſerit.Cui correſpondet Depoſitarius(is apud quem depoſitio fit & qui depoſitum ſuſcipit)& ſequeſter depoſiti,qui plurium.

Depoſitio, ἀπόθεσις. Vlpianus D. libr.48. Tit.18.l.8. Aut damnum cum infamia,aut dignitatis alicuiusdepoſitionem.Alibi, Gradus deiectio.

Depoſitio, παρακαταθήκη, καταβολή. Vlpianus D.lib.46.T.5.l. 7.Neque pecuniæ vel auri, vel argenti depoſitione, in vicem ſatiſdationis fungitur.

Depoſitio, vt pecuniarum depoſitio. Vlpianus D. lib.26. Tit. 7.l.7. Si deponi oportet pecunias ad prædiorum comparationem. Et ſolent comminari prætores, vt ſi non fiat depoſitio,vel aliquando tardius fiat, legitimæ vſuræ præſtentur.

Deprædari. D.lib.3.Tit.5.l.6. Sed & ſi quis negotia mea geſſit non mei contemplatione, ſed lucri ſui cauſa:Labeo ſcripſit ſuum eum potius quàm meum negotium geſſiſſe: qui enim deprædandi cauſa accedit, ſuo lucro non meo commodo ſtudet.

Deprædatio, qua voce vtitur Iul. Firmicus Matheſ.lib.3.

Depreſſio, κατάπτωσις. Macrobius Satur.lib.1.cap.20. Sol ſemper, velut à quadam imæ depreſſionis ſenecta, in altitudinem ſuam,vt in robur reuertitur iuuentutis.

Depreſſitas, *tis*, ἀπόθλιψις, decliuitas, deuexitas. Apuleius in Hermetis Aſclepio: Non depreſſitas terræ eius opera impedit.

Depugnatio, καταμάχη. Iul.Firmicus Mattheſos lib. 4. Ex forenſium certaminum depugnationibus liberatus.

Deriſus, *us*, qua voce præter Quintil. Suetonius in Tiberio: Maximè tamen curauit notitiam hiſtoriæ fabularis, vſque ad ineptias,atque deriſum.Et Seneca Epiſt.77.

Deriſorius, καταγελαστικός. Vlpianus D.lib.30.Tit.1.l.71.Quod ſi nullas ædes reliquerit, magis deriſorium eſt, quàm vtile legatum.Marcianus D.lib.28.Tit.7.l.14.Conditiones contra edicta Imperatorum, vel quæ contra bonos mores, vel deriſoriæ ſunt.

Deriuatio,tranſlatè. Macrobius Satur.lib.6.cap.1.Exprobantibus tanto viro alieni vſurpationem: nec conſiderantibus, hunc eſſe fructum legendi, æmulari ea quæ in aliis probes: & quæ maximè inter aliorum dicta mireris, in aliquē vſum tuum opportuna deriuatione conuertere.

Derogare.Derogatur legi,cum pars detrahitur: Abrogatur legi,cum prorſus tollitur. Modeſtinus D.de verborū ſignificat.

Derogatiuus, ἀφαιρετικὸς. Diomedes Grammat.li.1.In enim præpoſitio plerunque derogatiua: nonnunquam adiectiua.

Derogatorius,vt edictum derogatorium.Iulianus D.li.25.T. 4.l.2.Edictū de cuſtodiēdo partu, derogatorium eius eſt,quod ad Carboniani decreti exemplum comparatum eſt.

Deſcendidit, non deſcēdit dicebāt veteres.Ennius & Valer. Antias in Hiſtor.75.Deinde funere locato, ad forum deſcendidit.Laberius quoque in Catulario: Ego mirabar quomodo māmæ mihi deſcendiderant.Vide Gellium lib.7.cap.9.

Deſcriptiuncula. Seneca in Suaſoria 2. Ex omnibus ſuaſoriis celebres deſcriptiunculas ſubtexam.

Deſerere,ſeſe deſerere.Cæſar.lib.1.Ciuilium Bellor. Petreius verò non deſerit ſeſe,armat familiam.

Deſertiſsimus, ſuperlat.Seneca Quæſt.nat.lib.3.cap.11.in locis deſertiſſimis fontes.

Deſpectare pro deſpicere,καταφρονεῖν.Cornel.Tacitus lib.17. Ne vt victi,& ignaui deſpectarentur.

Deſpectiſsimus, contemptiſſimus. Suetonius in Cæſare: Deſpectiſſimum quendam ex Corneliorum genere,cui ad opprobrium vitæ Salutioni cognomen erat, ſecum in caſtris habuit. Idem in Claudio: Eum auia Auguſta pro deſpectiſſimo ſemper habuit.

Deſperationem in virtutem vertere. Iuſtinus Hiſtor. libro 2. Sed Themiſtocles timens,ne intercluſi hoſtes deſperationem in virtutem verterent,& iter quod aliter non pateret,ferro patefacerent,&c.

Deſpuere ocello.Quia ſuperbiam ac contemptum, oculi nonnunquam ipſi ſignificant. Catullus ad Licinium: precéſque noſtras, Oramus,caue deſpuas ocello.

Deſtinare pro deſignare. Vlpianus D.libr.10.Tit.4.l.3.Quid enim ſi dominus quidem paratus ſit defendere,actor verò deſtinare non poſſit niſi ex præſentibus? Et Marcellus D. libr.45. de verbor. obligat.l.94. Alioquin ſi cum deſtinare genus(tritici)&

ci)&

ci)& modum vellet.

Deſtinatio in, στοχασμὸς εἰς. Papinianus D l.31. Tit.1.l.77. Nam in vnum etiamnum deſtinatio dirigi potuit.

Deſudatio, ἀφίδρωσις. Iulius Firmicus Matheſeos li.3. Coram nimia deſudatione diſſoluitur.

Deſyderium pro re amata, i. amaſia, vel amaſio. Catullus in Epigram. de paſſere Leſbiæ: Cum deſyderio meo intenti, Carum neſcio quid lubet iocari, i. meæ puellę. Sic πόθος Græcè Phanocles de Orpheo: πολλάκι δὲ σκιεροῖς ἐν ἄλσεσιν ἕζετ' ἀείδων ὃν πόθον. οὐδ' ἦν οἱ θυμὸς ἐν ἡσυχίῃ. Et Biō in Bucol. Θνατῶν ἀθανάτων τε πόθως.

Deſideria audire, i. ſupplicationes. Vlpianus de Offic. Procōs. D.lib.1. Tit.16.l.9. Obſeruare itaque cum oportet vt ſit aliquis ordo poſtulationum, ſcilicet vt omnium deſyderia audiantur.

Deſyderabilior. Suetonius in Tyberio: Vt tali ſucceſſore deſyderabilior ipſe aliquando fieret.

Detectio. Vlpianus D. libro 29. Tit.5.l.1. Quæſtionem autem ſic accipimus, non tormenta tantùm, ſed omnem inquiſitionem & detectionem mortis.

Detentio, κατοχὴ, ἐπίσχεσις, retentio. Vlpianus D.lib.43. Tit.2. 25. Ei quoque qui pignori fundum acceperit, ſcribit Iulianus non eſſe iniquum detentionem ſeruitutis dari.

Detrectare aliquem pro vituperare, vide Obtrectare.

Detrectare gloriam alicuius. Corn. Tacit⁹ in Dialogo: Plures hodie reperies qui Ciceronis gloriā, quàm Virgilij detrectēt.

Detractatio (vt obtrectatio) pro vituperatione. Gellius lib. 2.cap.6. Non laude ſolum indignus, ſed detrectatione execrationéque totius generis humani dignus eſſet.

Deteſtatio hominis, εἴς τινα μισοπονηρία, Paſſiuè de odio quo improbi mores ſolemus deteſtari. Macrobius Satur. libro 6. ca.7. Hoc enim verbū Illaudati, non eſt idoneum ad exprimēdam ſceleratiſſimi hominis deteſtationē. Ibidem Actiue: Deteſtatione, execrationeq; totius generis humani dignus eſt.

Detractor, qui detrahit ac derogat alicui. Corn. Tacitus li.11. Nam ipſe haud quaquam ſui detractor vnam omnino anguē in cubiculo viſam, narrare ſolitus eſt.

Detritus, κατατετριμμένος. Et tranſlatè homo detritus (vt apud Græcos τρίμμα, & περίτριμμα ἀγορᾶς) in aliqua arte. Gelli⁹ libr.15. capi.30. Qui ab alio vitæ genere detriti iam, & retotridi ad literarum diſciplinas ſerius adeunt.

Detrita veſtimenta. Cornel. Tacitus lib.1. detrita tegmina.

Deuergentia,æ, deuexitas, decliuitas, κατωφερὲς, κάταντες. Gellius li.14. cap.1. Partium circulorúmque cæli, ex deuergentia & conuectionibus mundi varietas.

Deuirginare, violare, corrumpere. Paulus de Offic. præſid. D. lib.1.l.21. Præces cum cognoſcat de ſeruo corrupto, vel ancilla deuirginata, vel ſeruo ſtuprato. Græcè eſt διαπαρθενευθεῖσα. Nam διακορεῖν καὶ διαπαρθενεύειν hoc ſenſu dicitur.

Deuoluitur dominium ad aliquem, i. deſcendit ac tranſit Vlpianus D. lib.43. Tit.24.l.13. Quæſitum eſt, ſi cúm prædium interim nullius eſſet poſtea dominio ad aliquem deuoluto.

Deuomere. Cæcilius in Plotio: Nihil peccat de ſuauio, vt deuomas volt, quod foris potaueris.

Deuomere, ἐξεμεῖν. Statius Comicus: Sed tua moroſa ne vxor quæſo eſt. quam rogas. Qui tandem, tædet mentionis, quæ mihi Vbi domum adueni ac ſedi, extemplo ſauium Dat ieiuna anima, nil peccat de ſauio, vt deuomas vult, quod foris putaueris. al. port.

Deuotiſsimus. Seneca lib.5. de Benef. cap.17. Æquè immenſum erit, ſi percurrere cæpero ipſa reſp. quam ingrata in optimos ac deuotiſſimos ſibi fuerit.

Deuotiſsimus, addictiſſimus. Suetonius in Cæſare: Quibus rebus & deuotiſſimos ſibi, & fortiſſimos reddidit.

Dexterior humerus, i. dexter. Suetonio in Claudio.

Di melius ſiue meliora. Sic dicere ſolebant auerruncando, amoliendo atque aduertendo quæcunque impenderent mala. Valer. Maximus in v. Di melius, quod hunc animum viris earum nō dederunt. Seneca de remed. fortuit. Morieris. di melius. Cicero apud Nonium Marcellum in verbo Auerruncare: Di maluerint meliora. Tibullus li.2. Eleg.4. Di meliora ferant, nec ſint inſomnia vera.

Dicatura,æ, ἀνάθεσις, dicatio. Plinius in Præfat. Nec fiducia operis hæc eſt, ſed dicaturæ. Sic enim legi debere in Plinianis obſeruationibus ac caſtigationibus oſtendimus: non verò indicatura.

Dicis gratia, ſimulatè, non ex animo, ad ſpeciem, quis dicere poſſit ſe feciſſe, ἀφοσιώσεως ἕνεκα. D. libro 13. Tit. 6.l.4. Sæpe etiam ad hoc commodantur pecuniæ, vt dicis gratia numerationis loco intercedant.

Dictatio. Paul. D.l.29. T.1. l.40. Lucius Titius miles notario ſuo

ſuo teſtamentum ſcribendum notis dictauit, & antequam literis præſcriberetur, vita defunctus eſt. Quæro an hæc dictatio valere poſsit.

Dicturio, verbum ἐρετικὸν ac deſyderatiuum. Macrobius Satur. lib. 7. cap. 3. Sed perge, Auiene, ne vltra te dicturientem retardem. Idem lib. 7. cap. 1. Quid duces & milites, qui fortiter à ſe facta ſemper dicturiunt: & tamen tacent arrogantiæ metu?

Differri ſermonibus, i. iactari, vt qui fit vulgi fabula. Cæcilius Plotio: --nũc credo inter ſuas æqualeis Et cognatas ſermonem ſerit-- Hæc erunt concilia hodie differor ſermone miſer. Vide Gellium lib. 2. cap. 23.

Diffinitiuè, ſiue definitiuè, ὁριστικῶς, definitè, apud Aſconium 4. in Verr.

Diffluus, διαῤῥυτος. Mar. Attilius apud Macrob. Satur. lib. 3. cap. vlt. Sumas ab alio, lacte diffluos groſſos.

Diffringere. præter Plautum Suetonius in Auguſto: Parte Liburnicarum demerſa, ſimulque eius in qua vehebatur, fuſis armamentis, & gubernaculo diffracto.

Diffuſio, vel potius diffiſio (vt dicitur diffindere diem.) procraſtinatio. Gellius lib. 14. cap. 2. Atque in rerũ quidem diffuſionibus, comperendinationibus, &c.

Digeries, digeſtio. Macrobius Saturnal. lib. 1. in præfat. quam bona ex parte mutuatus eſt ex Seneca lib. Epiſtol. 12. ep. 85. Idem in his quibus aluntur ingenia præſtemus: vt quæcunque hauſimus, non patiamur integra eſſe, ne aliena ſint, ſed in quãdam digeriem concoquantur: alioquin in memoriam ire poſſunt, non in ingenium.

Dignanter, ἀξίως. Vopiſcus in Tacito: Ipſum igitur qui nos tueri debet, loquentem dignanter audite.

Digno pro dignor. Pacuuius in Hermione: Cùm neque aſpicere æquales dignarẽt eius. Ex Diomede Grãmatices lib. 1.

Dij patrij, penates, quos θεοὺς πατρῴους vocari tradit Higinius. Virgilius, Dij patrij ſeruate domũ. Et alibi, Patriique penates. Vide Macrob. lib. 3. Satur. cap. 4.

Dij magni, admirantis, vt φεῦ, πάπαι: & coniunctim φεῦ πάπαι, vt ὢ πόποι, quod vt interdum in admiratione ponitur. Plautus in Capt. Audiui. di magni. Ouid. in 2. Elegiarum, Oſcula, di magni, qualia, quotque dedi. Et in 6. Faſt. Quàm bene, di magni, pugna cecidiſſet in illa Defenſor ſolij Iuppiter ipſe ſui.

Dilargior Paſsiuè. Gellius lib.15. cap.13. Salluſtius quoque eodem modo: Dilargitis proſcriptorum bonis, dicit, tanquam verbum Largior ſit ex verbis communibus.

Dilatorius, ὑπερθετικὸς, ἀναβλητικὸς. Vlpianus D.lib.44. Tit.1. l.2. Dilatoria eſt exceptio quæ differt actionem.

Dilatrare. Gellius lib.1.cap.2. Nugalibus & puerilium iſagogarum commentationibus dilatrantes, obiurgatione iuſta inceſsuit.

Dilector, ἐραστὴς, amator. Apuleius Floridor.lib.2. Ego me dilectorem tui profiteor.

Dilogia, inquit Aſconius Pædianus in 2. Orat. in Verr. dicitur figura, cum ambiguum dictum duas res ſignificat.

Dimachæ, διμάχαι. Quintus Curtius lib.5. Itaque delectis equitum 6.millibus, trecentos, quos dimachas appellant, adiungit: dorſo hi grauiora arma portabant: cæterum equis vehebantur, cum res locuſque poſceret, pedeſtris acies erat.

Dimanare etiam μεταφορικῶς de amoris flamma. Catullus ad Lesbiam. Tenuis ſub artus Flamma dimanat. Sapphus κατὰ μὲν γλῶσσαν γε λεπτὸν αὐτίκα πῦρ ὑποδέδρομε. Plautus in Moſtellaria: Continuo pro imbre amor aduenit. Is vbi in pectus permanauit, Permadefecit cor meum. Lucretius in 4 Hinc illa ta prius Veneris dulcedinis in cor ſtillauit gutta, & ſucceſsit frigida cura.

Diminutio mentis, apud Suetonium in Auguſto, de mente alienata.

Diminutiuè, ὑποκοριστικῶς. Aſconius Pedian. in 2. Orat. in Verr. diminutiuè diecula dicitur.

Dimiſſoriæ literæ, ἀφετικὰ γράμματα. Marcianus D.lib.49. Tit.6. Poſt appellationem interpoſitam literæ dandæ ſunt ab eo à quo appellatum eſt, ad eum qui de appellatione cogniturus eſt, ſiue principem ſiue quem alium, quas literas dimiſſorias ſiue apoſtolos appellant, &c.

Dioctinitæ. Ammianus Marcellinus lib.27. Deploratis nouiſsimis rebus, luxuquæ adiumento militari marcente, adhibitis ſemiermibus paucis, quos dioctonitas appellant. Iulius Capitolinus in Antonio Philoſopho: Armauit & dioctonitas. Quid ſi a διώκω (vt à ſequor ſequutores) legendum διωκωνίτας, quaſi dicas inſequutores vel perſequutores?

Diomedea ſiue Diomedis inſula, contra Apuliæ oram, Diomedis tumulo atque delubro nobilis: quæ hodie Tremiti vocatur

catur in mari Adriatico ſub ditione Abbatiæ Venetorum: de qua Plinius lib. 10. cap. 44. Et lib. 3. cap. vlt.

Diomedeæ aues, quæ nunc ab incolis Diomedis inſulæ Artenæ appellantur. Vocem edunt ſimilem pueris vagientibus: Solem ferre non poſſunt, noctúque piſces venantur. Earum pinguedo morbis frigidis maximè ſalutaris. Plinius quæ de his ſcripſit lib. 10. cap. 44. poſt hæc verba, Fulicarum ſimiles, ficta ſunt & fabuloſa.

Dirarum inſectatio, furiarum agitatio. Sextus Aurel. Victor in Epitome de Caracalla: Hic fratrem ſuum peremit: Ob quam cauſam furore pœnas dedit Dirarum inſectatione.

Directio, διόρθωσις, præter Quintilianũ. Apuleius lib. de Mũdo: Eos polos dicimus, à quibus velut à cardinib⁹ directio quædam profecta, axis eſt dictus.

Direptui eſſe, vt apud Salluſtium obtentui, & oſtentui eſſe. Spartianus in Seuero: Inuadentibus multis Remp. res Rom. prædonibus direptui fuit.

Diriguit animus. Seneca Controuerſiarum lib. 7. Obortæ ſunt ſubito tenebræ, diriguit animus, ſublapſum eſt intercepto ſpiritu corpus.

Diruptio. Seneca Quæſtionum natur. lib. 2. cap. 15. neceſſario vaſtum in tam magnorum corporum diruptione reddit ſonum.

Diſcapedinare, intercapedine ſeparare, διαχωρίζειν. Apulei⁹ Floridorum lib. 1. Primus Hiagius in canendo manus diſcapedinauit.

Diſceptatiuncula, æ, Gellius lib. 20. cap. vlt. Ea omnia ſubciſiua & ſubſecũdaria tempora ad colligendas huiuſcemodi memoriarum diſceptatiunculas conferam.

Diſciplinoſus, conſilioſus, victorioſus, quæ M. Cato ita affigurauit, inquit Gellius lib. 4. cap. 9.

Diſcluſio, διάκλεισις. Apuleius lib. de Deo Socratis: Fac intelligas non modo loci diſcluſione, verum etiam naturæ dignitate.

Diſcretio, διάκρισις. Diomedes Grãmatices lib. 2. In Latinis nunquam acutus accentus in vltima ſyllaba poteſt poni, niſi diſcretionis cauſa.

Diſcriminator, is, διαιρέτης. Apulei⁹ de Mũdo: Axis eſt dictus,

diuiſor & diſcriminator mundi.

Diſcriminatio, *διάκρισις*, ſeparatio. Diomedes Grammat. lib. 1. Nomen eſt, quo deus, aut homo propria duntaxat, diſcriminatione pronuntiatur. Ibid. ſine ſpeciali diſcriminatione.

Diſcurſitatio. Seneca de vitæ bruitate cap. 3. Agedum ad computationem ætatem tuam reuoca. Dic quantum ex iſto tempore creditor--abſtulerit,--quantum officioſa per vrbem diſcurſitario.

Diſcuſſor, *λογιστής*, calculator. Iul. Firmicus Matheſeos lib. 3. Exactores Imperatorum, & qui annuas fiſcaliorũ præſtationes repetunt: diſcuſſores, rationales, &c.

Diſcuſſor. Macrobius Commenr. lib. 1. cap. 21. Hoc loco diligens rerum diſcuſſor inuenier, quod requirat.

Diſcuſſio. Macrobius Comment. lib. 1. cap. 16. Sequitur illa diſcuſsio, quid ſit, quod adiecit, i. *διάλυσις*, ſolutio, aut inquiſitio.

Diſcuſsio. Seneca Quæſt. Natur. lib. 6. cap. 19. Quomodò in dolio cantantis vox, per totum cum quadam diſcuſsione, percurrit ac reſonat.

Diſertitudo. Fab. Victoriuus in 1. Rhetor. Cicer. Attẽdamus tamen vt cum ſuprà pro eloquentia aut copiam dicendi, aut exercitationem, aut diſertitudinem nominauerit.

Diſiunctiuus, *διαζευκτικός*: vt diſiunctiuus modus. Papinianus D. lib. 35. Tit. 1. l. 78. Diſiunctiuo modo conditionibus aſcriptis.

Diſiunctiuæ coniunctiones, quæ copulatiuis opponuntur, apud Probum.

Diſiunctiuè, *διαζευκτικῶς*. Vlpianus D. lib. 30. Tit. 1. l. 34. At ſi coniuncti diſiunctiuè commixti ſint, vnius perſonæ poteſtate funguntur.

Diſpanſa manus palma, Suetonius in Domitiano: Nonnunquam in pueri procul ſtantis, præbẽtíſque pro ſcopulo diſpanſam dextræ manus palmam, ſagittas tanta arte direxit, vt omnes per interualla digitorum innocuæ euaderent.

Diſparilitas, *ἀνομοιότης*. Macrobuis Satur. lib. 1. cap. 1. Nec indigeſtè, tanquam in aceruum, congeſsimus digna memoratu: ſed variarum rerum diſparilitas ab authoribus diuerſis confuſa temporibus, ita in quoddam digeſta corpus eſt.

Diſpartire vires, Tacitus lib. 13.

Diſparilitas. Gellius lib. 20. cap. 11. Facta igitur eſt in his cõmentariis eadem rerum diſparilitas.

Diſſen-

Diſpenſationem alicuius rei mandare, τινὸς διανομὴν ἐπιτέλλειν.

Diſpeſcere pro ſeparare, præter Plin. vſus & Macrobius Satur. 3. cap. 15. freto Siculo, quod Rhegyum à Meſſana diſpeſcit: vbi corruptè tamen in impreſsis deſpicit.

Diſpoſitius Cõparat. à diſpoſitus, Seneca Quæſt. natural. lib. 1. in præfat. Quo neque formoſius eſt quiſquam, nec diſpoſitius.

Diſputatiuncula. Seneca Epiſtol. 118. Hoc eſt ſapere, non diſputatiunculis inanibus ſubtilitatem vaniſsimam agitare.

Diſſenſus pro diſſenſione, vt conſenſus dicitur, non tantùm in verſu, ſed etiam in oratione proſa. Paulus D. lib. 17. Tit. pro ſocio. l. 65. Diximus diſſenſu ſolui ſocietatem.

Diſſentitur, imperſonaliter. Gellius lib. 10. cap. 1. Cũque diſſentiretur, & pars tertiò, alij tertium ſcribendum contenderent. Vide Conſentitur.

Diſſentitur Imperſonal. vt Conſentitur. Gellius lib. 3. cap. 11. De patria quoque Homeri multò maximè diſſenſum eſt.

Diſſeptum, ſiue diſſepium, διάφραγμα, ſeptum tranſuerſum. Macrobius Comment. lib. 1. cap. 6. Diſſeptum vocatur, quod ventrem & cætera inteſtina ſecernit.

Diſſeptum Iſydoro Etymol. lib. διάφραγμα, ὑπόζωμα, ſeptum tranſuerſum Cor. Celſo.

Diſsimulamentum, εἰρωνία, diſsimulantia. Apuleius Floridorũ lib. 1. Muſæ cum Minerua diſsimulamenti gratia iudices aſtitere. Idem in Apologia: Quæ ſcripſerat diſsimulamenti cauſa, & deridiculi.

Diſſolutio, i. diſſoluti mores vitaque intemperantior. Spartianus in Saturnino: Cum diſſolutionem Galieni pernoctantis in publico ferre non poſſet.

Diſterminus, διωρισμένος (dicitur vt conterminus) terminis finibuſque ſeparatus.

Diſtractio, *venditio*, D. de Minorib. l. 49. Si res pupillaris vel adoleſcentis diſtracta fuerit, quam lex diſtrahi non prohibet: venditio quidem valet, veruntamen ſi grande damnum pupilli vel adoleſcentis verſatur, etiam ſi colluſio non interceſsit, diſtractio per in integrum reſtitutionem reuocatur Vlpianus D. lib. 19. Tit. vlt. l. 13. Et ſocietas non videtur contracta in eo quòd te non admiſit ſocium diſtractionis: ſed ſibi certum pretium excepit.

Diſtractio membrorum, *σπαραγμός*. Gelli⁹ lib. 12. cap. 5. Faciebat vis illa & natura morbi, quod erat ſuum, diſtractionem cruciatumque membrorum.

Diſtractio, alienatio. Vlpianus D. libro 30. Tit. 1. l. 120. Omnibus quibus fideicommiſſum relictum eſt, ad diſtractionem conſentientibus, nullam fideicommiſsi petitionem ſuperfuturam.

Diſtractiſſimus, occupatiſsimus. Velleius Paterculus Hiſtor. 2. Tanquam diſtractiſsimus ille tantorum onerum mole, huic vni vacaret animus.

Diſtrictius. Apuleius in Apologia: Quanquam & ſi diſtrictius magum me dixiſſet, poſſet videri exſabunda.

Diſtrictim, idem quod diſtrictè, Seneca Controuerſ. lib. 7. Malè de ſe exiſtimare eum, qui ire ad Iudicem diſtrictim innocens nollet.

Ditiſſimè, *πλουσιωτάτως*. Apuleius de Deo Socratis: Planè quidem villas opiparè extruunt, & domos ditiſsimè exornant.

Diualis, Adiect. vt diuale nomen. Spartianus in Caracalla: Qui Fauſtinæ templum, & diuale nomen eripuit.

Diuerſiſſimus, Superlat. Velleius Paterculus Hiſtor. lib. 2. In eodem homine duplicis ac diuerſiſsimi animi conſpiceretur exemplum. Hirtius de bello Alexandrino: Diuerſiſsimo ad littus interuallo à mari coniungitur. Suetonius in Caligula: Non immeritò mentis valetudini attribuerim diuerſiſsima in eodem vitia. Diuerſiſsima tempora, Suetonius in Nerone.

Diuerſè, pro aliter, diuerſo modo, *ἄλλως*. Gellius lib. 7. cap. 17. Vergilius verbo iſto vtitur, à tua ſententia diuerſè.

Diuerſiſſimè. Suetonius in Tiberio: Quibusquidem diuerſiſſimè afficiebatur.

Diuertere pro diuortium facere. D. l. 9. Tit. 2. l. 27. vxor ſiue diuertit, ſiue nupta eſt adhuc.

Diuexare pro diuerſis modis vexare: cuius exemplum apud Suetonium in Nerone: Neque in diuexanda matre quicquam penſi habuit.

Diuinatio, Gellius lib. 2. cap. 4. Cùm de conſtituendo accuſatore quæritur, iudiciumque ſuper ea re redditur, cuinam potiſsimum ex duobus pluribúſue accuſatio, ſubſcriptione in reum

reum permittatur, ea res, atque Iudicum cognitio Diuinatio appellatur. Quoniam cum accuſator & reus duæ res quaſi cognatæ coniunctéque ſint, neque vtra ſine altera conſtare poſſit, in hoc tamen genere cauſæ reus quidem iam eſt, ſed accuſator nondum eſt, quod diuinatione ſupplendum.

Diuiſiones dare. Sunt autem certæ pecuniæ quæ erogantur ac viritim diſtribuuntur: vt ſolet in opulentorum exequiis Marcianus D. lib.33. Tit.1.l.23. Cum quidam decurionibus diuiſiones dari voluiſſet die natalis ſui, Diui Seuerus & Antonius reſcr. videri perpetuam penſitationem reliquiſſe teſtatorem.

Doctus ſagittarum pro ſagittãdi. Sextus Aurel. Victor in Domitiano: Sagittarum tam doctus fuit, vt inter patentes digitos extentæ manus viri procul poſiti ſpicula tranſuolarenr.

Dociliter, εὐμαθῶς. Diomedes Grãmatices lib.1. Item à docibili docibiliter: ibid.

Doctrix, cis, ἡ διδάσκαλος, magiſtra. Apuleius lib. de Philoſophia: Illæ uerò vitiorum doctrices iracundia & libido ratione ſub iugum miſſa dominantur.

Dolens, ὠδίνουσα: de parientis dolore. Catullus: In Lucina dolentibus Iuno dicta puerperis. Sic dolores ὠδῖνες. Afranius in virgine: fermè virgini tanquã grauidæ mulieri creſcit vter⁹, molucrum vocatur, tranſit ſine doloribus: apud Feſtum.

Dolentia (ex quo Indolẽtia) ἀλγηδών: qua voce vſus eſt Næuius in Alceſt. teſte Gellio lib.19. cap.7. pro dolore.

Domum dilabi. Iuſtinus Hiſtor. lib.2. Plures tamen nõ minus ſæuitiam regis, quàm hoſtem timentes domum dilabuntur.

Domi verſura fit. Seneca de Benefic. lib.5. cap.8. de eo qui ſibi dat: Domi (quod aiunt) verſura fit, & velut luſorium nomen ſtatim tranſit.

Domuncula, æ, οἰκίδιον. Vlpianus D. lib.47. Tit. 12. l.3. ſi domũculam habeat.

Donaces, Vide Vngues.

Dorſuale, is, Iulius Capitolinus in Galieno. Proceſſerũt etiã altrinſecus centeni albi boues cornibus auro iugatis, & dorſualibus ſericis diſcolorib. præfulgentes.

Draco piſcis, vide Araneus. Plinius lib.9. cap.27. Rurſus draco marinus captus, atque immiſſus in harenam, cauernam ſibi roſtro mira celeritate excauat: quæ Ariſtoteles Hiſtor. lib. 9. de ſerpente marino (non de dracone, ſiue Araneo,

qui propriè roſtrum nõ habet) qui ὄφις θαλάττιος, protulit. Sed excuſandus vel potius exponendus Plinius: nam & ſerpens marinus draconis nomine ab ipſo Ariſtotele appellatur eodẽ in lib. vbi ita legitur: Οἱ δὲ γλαυκεῖς ἐν τοῖς βραχέσι καὶ ὑπὸ δράκοντος τοῦ ὄφεως τυπτόμενοι, ἀπόλλυνται. Quæ ſi legiſſent Saluiatus Matthæoluſque viri doctiſsimi, non tam leuiter Plinium erroris condemnaſſent.

Draco piſcis, vide Araneus.

Drepanis, vide Hirundo.

Druidæ: de quibus & Cornel. Tacitus lib. 14.

Dubiæ ſanitatis homo, qui vocatur vulgò ſemiſtultus, i. non planè quidem ſtultus, ſed nec mentis benè ſanæ. Plinius Epiſt. lib. 6. Voconio: Eſt omnino Priſcus dubiæ ſanitatis.

Dubitatiuus. Coniunctio dubitatiua. Diomedes Grammat. libro 1.

Ducenarii procuratores. Suetonius in Claudio: Ornamẽta cõſularia etiam procuratoribus ducenariis indulſit.

Ductio, nis, ἀγωγὴ, ductus: vt aquæ ductio, Vlpianus D. lib. 39. Tit. 3 l. 10. Pomponius D. lib. 43. Tit. 20. l. 3. Quia locus totus fluminis ſeruiat ductioni. Vlpianus D. lib. 43. Tit. 30. l. 3. Hoc autem interdictum pertinet ad ductionem, vt ducere quis poſsit eos, in quos habet ius ductionis.

Duodenarius, duodenus. Pomponius Lætus de Sacerdot. Rom. Ab hoc numero duodenario aruorum ſacerdotes 12. eſſe voluit.

Duodetriceſimus dies, Gellius lib. 3. cap. 10.

Duplare. Gaius D. lib. 38. Tit. 10. l. 3. Admonendi tamen ſumus parentium liberorumque perſonas ſemper duplari.

Duplatio, dupli pœna, duplio. Paulus D. lib. 9. Tit. 4. l. 31. Certè non tantùm puplationis, ſed & condictionis rationem habendam, Iulianus putat.

Durateus equus Lucret. (vnde durica nox Valer. Flacco) δουράτεος (vel δούρειος) ἵππος Homero. Vide Politianum Miſcellaneorum cap. 5.

Duri oris equus, vide refractarius.

Duriuſculi verſus, vide Leniuſculus.

Duritia cæli, aſperitas. Cornel. Tacitus lib. 13. Duritiã cæli militiæque multi abnuebant.

E*Sinu fugiſſe*, res multum amata dicitur, quam in ſinu habuimus,i.in poteſtate. Catullus ad Centu bernales: Puella nam mea, quæ meo ſinu fugit: Amata tantum,quantum amabitur nulla.

Ebacchari, valde bacchari. Lampridius in Helio gabalo: Matris deinde ſacra accepit, & adeò ebacchatus eſt, vt typum eriperet.

Ebenum ſiue *ebenus*,ἔβενος,Gallis Ebene: Italis Ebeno. Vera Ebenus odorata eſt cum vritur. Adulterata eſt quæ pro ebeno venditur,éſtque ſpinæ Indicæ, aut mori lignum. At vera ebenus ex genere palmarum,licet & ita Cyprij nunc vocent arborem,quæ Italis Giegano vel Egano,ex qua etiam habetur medulla nigerrima (vt & arborum Mauritaniæ materies, quæ Italis Sangu) vnde fraus mangonij. Reliqua in noſtro Lexico in voce ἔβενος. An Egano ſit ebeni ſecunda ſpecies Theophraſti, adhuc conſyderandum.

Ebrius tranſlatè, vt ebrios ocellos,nempe amore,dixit Catullus. Sic Anacreon apud Hephæſtionem: ἐς πολιὸν κῦμα κολυμβῶ μεθύων ἔρωτι.

Ebriare:μεθύειν. Macrobius Comment. lib.1.cap.12. Antequam materialis influxio in corpus venientes animas ebriaret.

Echeneis,ἐχενηΐς,ναυκρατής Baſilio,remora, & remiligo apud Plautum & Feſtum. Echeneïs Opiani eſt noſtra Lampetra,vulgò lamproye. Sed Mutiani remora, eſt concha Venerea,vulgò pourcellaine: de qua nos in concha venerea. De vera Remora, nos tractamus in αὐτοψίας libris. Lege Plinium lib.9.cap.25.& lib.32.Cap.1. Ariſtotel 2.hiſtor.cap.14.ex quo Plinius,apud quẽ priore loco ita legendum: Pedes eum habere arbitrantur. Ariſtoteles ita poſitam pinnarum ſimilitudinem.

Echinus marinus. ἐχῖνος θαλάσσιος, noſtris Chaſtaigne de mer: Heriſſon de mer: Maſſiliæ Douſſin: à Mõſpeſſulanis vrſin: Ital. Riccio di mar: Genuæ Zinzin: Hiſpã. Herizo di mar. Echinorum autẽ variæ ſunt ſpecies,patangæ vel ſpatãgæ, σπατάγγαι καὶ σπατάγγαι,qui magni echini, vel Heſychio teſte Briſſi, βελόσσοι Ariſtoteli: Echinometræ, ἐχινομῆτραι μεγέθει πάντων μέγισται. Quam magnitudinem Plinius non de calycibus (ſiue vt Apuleius,calyculis echinorum, i.eorum cruſtis) ſed de ſpinis intel-

lexit libr 9 cap. 31. Ex his, inquit, echinometræ appellantur, quorum ſpinæ longiſſimæ, calyces minimi. Eſt & genus minimum, quod inter cætera, viuum habui Venetiis, cuius calyculus à cæteris diuerſus, cranij figura, os ſine dentibus, cui ſupernè foramen oppoſitũ in cruſta compreſſa ac ſubſidente, alterúmque in lacunoſo occipite minus: ſpinæ exiles, lõgiores, ſubſidentéſque, quæ caneſcunt & viuis & mortuis, nec vt in aliis breui defluæ ac caducæ. Vbi magno foramine pertudiſſẽ eius tenuiſſimam cruſtam, ſaburratum atque arena fartum deprehendi. Spinas etiam triduo poſt mouebat atque arrigebat. De quodam minimo genere, & Ariſtoteles lib. hiſtor. 4. cap. 5. Plinius verò: Circa Toronẽ candidi naſcuntur, ſpina parua, i. exili. Echinum paruum nigrum ac ſordidum, vulgus Iudei nomine vocat: & qui edules non ſunt raſcaſſes Maſſiliæ nominantur.

Echinometra, vide Echinus marinus.

Edentatus. Macrobius Satur. lib. 1. cap. 3. ſunt alia ſcommata minus aſpera, quaſi edentatæ beluæ morſus.

Edictalis. Vlpian. D. lib. 29. T. 2. l. 30. Per bonorum poſſeſſionem edictalem.

Editor, de eo qui ludos edit. Iul. Capitolinus in M. Antonino: Imperauit autem ſcenicas donationes, iubens vt quinos aureos ſcenici acciperent, ita tamen vt nullus editor decem aureos egrederetur.

Edocenter, *διδασκαλικῶς*, docendi more. Gellius. l. 16. c. 8. Sed in eo libro nihil edocenter, neque ad inſtituendum explanatè ſcriptum eſt.

Educatio pomorum. Macrobius Saturnal. 1. c. 7. Huic Deo inſitiones ſurculorum, pomorúmque educationes, & omnium eiuſcemodi fertilium tribuunt diſciplinas.

Educere lacrymas, pro mouere ac ciere.

Edulcare, *γλυκαίνειν*. Cneus Matius in Mimiambis: Quapropter edulcare conuenit vitam, Curáſque acerbas ſenſibus gubernare, i. dulciorẽ reddere, vt expoſuit Aulus Gelli. l. 15. c. 25.

Edulitas, rerum edulium largitio in populũ fieri ſolita à principe per annonæ caritatem. Lampridius in Alex. Seuero: Cùm edulitatem P. R ab eo peteret, interrogauit per curionẽ, quam ſpeciem caram putarent. Ibid. edulitatem propoſuit. Iauolenus D. lib. 16. Tit. 2. l. 17. Ideo condemnatus, quod artiorẽ annonam edulitatis tempore præbuit.

Effabilis, *φατὸς*, *ῥητὸς*, qui fatu exprimi poſſit. Apuleius in Apologia

pologia (vbi de Deo)nec vlla vice comprehenſus.cóque paucis cogitabilis,nemini effabilis. In Theſauro linguæ lat. mendosè Virgilij authoritas vſurpata,apud quem affabilis.

Effectum habere. Vlpianus D. libro 24.Tit.1.l.7. Dominio igitur penes ſe remanente, nequaquam effectum habebit conſtitutio.

Efferatior,ἀγριώτερος.Gellius lib.20.cap.1.Quid enim videri poteſt efferatius,quid ab hominis ingenio diuerſius?

Efferuens efferuentior.Gellius l.2.c.27. Lætitia dicitur exultatio quædam animi,cum gaudio efferuentiore.

Effigiatus,figuratus,εἰκονισμένος. Apuleius in Apologia: Aut quid ſibi ſtatuæ & imagines variis artibus effigiatæ volunt? i. expreſſæ.

Effæminatiſſimus. Apuleius in Apologia: Tu ne effœminatiſſime tua manu cuiquam viro mortem minitaris?

Effæminatio,ἐκθήλυνσις Iul. Firmicus Matheſeos li.7.Omniũ libidinum impuritates cum extrema corporis effœminatione.

Effrænatiſſimus, Superlat. Seneca Epiſtol.86.effrænatiſſimis moderatior,& humillimis maior.

Effunditur oculus, cùm percuſſione cōtēti humores effluũt. Vide Excutere. Vlpianus D.lib.19.T.2.l.13.ex Iuliano: Si ſutor puero parum bene facienti forma calcei tam vehemēter ceruicem percuſſerit,vt ei oculus effunderetur.

Effuſiſſimus. Suetonius in Nerone.ſtatímq; in Gymnaſium progreſſus certantes athletas effuſiſſimo ſtudio ſpectauit. Macrob.Satur.3.cap.15.Quos muraenas cognominatos,quòd hac piſce effuſiſſimè delectati ſunt,ſatis conſtat.

Egelidus,i. tepidus. Vbi e minuit:vt ver elegidum apud Catullũ:Iam ver egelidos refert tepores. Auctor Elegiæ de obitu Mœcenatis:Verberat egelido garrula vere nemus. Egelidus etiã nimium gelidus,vt edurus,valde durus. Vbi E ἐπιτατικὸν eſt. Seuerus apud Auſoniũ: Impiger egelido mouet arma Seuerus ab Iſtro.Et Auſonius ad Paulinũ, Egelidæ vt teneant hyemes. Ouidius in eodem verſu vtrãque ſignificationem complexus eſt:Egelidum Boreã, egelidúmque notum.Quam κακοζηλίαν, vt inquit Seneca,eruditi homines non probabant.

Egeſtoſus,pauper.In Epitom. Sexti Aurel.Victoris in Nerua: Puellas pueróſque natos parentibus egeſtoſis,ſumptu publico per Italiæ oppida ali iuſſit.

Ei,διασυλλάβως,ac priore lõga.Lucret.in 3.Siue aliud quoduis

potius cõiunctius ei. Niſi malis ſcribere Eij. Rurſus in 6. Et manibus nitidum teneris opus effluit ei. *Ei, Eo, Eas* μονοσυλλάβως. Plautus in Pſeud. Ei homines cœnas ſibi coquunt, cùm condiunt. Et ante, Eas herbas herbis aliis porro condiunt. Et ſtatim eo laſcerpitij libram põdo diluunt. Catullus: Eripere ei noli, multo quod carius illi eſt oculis. Similiterque Eidem, Eodem diſyllaba ſunt apud Lucil. Vni ſe atque eidem ſtudio omnes dedere, & arti. Vergil. Buccol.- cera liqueſcit Vno eodémque igni.

Elacatenes, ἠλακατῆνες Athenæo: piſces cetacei ex Thunnorum genere ad ſaliendum idonei: quæ ſalſamenta τεμάχη ſiue κόμματα, melandrya, μελανδρύαι vel μελάνδρυα (Eſt verò μέλανδρυς, thunnus magnus, ſiue orcynus) vocantur, ὀρκύνου κόσται: Venetiis Morana: noſtris Thumine. Plinius lib. 9. cap. 15. de Thunnis membratim ſectis: Melandrya vocantur cæſis quernis aſſulis ſimillima. Apud Feſtum Elacatena, genus ſalſamenti quod melandrya vocatur. Vide Collumelam li. 8. cap. 17. Plinius lib. 32. ca. vlt. elacatenas inter piſcens recenſet.

Electrinus, ex electro, vt vaſa electrina D. lib. 34. Tit. 2. l. 32. Spartianus in Quieto, patera electrina.

Eleos, ἐλεὸς apud Ariſtotelem Hiſtor. lib. 8. cap. 3. Aluco Gazæ, Italis Alocho, alias Lucaro: Gallis Chahuam. Auis eſt nocturna, vnguibus aduncis, quæ mures, talpáſque venatur. Verſatur in deſertis ædificiis, ac montibus.

Elephantus etiam inter belluas marinas, de quo Plinius lib. 19. cap. 5. & lib. 32. cap. vlt. Elephantus quoque, aſtacus, ἀσακὸς Ariſtoteli, Normanis Houmar: Venetis Aſteſe. Non eſt Gammarus, qui κάμμαρος. Eſt enim ſquillarum ſpecies: at aſtacus locuſtarum. Plinius lib. 32. c. vlt. Elephanti locuſtarũ generis nigri, pedibus quaternis biſulcis. Præterea brachia duo (quæ Chelæ) binis articulis, ſinguliſque forficulis denticularis. Sed hîc niger (vt Græce κυανὸς de nigro vt æthiops, & ceruleo vt mare) intelligendus de violaceo colore exaturato: Sic violæ nigræ Virgilio. Nam aſtaci purpurei ac violacei coloris: rubent verò cocti, vt Gammari, qui Venetis Gambari.

Elephantus, etiam bellua marina: Gallis Roſart alij roſmarum vocant & Morſum (vt author Olaus magnus libr. hiſtor. 21. cap. 28.) magnitudine ac candore dentium elephantem refert. Vſúſque ad manubria gladiorum eboris vice. Plinius li. 9. cap. 5. Tiberio principe contra Lugdunenſis prouinciæ litus

in inſula ſimul trecentas amplius beluas reciprocans deſtituit Oceanus,miræ varietatis & magnitudininis: nec pauciores in Santonum litore:interque reliquas elephantos & arietes, can dore tantùm cornibus aſſimulatis. Interroganti mihi Græcos, qui piſcis ille ex cuius oſſibus Turcæ gladiorum manubria velut eburnea conficiunt, reſponderunt σαγρὶ: at σαγρὶς capriſcus eſt, κάπρισκος Ariſtoteli. Fiunt verò ex oſſibus huius belluæ, quæ frequens in Moſcouia, & Morſs dicitur.

Elephantini libri. Vopiſcus in Tacito: Nam diu hæc S. C. quæ ad principes pertinebant, in libris elephantinis ſcribebantur..

Elinguatus. Cornelius Fronto libr.de Nominum verborúm que differ.Elinguis habet linguam,ſed vſu eius caret.Elinguatus amiſit.

Eloquentia facundia. Plinius in Præfatione operis, Fulgurat in nullo vnquam verius eloquentiæ dicta vis tribuniciæ poteſtatis facundia. Sic enim legendum.

Eloquentiſſimè. Plinius Epiſtol.l.2.Arriano: Reſpondit Cornel.Tacitus eloquentiſſimé.

Elucum, vide Allucinari in Dictionariis.

Elutum aurum, i. purum putum. apud Iul. Capitolinum in Pertinace, vaſa eluto auro.

Emacero, pro emacio.Seneca de Conſolat.c.10 Aliorũ morborum variis generibus emaceratos, diu inter vitam mortémque detinebit.

Emanſio, de milite emanſore, i.qui emanſit ac diu extra caſtra vagatus reuenit: Arrius Menander D.lib.49.Tit.16.l.4. Examinantur autem cauſæ ſemper emanſionis.

Emaſculator, is, καταπύγων, pædico & draucus, ἀρσενοκοίτης Apoſtolo.Apuleius in Apologia: Olim in pueritia, prius quàm iſto caluitio deformaretur, emaſculatoribus ſuis ad omnia infanda morigerus.

Emendabilis. Seneca 2. de Clement. cap. vlt. Aliquem verbis tantùm admonebit, pœna non afficiet, ætatem eius emen dabilem intuens.

Emicatio, ἔλλαμψις, ἔκφασις. Apuleius lib. de Mundo: His oppoſiti ſunt torrentium curſus, & humores vndarum, emicationéſque ſyluarum, i.exortus.

Emiſſarius, vide Admiſſarius.

Enixiſſimè. Suetonius in Cæſare:Cuius vim Sylla diminuerat enixiſſimè iuuit.

Emulgere pro abſorbere, attrahere, haurire, vt & mulgere. Catullus ad Mallium:Quale ferunt Graij Pheneũ prope Cyllenæum Siccari emulſa pingue palude ſolum. Quod Sorbere dicit Plinius ita ſcribens cap. 5.libri 31. Terræ quoque motus profundunt,ſorbentque aquas,ſicut circa Pheneum Arcadiæ quinquies accidiſſe conſtat. Ennius apud Priſcianum lib. 10. Mulſerat huc nauem compulſam fluctibus Pontus.

Emundare:præter Columellam Vlpianus D.lib.34. T.2.l.25. mulieres quæ ſe emundauerint lotæ in balneo.

Enarratius,ἐξηγητικωτέρως. Gellius l.10.c.1. Ciceronis libertus in epiſtola quadam enarratiùs ſcripſit ad hunc fermè modum.

Eneruati,molles ac delicati. Sext. Aur. Victor in Tito:Eneruatorum greges abire præcepit. Quod ita Suetonius:Quoſdã è gratiſſimis delicatorum,quanquam tam artifices ſaltationis, vt mox ſcenam tenuerint non modò fouere prolixiùs,ſed ſpectare in publico omni cœtu ſuperſedit.

Eneruati, homines molles ac libidinoſi. In Epit. Sexti Aurel. Victoris in Tito. Berenicem nuptias ſuas ſperantem,regredi domum,& eneruatorum greges abire præcepit.

Enhydris,quære Natrix.

Enormitas,ἀμετρία.Spartianus in Caracalla:ſed enormitate ſtipendij militibus,vt ſolet,placatis. Seneca 2.lib.de tranquillit.cap.18.Adiice exilitatem crurum,& enormitatem pedum. Diomedes initio Grammatices: Qui ruſticitatis enormitate, culti ſermonis ſauciant,imò deformãt examuſſim normatam orationis integritatem.

Eo. Audio illi iniuriam factum iri: Audio contumeliam dictum iri,vulgò quoque ita dicitur(inquit Gellius lib.10.cap.13.) & iſta eſt verborum figura iam in medio loquendi vſu. Sed contumelia illi vel iniuria factum itur, paulò eſt remotius.Cato pro ſe contra C.Caſſium: Atque euenit itaque Quirites,vti in hac contumelia,quæ mihi per huiuſce petulantiam factum itur, rei quoq; publicæ medius fidius miſereor,Quirites.Sicut autem contumeliam factum iri,ſignificat iri ad contumeliam faciendam,id eſt operã dari quò fiat contumelia:ita contumelia factum itur,caſu tantum immutato,idem dicit.

Eques pro equo cui homo inſidet & in quo equitat. Macrobius Satur.li.6.cap.9.hunc locum Virgilij exponens: atque equi

equitem docuere ſub armis Inſultare ſolo: Omnes antiqui ſcriptores, inquit, vt hominem equo inſidentem, ita & equum quum portaret hominem, equitem vocauerunt: & equitare non hominem tantùm, ſed equum quoque dixerunt. Ennius lib. Animal. 7. Deniq; in magna quadrupes eques, atque elephanti Proiiciunt ſeſe. Lucilius: Nempe hunc currere equum nos atque equitare videmus: Vide Gellium. lib. 18. ca. 5.

Equitare in equo, apud Ciceronem equitare in equuleis. Iauolenus D. li. 9. Tit. 2. l. vlt. Equum tibi commodaui: in eo cùm tu equitares, & vnà cùm plures equitarent.

Equuleus (inquit Brodæus Miſcellan. lib. 2. cap. 9. Tormenti genus, quo vinctis ſupernè manibus & appenſis vtroque pedi grauiſſimis ponderibus, homo pendens immaniter torquetur. Seneca lib. 2. Epiſtol. 14. Cogita hoc loco carcerem, & cruces, & equuleos, & vncum, & adactum per medium hominem, qui per os emergat, ſtipitem, &c. Ammianus Marcellinus: Intenduntur equulei, expediuntur pondera plumbea. Plautus in Aſinaria: Nudus vinct⁹ cẽtũ põdo es, quãdo pendes per pedes.

Eremodicium, litis deſertio, ἐρημοδίκη, non autẽ deſertum vadimoniũ. Vide Adnotat. Ruſſardi in T. de Minorib. D. l 4. le. 7.

Ereptare ab Erepto. Seneca Epiſtol. 102. Pecunia quoq; circa paupertatem plurimum moræ habet, dum ex illa ereptat.

Erithacus, ἐρίθακος Ariſtoteli (& πυῤῥέλας, licet Gazæ Rubicilla) ἐριθεὺς Arato, atque aliis ἐρίθυλος, Gazæ rubecula, & ſyluia: Gallicè rouge gorge, vel rubelline, Sabaudis Rouge-bourſe: Italis Petuſſo, pettoruſſo, vel ferbot: Hiſpanis pitiroxo. Auis ſolitaria, quæ in ſyluis degit æſtate, cuius pectus rubrum, caput ac dorſum fuſcum. Plinius lib. 10. cap. 27. cum Ariſtotele falsò credidit Erithacum in Phœnicurum mutari, & eſſe Erithacum hyeme, qui Phœnicurus ęſtate. Non enim mutatur, Erithacus, & alia auis eſt Phœnicurus, φοινίκουρος, Gallicè Roſſignol de mur (quia murorum foraminibus nidulatur) vel Preſtre: Italice Reuezôl, vel Coroſſolo: Ruticilla Gazæ. Huic cauda rubra, quã per vices agitat frequentiùs (ter n. aut quater quaſi criſſat) quàm Erithacus. Mas nigro eſt capite & cauda rubra, cætera fœmellæ ſimilis. *Eritius*, vide Hercius.

Erones: alij berones. D. l. 19. T. locati l. 31. ex Paulo: Quòd ſi ſeparatim tabulis, aut heronibus (ibi ſic) aut alia in cupa clusum vniuſcuiúſq; triticum fuiſſet. Idẽ eſt quod cumera.

Erraticus Cornel. Fronto l. de nom. verborúmq; differ. Erra-

taticus & poteſt errare,& ſolet. Erraticius animuseſt, qui ſolet errare & deſinit. Erratrix,ibid.

Errones ſtellæ,erraticæ ſiue errantes,πλανῆται,apud Gellium lib.14.cap.1.

Eruca,εὔζωμος,vel εὔζωμον: Roquette:Ital.Ruchetta, vel ro chetta,& Rucola.Eruca Iberica,latifolia eſt, ſinapi ſemine,ſed maiore. Seritur in Italia.

Eructatio,ἐρυγὴ, vel ἐρευγμός: Iulius Firmicus lib.4 Matheſos, Quos intrinſec⁹dolor collectus aſſidua eructatione diſcruciat.

Eruditus puluis pro Mathematicis diſciplinis. In ſcholis Geo metriæ,ſemper præſto erat abacus puluere conſperſus,vt radio lineas ducerēt.Cicero 2.deNatura deor.Sed ſi hoc nō videtis, quia illum nunquam eruditum puluerem attigiſtis. Tuſcul. Quæſt.5. Ex eadem vrbe humilem homunculum à puluere & radio excitabo.Ariſtoph.in Nebul.κατὰ τῆς τραπέζης καταπάσας λεπτὴν τέφραν, &c. Vide Brodæum in Miſcellaneis libro 1.capite 7.

Eruditus cum Accuſatiuo, vt eruditus literas pro literis. Gellius lib.2.cap.21.Tum quiſpiam ex iis,qui eodem in numero Græcas res eruditi erant.

Eruditiùs,Aduerb.Compar.Collumella Agriculturæ li.1.c. 1.Duo volumina ſimilium præceptorum de vineis Iulius Græcin⁹ cōpoſita facetiùs & eruditiùs poſteritati tradēda curauit.

Eruum,ὄροβος:Gallis Ers:Ital.Ieruo, vel Orobo. Eruilia, vel eruilium Plinio lib.21.ca.12. ὦχρος Galeno: Gallicè Pois morgue: Italicè Rouigline, vel Rouioto,& Erbeggia Patauij: Arabea alibi, vt Tridenti.

Eryſimon (inter fruges) ἐρύσιμον Theophr.Irio Plinio. Gallis Sarraſine:Italis Formētone,vel formentoSarracenico: de quo in noſtro Lexico in voce ἐρύσιμον.

Erythinus, vel erythrinus, ἐρυθεῖνος vel ἐρυθῖνος Oppiano, etiam Rubellio Plinio. Dicitur & ὕκκης, & δύκης apud Athenæum li.7.corruptè nunc à Græcis λύθεινος: In Gallia Narbonenſi Pagel:Hiſpan.Pagello:Liguria Pagro: Venetiis Albore,(quia caro albiſſima:) Galli maximè Pariſienſes, cuculum, lucernam,erythrinum,confuſè Rogets appellant, quo nomine mullos tantùm Monſpellienſes.Romæ dicitur Phragolino, quaſi paruus phagrus.Eſt enim Phagro ſimillimus, rubeſcentis coloris excepto ventre candido: cuius oculi guttis aureis diſtinguntur. De eo Ariſtoteles hiſtor. libro 8. capi. 13. Oppianus

pianus 1. Halieut. Plinius libro 32. cap. vlt. & libro 9. cap. 16. In quodam genere, omnino non ſunt mares, ſicut in Erythrinis, & channis: omnes enim ouis grauidæ capiuntur: quod ex Ariſtotele hiſtor. lib. 4. & 6. Idem Plinius lib. 32. cap. 10. Mullus in vino necatus, vel piſcis Rubellio, vel anguillæ, item vua marina in vino putrefacta, iis qui inde biberint, tædium vini affert.

Erythrotao, τετράων, Gallis Faiſant bruyant: Germanis Orhæn, Vrogallus: Italis Cedron, Gallo ſeluatico, Stolzo, vel ſtolgo: (Venetiis Gallo di montagna:) Sabaudis Cocq de bois: Illyriis Tetrzeuu, quaſi Tetrao (vt apud Moſcouitas,) aut Tetrax. Auis eſt montana, magnitudinis fermè galli Africani (quem nos Cocq d'Inde appellamus) cui roſtrum breue, aduncum, album: lingua breuiſſima: pellicula circa oculos purpurea: collum longum cuius pars anterior vt pauonis, alæ ſubtus albæ, ſuprà caſtanei coloris: pectus plumis albis nigriſque conueſtitum: dorſum ſuperius ex albo & nigro guttatim variatum: Cauda ſplendet ac nigricat: crura vt attagenis vſque ad pedes hirſuta: pedes fiſſi digitis ſquammatim contectis ac peculiaribus pectinatim vtrinque paruis ac crebris additamentis communitis. Plinius lib. 9. cap. 22. Decet Erythrotaonas ſuus nitor, abſolutáque nigritia, in ſuperciliis cocci rubor. Eſt & Tetrao minor: Italis Faſano nigro: Gallo alpeſtre.

Erythrum mare, pro Erythræum. Cariſius hæc adducit Plinij verba: Erythro mare orti.

Eſſe in fuga D. l. 4. Tit. 2. l. 14. Aut ſi ſeruus in fuga eſt, pro ſi aufugit, ſi fugitiuus eſt.

Eſt mihi nomē Roberti, vel Robertus, vſitatè dicitur: nouè, eſt mihi nomen Iulium, vel Tarquinium, quomodo Piſo in Annalib. teſte Gellio lib. 15. cap. 29.

Et coniunctio aliquando diſsimiles modos coniungit. Vlpianus D. libro 9. Tit. 1. l. 1. Cum arietes vel boues commiſiſſent, & alter alterum occidit, Quintus Mutius diſtinxit. pro occidiſſet.

Et, cum diſparibus nomine ac Gerund. Suetonius in Tito: Armorum & æquitandi peritiſsimus.

Et eſt verum: affirmandi modus interrogationi ſubiectus. Vlpianus D. lib. 5. Tit. 8. l. 4. Quid ergo ſi viduæ legatus ſit? an nuptiis contractis poſt conſtitutum vſum, mulier habitare cum marito poſſit? & eſt verum, vt & Pomponius probat.

Ety mologicus, ἐτυμολογικὸς, vt etymologica ratio. Gellius lib. 1. cap. 18. Reſoluit in Voces Latinas, ratione etymolgica falſa.

Euaginare, vagina diripere atque educere. Iuſtinus Hiſtor. lib. 1. Gladio ſua ſponte euaginato, in femore grauiter vulneratus occubuit.

Eualere, de pretio vt Valere ſimplex. Macrobius lib. 3. Saturnal. cap. 17. Cum ipſa margarita centies ſeſtertium ſine contentione eualuiſſet.

Euerſionem patrimonij facere, Iul. Firmicus Matheſ. lib. 3. alibi, Patrimonij labem facere.

Eueſtigatus. Seneca Controuers. libro 2. in 1. Tu Craſſe poſt eueſtigata illa fugitiuorũ arma vrbis Romanæ ditiſsimus.

Euidentiſſimè, Aduerb. Paulus D. lib. 30. Tit. 1. l. 33. Si quidem euidentiſsimè apparuerit. Gaius D. de his qui ſatiſdare cogãt. l. 5. Qui pro rei qualitate euidentiſsimè locupletem, vel ſi dubitetur, approbatum fideiuſſorem iudicio ſiſtendi cauſa non acceperit.

Euocatio, Hirtius de bello Alexandrino: Edictum tota prouincia propoſuerat, vt quibus pecunias imperaſſet, neque contuliſſent, ſi adirent: quæ euocatio vehementer omnes turbauit.

Euonymus Plinio (lib. 13. cap. 22. ex Theophraſto hiſtor. plantar. lib. 3. cap. vlt.) εὐώνυμον δένδρον. Gallis Fuſain: Italis Fuſano, fuſaro, & in Hetruria (quæ Tuſcia, & hodie Toſcana) Silio. Vide Εὐώνυμον in noſtro Lexico, vbi emendatio codicis Theophraſti: & in voce Ἄνοχος, vbi detegitur error Matthæoli ex Gazæ inſcitia.

Ex commodo, vbi commodum, ex opportunitate. Seneca Epiſt. 46. Librum tuum quem mihi promiſeras, accepi, & tanquã lecturus ex commodo adaperui, ac tantùm deguſtare volui.

Ex deſtinato. Seneca de Benef. lib. 6. cap. 10. Non enim pro fuiſſe te mihi oportet, vt ob hoc tibi obliger, ſed ex deſtinato profuiſſe.

Ex diſpoſito, ἐκ διατάξεως. Macrobius Satur. lib. 1. cap. 7. Caſius ne, inquit, hos omnes ad te prætextate contraxit: an altius quiddam, cui remotis arbitris opus ſit, cogitaturi ex diſpoſito conueniſtis?

Ex denuntiato. Seneca Epiſt. 81. Sed idem fuit, ſiue ex denũtiato videbatur: ſiue imparatus ac ſubito.

Ex mea

Ex mea parte, pro eo quod eſt τὸ ἐμὸν μέρος. Catullus ad Colon. Nec ſe ſubleuat ex ſua parte. Alibi: Ex parte reperta mea. Varro, pro ſua parte: cuius hæc verba apud Non. Marcellum: Quod facit pro ſua parte is, qui ſe eunuchat.

Ex moneta noſtra. Seneca lib. 3. de Benef. Iam tempus eſt quædam ex noſtra (vt ita dicam) moneta proferri.

Ex tranſuerſo, ſiue à latere cognationis gradus Gaius D. lib. 38. Tit. 10. l. 1.

Ex preparato, ἐκ τῆς παρασκευῆς. Seneca Epiſtol. 11. lib. 2. Non enim ex præparato locutus eſt, ſed ſubito deprehenſus.

Ex vtroque latere, vtraque ex, parte, vtrinque, ἑκατέρωθεν. D. libro 3. Titul. 5. l. 6. Nulla ex vtroque latere naſcitur actio.

Exactus pecuniam, Εἰσπεπραγμένος χρήματα. Gellius lib. 15. cap. 14. ex Grat. Metelli, Atque ſocios ad Senatum quæſtum flentes veniſſe, ſeſe maximas pecunias exactos eſſe. Quod Græca figura dictum. Græci enim dicunt, Εἰσεπράξατό με ἀργύριον. Cæcilius in Hypobolinæo: Ego illud minus nihil exigor portorium, i. nihilo minus exigitur de me portorium.

Exáduerſum, è regione, ἐκ τῆς ἐναντίας. Secunda ſyllaba debet acui: Quoniam vna, non duæ ſint orationis partes. Vide Gellium lib. 7. cap. 7.

Exaggeratio, aggeris cōſtructio. Iuſtinus Hiſtor. lib. 2. Quæ ſine exaggerationibus regum, ſint.

Exaltari, ὑψοῦσθαι, quo præter Columellam vtitur Seneca Quæſt. natural. lib. 3. cap. 1. & Iulius Firmicus lib. 2. Matheſeos, Babylonij ea ſigna in quibus ſtellæ exaltantur, domicilia earum eſſe voluerunt.

Examinatio, ἐξέτασις. Vlpianus D. lib. 47. Tit. 14. l. 1. Ad examinationem ciuilem remittendus eſt. D. l. 3. Tit. 5. l. 8. Quod ſi poſt examinationem reprobatæ fuerint penſationes.

Exaugurare perſonæ tributum renuncianti dignitati ſeſéque eadem abdicanti. Gellius lib. 6. cap. 7. de Veſtali: Præterea ſi quadraginta annos nata ſacerdotio abire, ac nubere voluiſſet, ius ei poteſtaſque exaugurandi atque nubendi facta eſt.

Excelſiſſimè, Aduerb. Velleius Patercul. Hiſtor. 1. Cuiusquā diu ſparta diligens fuit, excelſiſsimè floruit.

Excalceati. Seneca Epiſtol. 8. Quantum diſertiſsimorum

verſuum inter mimos iacet? quàm multa Publij, non excalceatis, ſed cothurnatis dicenda ſunt? videntur ita appellari Comœdi cum Tragicis hiſtrionibus collati. Idem Epiſt. 77. Vt cothurnati ſimul exierunt, excalceantur, & ad ſtaturam ſuam redeunt. Alij planipedes exponunt, actores planis, id eſt, nudis pedibus proſcenium introeuntes.

Excaldatio. Spartianus in Albino: Nam cum Cæſariana familia hoc ſpeciale habuerit, vt paruuli domus eius in teſtitudineis alueis lauarentur, nato infantulo teſtudo ingens patri eius munere piſcatoris allata eſt, quod ille homo literatus omen accipiens & teſtudinem libenter accepit. & eam curari iuſſit, atque infantulo ad excaldationes pueriles dicari.

Excaſtratus, ἐκτομίας. Gellius lib. 9. cap. 9. Autore enim M. Varrone is demùm Latinè Caper dicitur, qui excaſtratus eſt.

Excerptio, ἐκλογή. Gellius lib. 17. cap. 21. Excerptiones noſtras variis diuerſiſque locis factas, curſim digeſſimus.

Exceptione rei iudicatæ ſummoueri, id eſt, præiudicio ab intenſione excludi. Paulus D. lib. 9. Tit. 4. l. 4. Si detracta noxæ deditione, quaſi cum conſcio domino actum ſit qui non erat conſcius, abſolutione facta & finito iudicio, amplius agendo cum noxæ deditione, exceptione rei iudicatæ ſummouebitur. Quia res in ſuperius iudicium deducta & finita eſt.

Exceptiuncula, Seneca Epiſtol. 1. lib. 3. licet illam exceptiunculam non adiiciam. vt rectum ſit quod velis.

Exceptor. Vlpianus D. lib. 19. tit locati. l. 19. Cum quidam exceptor operas ſuas locaſſet.

Exceptores principum, Iulius Firmicus Matheſ. lib. 3.

Exceſſus, à propoſita oratione digreſſio, παρέκβασις, παρεκβολή, Plinius in Præfat. Nec admittunt exceſſus, aut orationes ſermonéſve. Mæcianus D. lib. 28. tit. 5. l. 86. Non ab re autem hoc loco velut exceſſus hic ſubiungetur.

Excludere, pro eo quod eſt, incluſum ſoluere, ἐκλύειν, ἐκκλείειν Paulus D. lib. 10. tit. 4. l. 6. Gemma incluſa auro alieno, vel ſigyllum candelabro, vindicari non poteſt, ſed vt excludatur, ad exhibendum agi poteſt.

Excluſio ἀπόκλεισις. Vlpianus D. lib. 44. Tit. 1. l. 2. Exceptio dicta eſt quaſi quædam excluſio.

Excuneatus, è cuneis pulſus. Apuleius Floridorum lib. 3. ſerus adueniens amicus, annuit locum ſeſſui, impertiunt: extimus quiſque excuneati quæruntur.

Excuſationem

Excuſationem allegandam habere, debere excuſationem allegare. Vlpianus D. lib. 49. Tit. 4. l. 1. Sed intra tempora præſtituta excuſationem allegandam habet.

Excuſatiſſimus. Seneca de vita beata cap. 29. Et tamen excuſatiſſimus eſſem, etiamſi non præcepta illorum ſequerer, ſed exempla.

Excutere oculos, oculos effodere Plauto: oculos exculpere Terent. Suetonius in Cæſare. Sceua excuſſo oculo: tranſfixus femore, &c, Valerius Max. lib. 3. cap. 2. dixit: oculo eruto, femore ſaucio. Vide Effundere.

Execrabilitas. Apuleius lib. de Philoſophia: Quapropter peſſimo deterrimóque, non ea tantùm vitia quæ ſecundum naturam ſunt, pariunt execrabilitatem. vt eſt inuidentia.

Exemplaris, παραδειγματικὸς. Macrobius Cõmen. li. 1. cap. 8. Quartæ virtutes exemplares ſunt, quæ in ipſa diuina mente conſiſtunt, quam diximus νοῦν vocari: à quarum exemplo reliquæ omnes per ordinem defluunt.

Exemplarij cauſa. Proculus D. lib. 31. Tit. 1. l. 47. Binæ tabulæ teſtamẽti eodem tempore, exẽplarij cauſa ſcriptæ, vt vulgò fieri ſolet eiuſdem patrisfamilias proferuntur.

Exemptor, (vt expromiſſor) ἐξωνητής. Apuleius in Apologia: Hic aduocatorum conductor, hic teſtium exemptor.

Exercitator equorum, apud Iul. Firmicum Matheſeos lib. 8.

Exercitator corporum, παιδοτρίβης, γυμναστής. Macrobius Comment. libro 2. cap. 14. vt medicus, vt exercitator corporum, ſanitatem vel valentiam. quam ille ægris, hic luctatoribus præſtat.

Exertiſſimè, id eſt, gnauiter admodum. Spartianus in Seuero: Tribunatum ſeueriſſimè exertiſſiméque egit. fortè expertiſſimé.

Exhibere diligentiam, præſtare diligentiã. Gaius D. libro decimooctauo, Titul. ſexto. l. ſecunda, Et puto eam diligentiam venditorem exhibere debere, vt fatale damnum, vel vis magna eum excuſet.

Exhibere ad ferrum. Suetonius in Nerone: Exhibuit autẽ ad ferrũ etiã quadringẽtos ſenatores, i. ad munus Gladiatorium.

Exigere viam dicuntur magiſtratus, cùm viciniam cogunt munire quàm diligentiſſimè ſumptu facto: Aſconius Pæd. 3. Verr. exponens illud Ciceronis, Quam tu viam Thenſarum & pompæ eiuſmodi exegiſti.

Exiguum temporis medium, i. nõ multò pòſt, Plinius Epiſtol. lib.7. Ruſo.

Exocœtus, vide Adonis.

Exoluere venas, vide Reſoluere.

Exomnis, ἄυπνος. Velleius Paterculus Hiſtor. 2. C. Mecœnas vir vbi res vigiliam exigeret, ſanè exomnis, prouidēs atque agendi ſciens.

Exomium, ἐξωμὶς, ſubſtricta ac breuis tunica, citra humerū deſinens. Quintilianus lib. 5. cap. 10. Non poſſum togam prætextam ſperare, cum exomium (malè editum exordium) pullum videam.

Exorabilior, Comparat. Seneca lib. 11. de Clement. cap. 20. longéq; ſit in ſuis, quàm in alienis exorabilior iniuriis.

Exorabula, exorandi modi. Apuleius Floridor. lib. 4. Igitur Enatheus, poſtquam cuncta illa exorabula iudicantium, & decipulas aduerſantium, & attificia dicentium facilè perdidiſcit.

Exorcizare, ἐξορκίζειν. Vlpianus D. lib. vlt. Tit. 13. l. 1. Non tamen ſi incantauit, ſi imprecatus eſt, ſi vt vulgari verbo impoſtorum vtar, exorcizauit.

Exos, (quia ſine ſpinis atque oſsib⁹, & piſcis ἄνοστος) ἀντακαῖος Athenæo: in Ponto Collanus: Bononiæ Copſus, qui & Ichthyocolla putatur. Piſcis prægrandis eſt, cartilagineus, abſque oſsibus vel ſpinis, ac ſquamis: Cuius ex ſuperiore maxilla, quatuor ἀποφύσεις dependent. De eo Strabo lib. 7. Et Plinius lib. 9. cap. 15. vbi corruptè Eſox, vel Eſos. Α᾿νόστος etiam eſt polypus Heſiodo. Alij volunt Eſoceno Lucium eſſe.

Exoſſatus ager iuxta eſt, dixit Perſius Satyr. 6. pro elapidatus purgatúſque ſaxis. Lapides in corpore terræ, Oſſa reor dici, vt eſt apud Ouid.

Expauefacio, terreo, terrefacio, φοβῶ. Seneca Epiſtol. 86. Certi ſunt domitores ferarum, qui ſæuiſsima animalia, & ad occurſum expauefacientia hominem, cogant pati iugum.

Expectabilis. Tacitus lib. 16. Quodque Iuuenalium ludicro parum expectabilem operam præbuerat.

Expeditionalis. Spartianus in Nigro: Hic fuit tantæ ſeueritatis, vt cum milites quoſdam in caueo argenteo expeditionis tempore viuere vidiſſet, iuſſerit omne argentum ſummoueri de vſu expeditionali.

Expen-

Expenſare, expenſam pecuniam conſignare ac tradere Scæuola D. lib. 40. Tit. 5. l. 41. Cupito exactionem commiſerunt, iſque numos redactos expenſauit eiſdem tutoribus.

Expenſare, compenſare. Macrob. Saturnal. lib. 1. cap. 13. Alternis ternos vicenóſque intercalares expenſabant intercalationibus quatuor.

Expergificare, ἐξεγείρειν, expergefacere. Gellius lib. 17. cap. 12. Vel ingenio expergificando ratus idoneas.

Expergificus, ἐξεγερτικός. Apuleius Floridor. lib. 2. Vario modo occinunt & occipiunt carmine. Galli Expergifico, bubones gemulo, vlulæ quærulo, noctuæ intorto.

Expergor. Expergiſcor experrectus, inquit Diomedes Grãmat. lib. 1. & Expergor expergitus, & Expergefio expergefactus. Sed is expergitus dicitur, qui non excitatus ſomno, ſponte vigilat. Vnde & Lucilius ait: Ergo è ſumno pueros cum mane expergitus clamo (citat hoc exemplum & Feſtus Pompeius, ſed ego, non ergo habet eius codex, & mendoſè Expergitur pro expergitus:) Experrectus autem, à quiete impeditus. Vnde Salluſtius, Experrectus ſomno, arrectis armis tumultum facere. Expergefactus porrò eſt, qui per alium ſomno excitatus eſt.

Explanabilis, Seneca libro 1. de Ira: vt vox eſt quidem, ſed non explanabilis, & perturbata & inefficax. de animalium voce.

Explementum, παραπλήρωμα, vt Grammatici dicunt illud παραπληρωματικόν eſt. Seneca in 2. Suaſoria: Quicquid apud duræ ceſſatũ eſt mœnia Troiæ, Hectoris Æneæque manu victoria Graium Hæſit. Meſſala aiebat hîc Vergiliũ debuiſſe deſinere: quod ſequitur, Et in decimum veſtigia rettulit annum, explementum eſſe.

Expletiuæ coniunctiones, vt quidem, equidem, quoque, tamen, nempe, apud Probum.

Explicabiliter, Aduerb. Diomedes Grammatices lib. 1.

Explicare. Catullus 1. Epigram. Omne æuum tribus explicare chartis. Martialis: Verſibus explicitum eſt omne duobus opus.

Exploratorius. Suetonius in Caligula: Comites autem, & participes victoriæ nouo genere, ac nomine coronarum donauit: quas diſtinctas ſolis ac lunæ, ſyderumque ſpecie, exploratorias appellauit.

Exploratio, ἐξέτασμος, δοκιμασία, probatio. Macrobius Satur. lib.2.cap.2. Quod non infacetè in adulterij explorationem ambiguitate conuertit.

Expoſitè, ἐκθετικῶς, ἀναπεπτυγμένως, explicatè. Gellius lib.3. cap.2. Vergilius quoque in ipſum oſtenderit, non expoſitè atque apertè, ſed (vt hominem decuit poeticas res agentem) recondita, & quaſi operta veteris ritus ſignificatione.

Expolitiſſimus. Gellius lib.2. cap. 20. vbi agros optimè cultos, & villas expolitiſſimas vidiſſet. Quæ verba Scipionis contra Claud. Aſellium.

Expreſſim, expreſſè. Vlpianus D. libro 49. Tit. 1. l.19. Si expreſſim ſententia contra iuris rigorem data fuerit, valere non debet.

Expromittere pro ſimplici promittere. Pomponius D. lib.14. Tit. vlt l. finali: Si is, cui dum in poteſtate patris eſſet mutua pecunia data fuerat, paterfamilias factus, per ignorantiam facti nouatione facta eam pecuniam expromiſit, ſi petatur ex ea ſtipulatione, in factum excipiendum erit.

Exprobratrix. Seneca de Benefic. lib.7.cap.22. Vt hæc nimia & exprobratrix memoria ſubſideret, obliuiſci eum qui dedit, iuſſimus.

Expugnabilis arx ne magnis quidem exercitibus: Cornel. Tacitus lib.19.

Exquiſitiſſimè. Gellius libro 13.cap.7. Placuit libros Ariſtotelis philoſophi inſpici, quos de animalibus exquiſitiſsimè compoſuit.

Exquiſitiſſimè, Gellius lib. 10.cap.1. Eam rem Pompeius exquiſitiſſimè retulit ad doctiſſimos ciuitatis.

Exſenſus, ἀναίσθητος, ſine ſenſu. Næuius in Alceſt. apud Gellium lib.19.cap.7. Corpore, pectoréq; vndique obeſo, Ac mente exſenſa, tardigemulo ſenio oppreſſum.

Exſolutio, integra ſolutio & plena. Scæuola D. l.20. Tit.1. l.31. Si cum in exſolutione vectigalis tam debitor quam creditor ceſſaſſent. Et Titulo 3. l. quarta: ad vniuerſæ quantitatis exſolutionem.

Exſtaturus, præter Plin. Vlpianus D. lib.29. Tit.2. l. 20. Ab inteſtato heres exſtaturus.

Exſtructiſſimus. Apuleius de Deo Socratis villæ extructiſſimæ.

Extenſiuus. ἐπιτατικός. Paulus D. libro 8. Tit. vlt. l. 6. Propter

pter hæc verba,Si nemo filiorum volet hereditatem ſuſcipère, quia extenſiua ſunt: Et cum verba extenſiua ſint, pœnitentia eius vſque ad annum admittenda eſt.

Extenuiſsimè. Seneca Controuerſiarum lib.1.in 4. extenuiſſimè maritus,& dedit adulteris locum.

Extiſpicium præter Accium vtitur Suetonius in Nerone: Attendit & extiſpicio,nec vnquam litauit.

Extramuranus, vide Intramuranus,& Ad vrbem.

Extrilidus,exalbidus. Gellius lib.19.cap.1.Atque ibi hominem conſpicimus impauidum, & extrilidum: ploratus quidem nullos,ſicut cæteri omnes, nec vllas eiuſmodi voces cientem: Sed coloris & vultus turbatione non multum à ceteris differentem.

Exuberantiſsimus. Gellius.lib.3. cap.9. Hunc equum C. Baſſus vidiſſe ſe Argis refert, haud credibili pulchritudine,vigoréque ac colore exhuberantiſſimo.

Exuehere. D.li.10.Tit.4.l.5.Celſus ſcribit,ſi quis merces,quas exuehendas conduxit, in horreo poſuit, cum conductore ad exhibendum agi poteſt.

Exuperantiſsimus, ἐξοχώτατος. Apuleius in Hermetis Aſclepio: Gratias tibi agimus ſumme & exuperantiſſime.

F*Aber* piſcis,qui & Zeus, χαλκεὺς Athenæo lib.7. Gallis etiam Dorade auratæ nomine: Maſſiliæ Trucie(à grmitu ſuis,dum capitut: quod commune habet cum orthragoriſco) In Lerino inſula, & Antipoli Rode vocatur(à rotunditate:alius tamen piſcis Rota) Romæ cetola, vel citula (nec tamen κύτλος Athenæi)& piſce di San Pietro: Græci nunc χρισόψαρο(putant ob quaſi digito impreſſam numiſmatis effigiem in medio corpore,eum eſſe piſcem qui iuſſu Chriſti à Petro captus ſit & ſtatera habuerit)Monſpellienſes cum Hiſpanis vocant Gal: Sautones & Baionēces Iau,i. à galli criſtarum ſimilitudine, quam dorſi pinnis arrectis repreſentat. Faber autem piſcis eſt potius planus:cui pinnæ nigricant, latera aurea: in medio corpore vtrinque fuſca macula nummuli inſtar: lineáque obliquè à capite ad caudam protenſa eſt. Columella lib.8. Faber, qui & in noſtro Gadium municipio generoſiſſimis piſcibus adnume-

ratur, eúmque priſca conſuetudine Zeum appellamus. Dalmatæ adhuc fabrum vocant,quia in eo omnia fabrilia inſtrumenta reperiantur.

Faberrimè: Apuleius Floridor.lib. 2. Quem comperio inter ſellularios artifices gemmis faberrimè ſcalpendis,laudem magis,quàm opem quæſiſſe.

Fabra,æ. Apuleius in Apologia:Læuitas illa ſpeculi fabra, & ſplendor opifex.

Facere ſe vnum beatiorum (exempli cauſa)vel ex beatis.Catullus in.Epigram.de Vari ſcorto:Vnum vt me facerem beatiorum.Cicero pro Plancio: Feci me vnum ex iis, qui ad aquas venerant.

Facere dies.Seneca Epiſt.67.quamuis pauciſſimos vna fecerimus dies.

Facere malam gratiam: Cui opponitur, Ponere in gratiam ſiue gratia apud aliquem. Seneca Controuerſ. libro 1. in 5. Volo tibi malam gratiam cum ſponſo tuo facere, habet amicam.

Facere decus, vt facere honorem Cicer facere dignitatem, Plin.Seneca Epiſtol.121.Qui in ſumma paupertate,qua ſibi decus fecerat, non aliter refugit diuitias quàm venenum.

*Facere intellectum ſui.*Seneca Epiſtol. 12[illegible] Nunquam de fato ſuo queſtus eſt,fecit multis intellectum ſui,&non aliter quàm in tenebris lumen effulſit.

Facere conuiuium. Catullus ad Porcium: Vos conuiuia lauta ſumptuosè de die facitis. Cicero ad Petum, cœnulas facere.

Facetia,æ,etiam in ſingulari vſurpatur. Apuleius in Apologia: Atque ego ſcio nonnullos, & cumprimis Æmilianum iſtum facetiæ ſibi habere,res diuinas deridere.

Facies pro corporis longitudine. Pacuuius in Niptra: Ætate integra,feroci ingenio,facie procera.Vide Gellium lib.13.cap. 28.Vbi & ex Quadrigario, facies pro ſtatura, totiúſque corporis figura.

Facies rubida plærunque ex vinolentia, Suetonius in Vitellio.

Facinoroſior, Comparat. Iuſtinus Hiſtor.lib. 16. Sed Clearchus exilio facinoroſior redditus.

Factioſiſſimus.Plinius Epiſtol. libro 4.Vrſo: Dicerem cauſas,quibus factioſiſſimum quemque,vt illum ipſum Theophanem offendiſſet.

Factor

Factor ſceleris. Vlpianus D.lib.29.Tit.5.l.1.Tamen ſi qui cõſcij vel factores ſceleris fuerũt,hi demum ſupplicio afficiuntur. Sic in Pandectis Florent. Alij fautores.

Factura corporis,vt vulgò dicimus la façon du corps,σώματος ποιὰ,τοῦ σώματος σχῆμα καὶ ἕξις.Gellius l.13. c.28. Facies,forma omnis & modus,& factura quædam corporis totius.

Facultatibus labi.Vlpian.D.li.26.T.7.l.9.Si facultatibus tutor labi cœperit. Et Paulus libro.14. Si idoneus ſubitò lapſus ſit.

Facundiſſimè: Gellius lib.13.ca.78.Nihil enim fieri poſſe indignius, neque intolerantius dicebat, quàm quòd homines ignaui ac deſides, operti barba & pallio,mores & emolumenta philoſophiæ in linguæ verborúmque artes conuerterent: & vitia facundiſſimè accuſarent, intercutibus vitiis ipſi madentes. Seneca Suaſoria 2. Cum anguſtias loci facundiſſimè deſcripſiſſet.

Falcidia lex,quæ primo capite liberã legãdi facultatem dedit vſque ad dodrãtem: Paulus D.l.35.T.2.l.1.Quid à Voconia differat, Alexander ab Alex.Genial.dier.lib.6.cap.15.

Falco,nis,φάλκον Suidæ,Gallis Faulc on,quæ fœmina:mas enim Tiercelet appellatur. Iulius Firmicus Matheſeos libro 5. falconis tantùm meminit,vt & Seruius Grammaticus.

Falſus Paſſiuè, qui fallitur, vt falſus opinione, ἐψευσμένος γνώμης.Virgilius Æneid.1. Falſi impleuit genitoris amorem. Significat enim qui fallebatur, inquit Diomedes libro 1. Grammatices.

Falſum facere, & falſum committere, Margianus D.lib. 48. Tit.10.l.1.

Famigeratus,διαφημισθεὶς, fama celebratus. Apuleius Floridor.lib.2.Fanum Iunonis antiquitus famigeratum.

Familiarium,Cornel. Fronto li.de Nom. verborúmque differ.familiarium, quod ſeruo competit,vt ſagum,gladius.

Fandi dulciſſimus,ἡδυεπέστατος. Gellius libro 16.capit. 3. De Phauorino : Tenebátque animos noſtros homo ille fandi dulciſſimus.

Farrago, & ocymum Varr. ὤκυμον: Gallis Fourrage : Italis farraina, pabulum eſt ex frugum leguminúmve miſcellanea. lege Plin.lib.18.cap.16. Vbi & farrago idem quod Secale,Gallis Segle:Ital.Segala.

Farratus,vt olla farrata,i.farre plena,olla pultis farrei.Perſius Satyra 4.Et farratam pueris plaudentibus ollam.

Faſtidium facere, pro afferre, creare, vel mouere faſtidium. Macrobius Satur. lib.5.cap. vlt. Nam ſi faſtidium facere non timerem.

Faſtigia. Diomedes Grammat.lib.2. Accentus quidam faſtigia vocauerunt, quòd capitibus literarum apponerẽtur: Alij tenores vel tonos appellant: Nonnulli acumina diffinire maluerunt.

Fauificare, vide Purpura.

Fauorabiliter. præter Quintilian. Macrobius Satur. lib.7.ca. 1. qui recitando fauorabilitẽr exceptus eſt. Et Paulus D.lib.29. Tit.2.l.9. Hoc enim eis fauorabiliter præſtatur.

Febris, eſt caloris naturalis inflammatio, ex motu nimio, aut calore externo (vt æſtus, vel putredinis) qui cordi communicatus per arterias aut venas, rurſus eadẽ via per totũ corpus diffunditur, eiúſque actiones lædit, dum aut ſpiritus, aut humores, aut ſolidarum partium ſubſtantiam accendit.

Feneſtram immittere, lumẽ immittere aperto pariete. Paulus D.lib.8.Tit.2.l.40. Eos qui ius luminis immittendi non habuerunt, aperto pariete communi, nullo iure feneſtras immiſiſſe reſpondi. Sic ianuam aperire in l.41.

Fero in Præterito tuli, & tetuli. Terentius: Huc tetuliſſem pedem: Diomedes Grammat.lib.1.

Ferre oſcula, exoſculari. Apuleius in Apologia: Siue illud cuipiam oſculum ferat.

Feraciſſimus, fertiliſſimus, εὐφορώτατος. Plinius in Panagyrico: Tantis ſegetibus induebatur, vt cum feraciſſimis terris quaſi nunquam ceſſura certaret.

Ferratæ aquæ. Seneca Quæſt.nat.li.3.cap.2. Aquæ aut medicatæ, ex quibus ſulphuratas dicimus, ferratas, aluminoſas.

Feſſus, & fatigatus differunt. Diomedes Grammat. lib.1. Fatigator fatigatus ſum facit, non feſſus. Et longè falluntur, qui opinantur ex fatigor feſſus deriuari: nam feſſus, eſt appellatio. Differt autẽ fatigatus à feſſo (vt Verrius ait) quòd fatigatus dicitur, cùm quis per alium laborare compellitur, vt laſſatus. Feſſus verò cùm quis labore deficit, vt laſſus.

Feſtiuiter, τερπνῶς, feſtiuè. Gellius li.1.cap.2. Seuerè ſimul ac feſtiuiter ſeiunxit. Idem lib.18. Hæc ibidem addit feſtiuiter.

Feſtiuiſſimè, τερπνοτάτως. Gellius lib.9.cap.15. Atque ibi Iulianus feſtiuiſſimè: Nolite quærere, inquit, quid ſentiam: adoleſcens hic ſine controuerſia diſertus eſt.

Ficedula, συκαλὶς, Heſychio κνιπὸς, Gallis Rouſſete: Becquefigue: Italis Becquefigo, Piccaſyga. Ficedula auis eſt, luſciniæ colore ac magnitudine ſimilis. Ficedula autem & Atricapilla vicibus commutantur. Fit enim ineunte autumno ficedula: ab autumno protinus atricapilla. nec inter eas diſcrimen, niſi coloris ac vocis. Plinius libr.10.cap.29. Alia ratio ficedulis. Nam formam ſimul colorémque mutant. Hoc nomen non niſi autumno habẽt, poſtea Melancoryphi vocantur. Atricapilla, melancoryphus, μελαγκόρυφος: Gallis Piuoine: Italis caponero, Capiſuſcula: in Creta Melanocephalo. Feſtus, Melancoryphi genus auium, quæ Latinè vocantur Atricapillæ, eo quòd ſumma earum capita nigra ſint. Eſt & ficedulæ ſylueſtris ſpecies, αἰγίθαλος Ariſtophani: Lotharingis vulgò Tarier. Rurſus ex ficedulis ficedula torquata, ὑπόρχιλος Ariſtophanis.

Fictura, æ, πλάσις. Gellius lib.10.cap.5. Auarus, eadem fictura eſſe, qua Amarus.

Ficus Ægyptia, συκόμορον & συκάμινος Theophr. (quo nomine & morus, ſiue μορέα & συκαμινέα Dioſcoridi) Guimeiz, & ficus Pharaonis Syriorum. Deſcribitur à Plinio (ex Theophraſto hiſtor.lib.4.cap.2.) lib.13.cap.7. Habet mori folia, quæ non habet pictura repræſentata à Matthæolo viro optimè tamen de literis merito. Idem nec alius animaduertit erratum codicis Dioſcoridis, vbi de ficu Cypria mẽdosè legitur, πτελέα γὰρ ὅσα, συκαμίνῳ τὰ φύλλα ἔοικε: legendum verò, πτελέα γὰρ ὅσα συκάμινος τὰ φύλλα ἔοικε, i. Etenim morus (vel ſycomoros) cum ſit, vlmo foliis ſimilis eſt. Nam Theophraſtus ex quo tranſcripſit, & Plinius folium vlmi ipſi aſſignant.

Ficus paſſariæ. Spartianus in Albino: Quingentas ficus paſſarias, quas Græci calliſtruthias vocant, ieiunum comediſſe dicit.

Fide mea iubeo, fideiubeo. Scæuola D. libr.17. Tit. Mandati. l. 60. Quare ſcias quodcunque ab ea ex hac cauſa ſtipulatus fueris, id me mea fide eſſe iuſſiſſe ſaluum te habiturum.

Fideicommiſſarius, Adiect. vt fideicommiſſaria libertas, i. fidiecommiſſa: Vlpianus D.lib.2. Tit.12.l.2. Vel fideicommiſſaria libertas præſtanda.

Fideiuſſorius, Aiect. D. de Minorib l.7. Vt puta ſi fideiuſſorio nomine ſe vel rem ſuam obligauit. Et D.lib.26. Tit.7.l.9. Si pupillus ſuæ tutelæ factus ſoluerit ex cauſa fideiuſſoria.

Fidior. Comparat. Iuſtinus Hiſtoric.lib.6. Vt eos ſibi fidio-

res,& dominis infeſtiores redderet.

Fiduciam ſuorum ſtudiorum habere: Pomponius de Origine iuris D.lib.1.Ante tempora Auguſti publicè reſpondendi ius nō à principibus dabatur:ſed qui fiduciam ſuorum ſtudiorum habebant, conſulentibus reſpondebant. Infrà:ſi quis ſui fiduciam haberet.

Figuratio nominis,λέξεως σχηματισμός. Macrobius Satur.lib. 5.cap. 17. Æneis, cuius nominis figuratio à regula Latinitatis aliena eſt.

Figuranter,σχηματικῶς.figuraté.Diomedes Grammatices li. 1.Albeſco enim non habet albeo, licet figuranter Vergilius, Campíque ingentes oſſibus albent.

Filum vocum.Gellius lib.16.cap.19.Celeri admodum & coībili oratione , vocúmque filo tereti & candido fabulam ſcripſit Herodotus.

Finitor ſiue finiens,ὁρίζων.Seneca Quæſt. Natur.l.5.c.17.Hāc lineam quæ inter aperta & occulta eſt,Græci ὁρίζοντα vocant, noſtri finitorem dixere,alij finientem.

Fiſtularis,συριγγώδης.Verſus fiſtularis, πηδομερὴς. Fiſtulares ſunt,vt author Diomedes Gram.lib.3.qui paulatim accreſcente partis orationis numero, ab vnica ſyllaba ad plures vſq; ducuntur,vt Homericus ille declarat : Ω῾ς εἰπὼν πιλάων ἐξέσυτο φαιδιμὸς ἕκτωρ. Aliis idem,qui & ῥοπαλὸς Seruióque Rhopalius (παρὰ τὸ ῥόπαλον)licet legatur Eurypalicus, & Euryalicus apud Scaligerum, exponitúrque à Iunio κλιμακωτὸς vel κλιμακίας, & ἀναβαίνων. Ego velim ſemper authores laudari atque citari.

Flagrantia,amoris ardor.Gellius lib.12.ca.1 Nam vbi infantis aliorſum dati,facta ex oculis amilitio eſt: vigor ille maternæ flagrantiæ ſenſim atque paulatim reſtínguitur , omníſque impatientiſſimæ ſolicitudinis ſtrepitus conſileſcit.

Flāmandus,flamma vrendus.Tacitus lib.15.aut crucibus affixi,aut flammandi.

Flammea,vide, Amarantus.

Flāmidus,φλογώδης. Apuleius de Deo Socratis: Quin in eo quoque aëre animalia gignerentur, vt in igni flammida,in vnda fluxa,in terra glebulenta.

Flammigare,φλογίζειν,apud Gellium lib.17.cap.10.& Macrobium Saturnal.lib.5.cap.17.

Flator.Pomponius de Origine iuris D.lib.1.Triumuiri momentales æris,argenti,auri flatores.

Flatus

Flatus Adiect. Hirtius de bello Africo: Quòd in noctem prælium eſſet coniectum, puluiſque vento flatus omnium proſpectibus offeciſſet.

Flatura, vnde conflatura Plin. χώνευσις. Iul. Firmicus Matheſeos li.6. falſarios facient, aut qui pecunias publicas flaturarum adulteras artifices imitentur. R.C.

Flauialis, vt Flauialium collegium. Suetonius in Domitiano: Aſſidentibus Diali ſacerdote, & collegio Flauialium pari habitu.

Flexus ad pectinem capillus. Spartianus Adriano: forma com ptus, flexo ad pectinem capillo, promiſſa barba.

Flexura vicorum. Suetonius in Nerone. Offenſus deformitate veterum ædificiorum, & anguſtiis, flexuriſque vicorum.

Flictim (vnde efflictim) Aduerb. apud Diomedem Grammatices lib. I.

Flos in facie, ἀνθινὸν χρῶμα ſiue ἀνθηρὸν, vt apud Catullũ, Ore floridulo nitens. In Epitom. Sexti Aurel. Victoris: fuit autem Theodoſius moribus & corpore Traiano ſimilis--neſcio an & tanta gratia tantúſq; flos in facie, ſeu tanta dignitas in inceſſu.

Flucticulus, Diminut. à fluctu: κυμάτιον: Diomedes Grammat. lib. I. Apuleius in Apologia: Hæc enim friuola, quæ nominaſtis, plæraque in litoribus omnibus congeſtim & aceruatim iacent, & ſine vllius opera, quamlibet leuiter motis flucticulis vltro foras euoluuntur.

Fluentiſonus. Catullus de nuptiis Pelei: Namque fluentiſono proſpectans littore Diæ.

Fluidus. pro eo quod eſt liquidus ac fluens. Seneca Epiſtol. 53. Alterius fundamenta lapſabunda, in mollem ac fluidam demiſſa humum.

Flumen, & riuus etiam vocabula Iuriſconſultorum ſunt in ſeruitutis conſtitutione, vt ſtillicidiorum. Paulus D. lib. 8. Tit. 2. l. 28. foramen in imo pariete conclauis, vel triclinij, quod eſſet proluendi pauimenti cauſa, id neque flumen eſſe, neque tempore acquiri placuit. & l. 20. Stillicidium quoquo modo acquiſitum ſit, altius tolli poteſt: leuior enim fit eo pacto ſeruitus: cum quod ex alto cadet, leuius & interdum directum, nec perueniat ad locum ſeruientem. Inferius demitti non poteſt: quia fit grauior ſeruitus: id eſt pro ſtillicidio flumen. Neratius D. libro 7. l. 61. Vſufructuarius nouum riuum parietibus

non poteſt imponere. Ergò riuus minor eſt leuiúſque fluit. flumen autem copioſius, maioríque impetu decurrit. Fluminum ſeruitus, D.lib.8.Tit.2.l.1.

Focarius, mediaſtinus ſeruus cui foci cura incumbit: cuius focaria fœm.apud iuſtinianum. D.lib.4. Tit.9. Caupones autem & ſtabularios æquè eos accipiemus qui cauponam vel ſtabulum exercēt, inſtitoréſue eorum.Ceterum ſi qui opera mediaſtini fungitur, non continetur, vt puta atriarij,& focarij.

Fœderare, fœdere facto conciliare.Cornel. Tacitus lib.20. Donec egregia erga pop.Rom. merita, mox rebelles fœderāt.

Fœminal,is, pudendum muliebre, interfemineum, χοῖερς. Apuleius in Apologia:Sed enim fœminal nullo pacto reperiēs munditer dicere ad mea ſcripta confugit.

Fœnus trientarium,i.vſura ex triente,nempe quatuor in centum.Vſuræ autem ciuiles,i. ſemiſſes. Spartianus in Antonino: Idem fœnus trientarium, hoc eſt minimis vſuris exercuit.

Fœtutinæ,vt fœcutinæ. Apuleius in Apologia:Lingua mendaciorum & amaritudinum præminiſtra ſemper in fœtutinis, & olenticetis ſuis iaceat.

Fœtulentus,fœtidus,δυσώδης. Apuleius in Apologia: Quid in crimen haud contemnendum philoſopho, nihil in ſe ſordidum ſinere,nihil vſpiam corporis apertum immundum pati ac fœtulentum.

Follis tranſlatè,vt follis ventris. Macrobius Satur.lib.7. cap. 4.Ventris enim duo ſunt orificia:quorum ſuperius erectum recipit deuorata,& in follem ventris recondit.

Forſices,etiam vocabulum militare, de inſtructa acie forſicum inſtar. Gellius lib.10.cap.9. Vocabula ſunt militaria, quib⁹ inſtructa certo modo acies appellari ſolet, frons,ſubſidia, cuneus,orbis,forſices,ſerra,alæ,turres,&c.

Foricarius. D.lib.22.Tit.1.l.17.Fiſcus ex ſuis contractibus vſuras non dat,ſed ipſe accipit, vt ſolet à foricariis, qui tardius pecuniam inferunt. Iuuenalis Satyr.3.-inde reuerſi Conducunt foricas. Budeus legit fornicarios.

Formido, pro terriculo ferarum. Seneca libr.2.de Ira cap. 11 Nec eſt mirum, cùm maximos ferarum greges linea pennis diſtincta conterreat, & ad inſidias agat, ab ipſo effectu dicta formido. Infrà vocatur,rubens pinna.

Formidamina, ſpectra,φόβητρα. Apule. in Apologia. Omnia buſtorum formidamina.

Formiones,

Formiones, φορμῶν ſiue φόρμια, ſtoreæ. Vlpianus D.lib.33. Tit. 7.l. 12. Formiones & ſpongias, & amas, & ſcopas contineri plerique & Pegaſus aiunt.

Fornacator, ris, fornacarius. Paulus D.lib.33. Tit.7.l.13. Inſtrumento balneario legato, etiam balneatorem contineri Neratius reſpondit. Continetur autem & fornacator. legitur & fornicator.

Fornacula tranſlate. Apuleius in Apologia: Hic aduocatorum conductor, hic teſtium exemptor, hic totius calumniæ fornacula.

Fortius dici poteſt, genus loquendi Iuriſconſultorum. Vlpianus D.lib.7. Tit. 9. Si hæres alienauerit proprietatem, & poſtea amittatur vſusfructus, an ex ſtipulatu agere poſsit videamus. & fortius dici poteſt, ipſo iure non committi ſtipulationem.

Fortunæ pila, i. ludibrium iocuſque fortunæ. Sextus Aurel. Victor in Epir. de Pertinace: Hoc exitu obiit vir ad humanæ conuerſationis exemplum per laboris genera vniuerſa abſumptus, prouectuſque eò, vt fortunæ vocaretur pila.

Forum eſt ἀγορά, locus in quo iudicia exercentur. At Curia βουλευτήριον, in quo Senatus habetur. Cornelius Tacitus lib. 3. Id ſolum Germanico ſuper leges præſtiterimus: quod in curia potius, quàm in foro, apud Senatum, quàm apud Iudices de morte eius anquiritur.

Forum triplex, ſiue *trinum*. Cum fuerint fora multa Romæ, tamen hoc loquendi genere intelligitur de tribus in quibus cauſas orabant: quorum primum Romanum nuncupatur: Secundum, Caij Cæſaris: Tertium, Auguſti. Martialis: Atque erit in triplici par mihi nemo foro. Seneca libro de ira ſecundo capite 9. fraudes, inficiationes, quibus trina non ſufficiunt fora.

Foſſas detergere. Suetonius in Auguſto: Foſſas omnes, in quas Nilus exæſtuat, oblimatas longa vetuſtate, militari opere deterſit. Alibi repurgare dixit.

Foſſuris complanata montium iuga, Suetonius in Caligula.

Frænator, ris, χαλιναγωγός, qui refrænat. Plinius in Paneger. Infinitæ poteſtatis domitor, ac frænator animus ipſa vetuſtate floreſcit.

Framea apud Cor. Tacitum libro de morib. Germ. ῥομφαία: Gal. Iaueline de barde.

Fraternum ſodalitium, ἀδελφικὴ ἑταίρωσις. Catullus de Cælio & Q. Fraternum verè dulce ſodalitium. Menander, ὡς ἡδὺ γ' ἐν ἀδελφοῖς ὁμονοίας ἔρως.

Fraternitas. præter Quintil. Vlpian⁹ D.lib.17. Tit. pro ſocio. l.63. Societas ius quodammodo fraternitatis in ſe habet.

Fraudatorius, ἀπατηλὸς, δόλιος, fraudulentus. Valēs D.lib.36. Tit.1.l.67. Vix fraudatorio interdicto lo[illegible]s erit.

Fraxinus, μελία, Gallis Fraiſne. Plinius lib. 16. cap. 13. de fraxino: Ea quidem quæ fit in Ida Troadis in tantum cedro ſimilis, vt ementes fallat cortice ablato. Et poſtea: Folia earum iumentis mortifera, cæteris ruminantium innocua Græci prodidere. In Italia nec iumentis nocent. Vbi agnoſco Plinium erranter fraxino tribuiſſe, quæ de Taxo Theophraſtus prodiderat hiſtor. plantarum lib.3. cap. 10. vt etiam, ſed ex parte, obſeruauit Andreas Matthæolus, vir totius hiſtoriæ naturalis periti ſſimus: qui tamen Plinio præceptori inſignem iniuriam facit, (Nam de mea nihil moror. Sim potius, vt ipſe vult ineptus fautor Plinij, & iuſtus, vt arbitror, interdum repræhenſor. At nullius certéquidem vnquam calumniator ego, aut conuitiator infamis) cùm ipſum credulitatis inſimulat, ac tam falſi mēdacij. Affinitas autem vocum μελία fraxinus, & μίλος Taxus (non σμίλαξ, vt Matthæolus, licet & ita dici atque aliter probarimus in Lexico) Plinio fraudi fuit. Sed quis negat Matthæole (cuius alioquin & ad ipſa bruta iumenta prouocatio) fraxinj folia iumentis edulia: quod tu in equo meo non irridiculè me iubes experiri? Aut quis tibi credat (niſi vt ſolita Agyrtæ & circulatori inſigniter mentienti ignara plebecula) quamuis homini, vt ſentio doctiſſimo & mihi velis nolis iamdiu ob doctrinam chariſſimo, contra rationem & experientiam iumenta taxum venenatam depaſta aſſerenti, fraxineis frondibus liberari? Quod tu hîc cautior quàm doctior Matthæole, noli amabo, vel in aſino tuo periclitari. Iacturam enim facias morte innocentis animalis. Sed hæc, vt tu iocoſè, ſerio verò, ſi obſtinatus eſſe perges (hæc & tuæ dictionis ingrata imitatio) te iam nunc ſponſione (centum enim vel mile aureos conſignabo) ad experientiam rei controuerſæ prouoco.

Fricare mulos, mulos curare, apud Gellium lib. 15. cap. 4. Nam mulos qui fricabat conſul factus eſt.

Frigi-

Fringidiuſculus. Gellius lib.3.cap. 10. Sed alia quoque ibidē congerit frigidiuſcula.

Friguſculum in amicitia dicitur, remiſſus amoris feruor. Vlpianus D. lib. 24. Tit. 1.l.32. Quod ſi diuortium non interceſſit, ſed friguſculum, profecto valebit donatio, ſi friguſculum quieuit.

Fringilla, vel *frigilla*, σπίνος (Aratus, *καὶ σπίνος ἠῷα σπίζων*: Auienus, Si matudino fringilla reſultat ab ore) Σπίζα Ariſtoteli (& apud Heſych. σπιζίτης ſpecies Ægithali) Gallis Pinſon, i. σπίζων: Italis Frenguelo, fringuello: Græcorū vulgo Ftingilaro. Auis paſſeris magnitudine, albo, viridi ruffóque colore diſtincta. Maris pectus rubeſcit: Fœminæ pallidius ac dilutius. Vermiculis victitat. Æſtate tepidis locis degit: Hyeme frigidis. Magna fringilla, Gallicè Pinſon royal, vel grosbec, Lutetiæ, μαλακοκρανεὺς, i. molliceps, Ariſtol, Vide Pica. Eſt & fringilla montana, cui colum cæruleum, ὀρεοσπίζης Ariſtoteli Hiſtor. lib.8.cap.3. Gallicè Montan, vel Pinſon d'Ardaine: cuius ſunt plures ſpecies.

Fringultio. Apuleius in Apologia: At ego illi contra iuſtius exprobauerim, quod qui eloquentiæ patrocinium vulgò ptofiteatur, etiam honeſta dictu ſordidè blatteret, ac ſæpe in rebus nequaquam difficilibus fringultiat, vel omninò obmuteſcat. Idem Floridor. lib. 3. Merulæ in remotis teſquis ftingultiunt.

Frons, tis, potius maſculino genere dici debere, & authoritate, & ratione proportionis ſiue analogia comprobat Aulus Gellius libro 15. capite 9. Cato, æquo fronte, Hilaro fronte Cæcilius.

Fructuarius, vide Vſufructuarius. Fructuaria, quæ vſumfructum habet. D.lib.7, Tit.1.l. 58.

Fructus pendentes. D. lib.6. Tit.1.l.44. fructus pēdentes, pars fundi videntur.

Fruſtrator, ἀπατεών. D.de negot. geſtis l.31. Litem in iudiciū deductam & à reo deſertam fruſtratoris amicus vltro egit. Ibid fru ſtrator condemnatus eſt.

Fruſtratorius, Adiect. ftuſtrationis cauſa factus, per fruſtrationem Liuio. D.lib.22. Tit.1.l.41. Modeſtinus: Si fruſtratotiam morandi cauſa appellationem interpoſitam animaduerteret.

Fucus Plin. κηφὴν Heſiod. inſectū maius ape: Gal. boutdō, fullō, mouſche gueſpe: Cui⁹ ſpecies ſine aculeo, nigra, latóq; aluo,

φῶρ Ariſtoteli, & φώειος Heſych. Varroni & Plin. vide φῶρ in noſtro Lexico.

Fugaciſsimus.Seneca Epiſt.75.Ipſa enim felicitas ſe niſi temperat,premit,ſi fugaciſsimis bonis credidit.

Fugalia. S. Auguſtinus de Ciuitate dei libro 2. cap. 6. Nec vbi fugalia celebrarentur, effuſa omnì licentia turpitudinum, & verè fugalia, ſed pudoris & honeſtatis. Viues fugalia vel fugialia à Fugia dea Rom.quæ ſit lætitiæ dea à fugatis hoſtib.nũcupata:de qua Varro in 5. de lingua Lat.

Fulguritus,fulgure ictus. Seneca Quæſt.Nat.2.cap.21.Quid quod omnibus fulguritis odor Sulphureus eſt.

Fulica ſiue *Fulix*, κέπφος: vulgò Græcorum λοῦφα: Gallis Foulque, vel fouque (& fulica marina, i. Gauia μελαγκόρυφος, ſiue κέπφος θαλάσσιος, noſtris Diable de mer, ac Northmanis Macroule)Italis Folega. Auis eſt gallinæ magnitûdine, coloris nigri, cuius roſtrum ex albo ſubrubeſcit:ſyncipuc glabrum:pedum digiti non continua (vt in reliquo palmipedum genere) membrana coniuncti, ſed diuulſi, vt in colymbis. Vide Gauia.

Fultio,nis.Cornel. Fronto lib.de Nom.verborúmque differ. fultio dum fit.fultura cùm facta eſt.

Fumeus,a,um, καπνώδης. Macrobius Satur.lib.7. cap.10.fumei flatus circa cerebrum.

Funarius appellatus eſt Valentinianus imperator, eò quòd venalitium funem portanti, quinque milites nequirent extorquere,In Epitom. Sext. Aurel.Victoris.

Funarius,σχοινοπλόκος. Sextus Aurelius Victor in Valẽtiniano. Funarius appellatus eſt,eò quòd venalitium funem portãti quinque milites nequirent extorquere.

Fundus optimus maximus, qui liber nec ſeruitutem debet. Neratius D.lib.21.Tit.2.l.48. Cum fundus vti optimus maximuſque eſt, emptus eſt (Alibi lib.26. de pignor. Optimo iure fundum dixit Iuriſconſultus.)Et l.75.Niſi vt optimus maximúſque eſſet,traditus fuerit fundus. Tunc enim liberum ab omni ſeruitute præſtandum.

Fundus,author ac fundamentum. Cum Plauto Gellius lib. 19.cap.8.Sed hæc ego,inquit,dixi, non vt huius ſententiæ, legiſque fundus ſubſcriptorque fierem,ſed &c.

Fundator,ris, θεμελιωτὴς, conditor, κτιστὴς. Apuleius lib.de

Phi-

Philoſophia: Quare ſuadendum fundatoribus rerum publicarum, vt &c.

Fundamenta cæmenticia, D.lib.19.locati.l.57.cæmenticia expoſuit Budæus, lapides temerè cæſos, atque etiam rudes, non quadratos aut ordinarios, quales quibus farturæ inter pilares ductus fiunt.

Funerarius, funeris curator, κηδευτὴς. Iul. Firmicus Matheſ. libro 3. Lapidarios facient, aut pollinctores, aut funerarios, aut quibus ſepulchrorum cura.

Funerarius, Adiect. κτερεικὸς, κηδευτικὸς. vt actió funeraria. Vlpian⁹ Dig.lib.11. Tit.7.l.14. Hæc actio quæ funeraria dicitur ex bono & æquo oritur. Cõtinet autem funeris cauſa tantùm impẽſam, non etiam cæterorum ſumptuũ. Ibid. funeraria agere. & l.20. Conueniri funeraria. Legitur etiam Funeraticia l. 30.

Fur, vide Fucus.

Furcæ cancrorum, apud Apuleiũ in Apologia, i. forcipes Plinio, χῆλαι καρκίνων.

Furtiuè, κλεπτικῶς. Præter Plautum Vlpianus D.lib.41. Tit. 2.l. 6. Clam poſsidere eum dicimus, qui furtiuè ingreſſus eſt poſſeſsionem.

Futurus cum Præterito. Eutropius lib.3. Nec dubium eſt vltimum diem illum Romani ſtatus futurum fuiſſe, ſi Hannibal mox poſt victoriam ad peruadendam vrbem contendiſſet.

GAditanum ſalſamentum, vide Thynnus.

Galbina tunica, veſtis craſsior: vnde etiamnum Gabanos vocant. Fla. Vopiſcus in Aureliano: Inter hæc fuit Tetricus chlamyde coccea, tunica galbina, braccis Gallicis ornatus.

Galbula, vide Galgulus.

Galeos Plinio lib. 32.cap.2. vel Squalus (quia ſqualus, i. ſqualidus atque horridus) ipſi lib.9.cap. 5.& 24. ac Varroni & Columellæ, γαλεὸς Ariſtoteli, vel γαλεώδης: (cui & σκύλια, ὥς καλοῦσί τινες νεβρείους γαλεοὺς. Sunt enim Canes cætacej, vt Lamia καρχαρίας: & Caniculæ κύνες γαλεοὶ, de quibus in Canicula:) Cuius variæ ſpecies: prima γαλεὸς ἀκανθίας, ſpinacem vertit Gaza: Gallis Chien de mer (communi nomine) Maſsiliæ Agnillat: Venetiis Azio. Hic vt reliqui eius generis, longus & cartilagi-

neus,priuatimq; binos aculeos habẽs in dorſo: Cui viuo color ſubargẽteus, mortuo ex cinereo rubeſcẽs. De quo Ariſtoteles Hiſtor.lib.6.c.10. Secũda, Galeos læuis,γαλεὸς λεῖος(quia ſine aculeis:)in Gallia Narbonẽſi Emiſſole, Maſsiliæ palũbi nomine, Romæq; colũbi vocatur. Tertia, Galeos ſtellatus,γαλεὸς ἀστερίας vel ποικίλος Ariſtoteli: à noſtris Lentillat, à maculis albis lentis magnitudine. Dorſi maculæ inſignes ſtellæ inſtar, aliæ rotũdæ. De hoc Ariſtot.Hiſtor.lib.6.cap.11. Quarta, Galeos glaucus,γαλεὸς γλαῦκος Æliano, qui ex caniculãrũ genere eſt, cui nubecula (de qua vide in Canicula) & ſui generis ſoli color cæruleus, ob idque Cagnot blau vocatur in Narbonenſi Gallia. Quarta, κεντρίνης (Ariſtoteli teſte Athenæo: de quibus & Oppianus ſcribens, Καὶ κυνὸς, οἱ κέντροισιν ἐπώνυμοι: & rurſus, φῦλα κελαινῶν κεντροφόρων) Gallis Bernadet, aliis renard, Maſſilienſibuſque ac Italis Porci nomine nuncupatur: Cuius forma à capite ad podicem triangularis pinnis armatur aculeatis venenatiſque, & in ſuperiore maxilla triplici ordine dentium. Duriſsimus eſt ac viroſus. Quinta, Galeos Rhodius, γαλεὸς ῥόδιος (quem & ἀλώπεκα, & Syracuſij κυνὰ πίονα vocarunt) Acipenſeri ſiue ſturioni ſimilis, à quo diſcernitur roſtro breuiore, & capite craſsiore, quin & ſapore ingratiore. Hodie à Græcis vocatur σκυλλόψαρο ἥμερο. Sexta, μάλθη Maltha: Gallis Sorrat: Romanis Lamiola. Piſcis eſt cetaceus, cuius roſtrum breue, oſque in ſupina parte multis dentium ordinibus armatum, oculi abſque alba illa nebula, de qua in Canicula. Eius meminit Oppianus. Eſt etiam Galeorum generis ſturio, de quo in voce Acipenſer. Eiuſdem generis rurſus & Vulpes piſcis, ἀλώπηξ ſiue ἀλωπεκίας. vide Vulpes. Et rurſus ζύγαινα vide Zigæna.

Galerita, vide Alauda.

Galgulus vel galbula, χολιὸς Ariſtotel. Gallis eſpece de Loriot. Icterus: Italis Reigalbulo, Reigalbero, Bononiæ, Galbedro vel meleſiozallo Ferrariæ, Bergami Galber: alibi Rigey (& quia etiam ficubus veſcitur vt ficedula, eius nomine vocatur vulgò Græcorum, συκοφάγος, Venetiis Becquefigo) Auis Chlorionis generis ac Picorum, turdi magnitudine, coloris lutei, ac viridis. Plinius libro 30. cap. 11. Auis icterus vocatur à colore, quæ ſi ſpectetur, ſanari id malum tradunt, & auem mori. hanc puto Latinè vocari galgulum. Et lib. 10. cap 25. Et quæ cùm fœtum eduxere, abeunt, vt galguli, vpupæ. Rurſus cap. 33. vbi

de

de Picorum generibus: Galgulos quidem ipſos dependentes pedibus ſomnum capere confirmant, quia tutiores ita ſe ſperent. Martialis lib.13. Galbula decipitur calamis & retibus ales, Turget adhuc viridi, quum rudis vua mero.

Galla, ſutorium inſtrumentum, ὀπήτιον, ſubula. Macrobius Satur. lib.2. cap.2. Plancus in iudicio fortè amici cùm moleſtum teſtem deſtruere vellet, interrogauit (quia ſutorem ſciebat) quo artificio ſe tueretur. Ille vrbanè reſpondit, Gallam ſubigo: Sutorium hoc habetur inſtrumentum, quod non infacetè in adulterij explorationem ambiguitate conuertit. Nam Plancus in Meuia Galla nupta malè audiebat.

Gallina ruſtica, ſiue ſylueſtris, Catta, Gallis Gelinote: Attagen Alpinus Plinij. Varro de Re ruſtica: Gallinæ ruſticæ ſunt in vrbe raræ, nec ferè manſuetæ ſine cauea videntur Romæ: Similes facie non his villaticis gallinis noſtris, ſed Africanis aſpectu ac facie incontaminata, &c. Columella, Sylueſtres Gallinæ quæ ruſticæ appellantur, in ſeruitute non fœtant, &c.

Gammarus, vide Elephantus.

Gaudere cum Datiuo. Catullus: Salue, ô venuſta Sirmio, atque hero gaude. Sic gaudere ſibi Lucretius.

Gauius Mergus. Iulius Capitolinus in Pertinace: Auaritiæ ſuſpicione priuatus non caruit. Cum apud vada Sabbatia oppreſsis fœnore poſſeſſoribus latius ſuos teneret fines. Denique ex verſu Luciliano Gauius Mergus eſt appellatus. Corruptè ibi legitur Grauius. Eſt verò Gauius Adiectiuum à Gauia aue, quæ λάρος: ea rapax & vorax. Apuleius in Aſino aureo. Gauia illa peralba quæ ſuper fructus marinos natat, demergit ſeſe properè ad Oceani profundũ gremium.

Gauia, λάρος Ariſtoteli. In Creta nomen retinet: Gallis Monette, Maſsilientibus Gabian, Northmanis Maulue: Venetis Cocalo. Apuleius: Gauia illa peralba quæ ſuper fluctus marinos natat, demergit ſeſe properè ad Oceani profundum gremium. Gauiæ in petris nidificant, inquit Plinius: & lib.10. cap.74. tradit Anates ac Gauias diſsidere. Nihil frequentius locis maritimis: etiam maxima coorta tempeſtate in aere volitant. Varia ſunt genera, alba, cinerea, Gallis Falourde Griſe, Griſard, Caniard, Colin. Gauia σποδοειδὴς ac μελάμπους, quæ minima, petit Gabian. Gauia ἐρυθρόπους, cui pedes rubent. Gauia μελαγκόρυφος, quæ κέπφος θαλάττης,

fulica marina, Gallicè, Fouque de mer. Eſt enim & fulica fluuiatilis.

Geminatim, διδύμως: Aduerb. teſte Diomede Grammatices lib.1.

Gemulus, gemebundus, ὀδυρτικὸς, στακτὸς. Apuleius Florid. libro 2. Vario modo occinunt & occipiunt carmine. Galli expergifico, bubones gemulo.

Generabilis, γεννητικὸς, genitalis, qui generandi vim habet. Apuleius in Hermetis Aſclepiade: Quibus ineſt natura generandi, generabilia ſunt. Plinius lib.2.cap.45. Generabilis rerum naturæ ſpiritus: Qui ab ipſo cap. 5. vitalis dicitur.

Generi neutri locus eleganter, vbi mas, an femella ſit, non ſatis conſtat. Terẽtius Andria: Nam quod peperiſſet, iuſsit tolli. Plautus Amph. Verùm quod erit natum tollito. Et Trucul. Si quid peperiſſem, educarem, tollerem. Cicero 11. Epiſt. ad Att. Aut ne quid ex eadem matre poſtea natum eſſet. Horatius V. Carm. At ô deorum quidquid in cælo regis Terras & humanum genus.

Genitus, us, γένεσις, Generatio Plin. Apuleius in Apologia: Ariſtoteles, & Theophraſtus, qui plurimos libros de genitu animalium reliquerunt.

Genitiuus. Quintæ declinationis caſus ſecundus apud veteres, non vt nunc facies faciei, ſed facies, huius facies vel facij: Sic dies, pernicies. Quin & tertiæ fames, genit. famij. In dandi caſu non faciej, ſed facie, die, ſpecie: De quibus lege pleniſsimam tractationem apud Gellium lib.9.cap.14.

Genitiuus, vt Apollo genitiuus, i. γενήτωρ. Cato de liberis educandis: Nutrix hæc omnia faciebat in verbenis, ac tubis, ſiue hoſtiis: vt Deli ad Apollinis genitiui aram. Cloatius Verus ordinatorum libro 2. Deli ara eſt Apollinis γενήτορος, in qua nullum animal ſacrificatur. Vide Macrobium Satur. libro 3. capite 5.

Gentilitia nomina, vide Peregrinus.

Gerres, vide Mæna.

Gerundiua cùm per ablatiuum proferuntur videntur Gerũdij locum obtinere. Gellius lib.2. cap.6. Homerus non virtutibus appellandis, ſed vitiis detrahendis laudare ampliter ſolet. i. appellando virtutes, & detrahendo vitia.

Gerundiuũ pro gerundio. Corn. Tacitus lib.12. Ad hoc gẽtiũ ductores circumire: hortari, firmare animos, minuendo metu,

accen-

accendenda ſpe,aliiſque belli incitamentis.pro minuendo me tum,accendendo ſpem.

Geſtor,qui geſtar,φορεὺς.Plinius Epiſtol.lib.8. Caninio: Delphinus geſtor colluſórque puerorum.

Geſtio pro herede.Vlpianus D.lib.11.Tit.7.l.14. Licet ex hoc ipſo neque pro hærede geſtio,neque adirio præſumitur.

Gibberoſus,κυφὸς,gibber:quo vtitur Iulius Firmicus Matheſeos lib. 8.

Gibberoſus,Gibboſus,habens gibberem, vt tuberoſus,apud Chariſium. D.lib.21.Tit.1.l.3. Vel proterui,vel gibberoſi.

Gingidion, nõ eſt quæ à Matthæolo pictura proponitur. non enim habet ſtaphylini ſiue paſtinacæ ſylueſtris folia: in quibus & apparet pictoris lenocinium ſi examinenrur infima cum te liquis. Potius ſenſerim cum Anguillara rei herbariæ principe, qui cenſet eam herbam,quæ ex Syria affertur Viſnaga vel Buſnaga nomine,(ex cuius vmbellis vſus ad dẽrifricia)verum eſſe gingidiõ. Nec obſtar,quod βοτάνιον à Dioſcoride dicatur.nam βοτάνιον nec apud ipſum ſemper pro herbula: hícque abuſiuè pro βοτάνη vt à Crateua appellatur, herbáque tanrum à Plinio lib.20.cap.5.Syria, inquit, ſimillimam ſtaphylino herbam ſerit, quam alij gingidion vocant , tenuius rantùm & amarius, &c. Ex quo parer legendum apud Dioſcoridem πικρότερον, non verò πυκνότερον.

Girba,inſula Menynx de qua Plinius libr.5.cap.7. Sext. Aurel.Victor in VirioGallo: Creati in inſula Menynge,quæ nunc Girba dicitur.

Glabellus,vt corpore gabellus , apud Apuleium Floridorum libro 1.

Gladius piſcis,vide Xiphias.

Gladiator pro gladiario: μαχαιροποιὸς, qui gladios fabricat: In qua ſignificatione ſumitur ab Arcadio D.lib. vlt. T.6.l.6.

Gladiatoriè. Lampridius in Commodo: Habuit præterea morem, vr omnia quæ turpiter, quæ impurè, quæ crudeliter, quæ gladiatoriè,quæ lenocinè faceret,actis vrbis indi iuberer.

Glanis, γλάνις (legitur & γλάνης ac γλάνος)non ſilurus eſt, ſed ſiluri ſpecies. Ad ſtrymonem fluuium vulgò vocem retinuit,vocatúrque glaignon,vel glanon. Vide Plinium lib.9.ca. 43.& lib.9.c.51.& Ariſtotel.lib.hiſtor.9.cap.37. Plinius confusè duobus locis Glanidi tribuit, quæ Ariſtoteles τῷ σιλούρῳ. Vide Silurus.

Glandiferæ arbores, βαλανηφόρα δένδρα. Glandiferæ Ilex, ſmilax, ſuber, phellodrys, & τῆς δρυὸς ſiue quercuum genera 5. Phagus, hemeris, Ægilops, haliphlœos platyphyllos. De Illice ac ſmilace ſuis locis. Phellodrys, φελλόδρυς Theophr. Italis Sefroſugaro. Græci fructus vocant vulgò Acylacas. Fagus, ὀξύα Theophraſti (non φηγός, vt malè Plinius) Gallicè Fau, & heſtre (quia ὀξύα ſimilis eſt ὄϛρυς ſiue ὀϛρύα) Italis Faggio: glanſque faginea, ipſis faggiuola, noſtris faine. φηγὸς autem Theophraſti eſt Eſculus (vt oſtendimus in Lexico) Gallis Eſcueiul: Italis Eſculo, Iſchia Hetruſcis: Hiſpanis Enzina: cuius glandes Vellotas vocant. Hemeris, ἡμερὶς Idæorũ, ἐτυμόδρυς Macedonum, & ſimpliciter δρῦς Theophraſto (vt cap. 10. libr. 3. hiſtor. vbi vertit Robur Plinius) Robur: Gallis Rouure: Italis Reuero, ghianda Caſtagnola. Ægylops, αἰγίλωψ, ἄσπρις: Cerrus: Gallis Cerre: Italis Cerro vel Cero. Haliphlœos, ἁλίφλοιος, ab ἅλις, & φλοιὸς, ob corticis craſſitudinem, non vt Gaza Salſicortex) Italis Farnia. E Chio Cyproque cum calyce fructus afferuntur, γαλλόνας, & βαλλόνια vocant. Vſus tingendis pannis ad colorem atrum gallæ vice. Plinius libro 16. capit. 5. Cerro echinatum calycem ceu caſtaneæ aſſignauit, quod Haliphlœo magis conuenit, cuius calix rigidioribus, quàm caſtaneæ aculeis armatur. Et viciſſim dixit de haliphlœi glande, quæ de cerrea debuit, Ab animalibus non attingi. Platyphyllos vel latifolia Plinio, propriè Quercus: Gallis Cheſne, Italis Quercia. Error etiam Plinij de huius glande, oſtenſus in noſtris Adnotat. in Theophr.

Glarea, κόχλαξ, ψηφὶς, Gallis grauier, grouin: Italis Ghiara, vel ghiaïa.

Glaucus piſcis, γλαῦκος à glauco colore, qui γλαυκὸς) Monſpellienſibus Derbio: Prouincialibus Biche, Cabrolle, & Damo: Romanis Lopida (quib⁹ & alia glauci ſpecies ſtella: Prouincialibus Liche: Monſpellienſes vadigo, & Palamide vocant) Illyricis Polanda: Cuius magnitudo, interdũ tricubitalis, dorſum cærulei coloris, venter candidiſſimi. Pinnæ ad branchias aurei coloris. Mirũ quòd in metu fœtũ ore recipiat, ac rurſus emittat (id & angues facere, didici in Anglia) quod teſtatur Oppianus l. 1. Halieut. atq; Ælieanus. Plin. l. 6. c. 36. Color auſterus in glauco & iraſcenti ſimilis mari. Eſt etiã glauci ſpecies, piſcis ille, qui Venetiis Corbeto: Genuæ Fegaro: Maſſiliæ ac Romæ Vmbrina, appellatur: vulgò Græcorum Mylocopſi, μυλοκόψι.

Glau-

Glaucíſcus, γλαυκίσκος Athenæo lib.3. piſcis qui alius quàm γλαῦκος.) Plinius lib.32.cap.10. Mulieribus lactis copiam facit glauciſcus è iure ſumptus. Vide Glaucus.

Gnaphalus, γνάφαλος Ariſtotel. Gallicè Cotonnier: ἀστέργυλος Heſychij. Auis vocalis, ac pulchri coloris. cui à Tomēto nomē.

Gnoſco pro noſco. Diomedes Grammatices lib. 1. Item noſco noſcis. Et huic verbo veteres g literā præponebāt. Gnoſcit ait Cæcilius: quoniā & præpoſitione, agnoſco & cognoſco dicimus. Item eodem modo noui: nam gnoui veteres formabāt.

Gobius & Gobio, & Cobio Plinio lib.32. κωβιός, & κῶθος apud Athenæum. Gobiones marini Venetiis Goï: Genuæ Guigiones: Romæ Miſſori. His piſcibus vel maioribus palmi longitudo, oculi turgidi eminenteſque ſupra caput, corpus teres, ſquamoſum, lubricū, & ſubcinerei coloris: aut χλωροῦ, i. flaui ac pallidi ſiue ὠχροῦ. Eſt & gobius albus marinus, Venetiis Paganello: Cui in tergore pinna gemina: hic κωβιὸς λευκὸς Athenæo (cui, qui χλωρίδι ac ſubflaui, etiam καυλῖναι:) Quin & Gobius niger, κωβιὸς μέλας, noſtris Boulerot: Venetis Go. Hic τράγος eſt Athenæi, non Ariſtotelis lib.8. hiſtor. cap.30. Eſt & Gobius fluuiatilis (cuius tantum Auſonius ex ſcriptoribus, meminit) noſtris Gouuion, & Lugduni Goiſon. Illi binæ oris appendices & μύστακες. Auſonius in Moſella: Tu quoque flumineas inter me morande cohortes Gobio, non maior geminis ſine pollice palmis, Præpinguis, teres ouipara congeſtior aluo, Propexíque iubas imitatus gobio barbi. Rurſus & alter Gobius fluuiatilis, qui Gallis Chabot: Romæ Miſſori: Mediolani Scatzot (vt circa Neocomum Sabaudicè Chaſſo, vel Chaſſot) & Bot, qui βόττος, vel βόϊδος Ariſtoteli hiſtor. li.4. c 8. Gaza Cottum tranſtulit (diuerſus tamē Num e nij κόττος) Piſcicul' eſt, ranæ piſcatrici ſimilis corporis figura & colore: Qui Mōſpeſſulanis Daze appellatur.

Goſſipion, vide Xylon.

Graculus, κολοιός (non eſt autem auis, quæ Gallicè Gay: ea enim eſt Pica glandaria Plinij. Vide in Pica.) auis cuius tria genera apud Ariſtotelem Hiſtor. lib.9. Primum eſt, κολοιὸς κορακίας, Gracculus ruber, Gallicè Graille rouge: Chauuete rouge: vel Choucas rouge: Italicè Tacola. Ipſi cornicis magnitudo, pedū ac roſtri color puniceus (φοινικόρυγχος eſſe dicitur ab Ariſtotele:) Eſtq; Pyrrhocorax Plinij: qui ſic l. 10.c.47. Sicut Alpiū Pyrrhocorax, luteo roſtro, niger. nec obſtat roſtri color mutabilis. In Creta vocatur ſcurapola: circa Veronā tacola, alibi ſpeluier:

Paſon: Zorlut. Secundum, Monedula, λύκος κολοιὸς Ariſtot. Gallicè Chaue, vel Chauue, Choëtte, petite Graille: quæ κορώνη μέλαινα ἧττων: Venetis Seurapola. Tertium κολοιὸς βωμολόχος, ὁ μικρὸς, parua monedula. Eſt & Gracculus Lydius, κολοιὸς τῆς λυδίας, noſtris Gabian noir. Hic palmipes eſt, aliis verò fiſſi pedum digiti. Plinius Gracculos à monedulis ſic diſtinguit li. 10. cap. 28. Inſubrium tractu examina graculorum, monedularúmque, cui ſoli aui furacitas auri argentíque præcipuè mira eſt. (Idem lib. 17. capit. 14. Tradit monedulam condenrem ſemina in Theſauros cauernarum, inſitionis cauſas præbuiſſe) Ouidius 7. Metamorph. Mutata eſt in auem, quæ nūc quoque diligit aurum: Nigra pedes, nigris velata monedula pennis.

Glebulentus, gleboſus. Apuleius de Deo Socratis terra glebulenta.

Globoſitas, σφαίρωμα. Macrobius Comment. libro 1. capit. 15. Globoſitas terræ habitationes omnium æquales ſibi eſſe non paritur.

Glomerarius, Seneca controuerſiarum lib. 1. in vlr. Quod pater (militis) efficacirer dicat, detrahere illū operib. ſuis glomerarium, ſanguinarium.

Glomeratim, Aduerb. apud Diomedem Grammatices lib. 1.

Gloſſaria, γλωττοκομεῖα, feretra, mortuorum conditoria. Gellius lib. 18. cap. 7. Vos Philoſophi mera eſtis (vt M. Cato ait) mortuaria gloſſaria.

Glotorare, κλάγγειν, clangere: voce ciconiæ. Author Philomelæ, Glororat immenſo de turre ciconia roſtro. Plinius dicit ciconias inter ſe commurmurare. Solinus. Ciconias ferunt linguas non habere, verum ſonum quo crepitanr, oris potiusquàm vocis eſſe.

Glottis, γλωττὶς Ariſtoteli (& fortè ἐλαφὶς Oppiani auis, cui pennæ in dorſo omnes coloris ceruini: & lingua longiſſima, qua protenſa piſces venatur ac decipit) Gallicè Raſle fauue, vt Orrygometra Raſle noir. Gazæ Lingulaca. Plinius lib. 10. cap. 23. Abeúntque vnà perſuaſæ Glotis, & Otis, & Cychramus. Glottis prælongam exerit linguam vnde ei nomen, &c.

Glutinum ferri pro ferrumine. Eutropius in Numa: Regnante Numa Glaucus primus ferri inter ſe glurinum cogitauit.

Gluto, guloſus. λαίμαργος. Nec gluto ſorbere ſaliuam Mercurialem. Ambroſius: Sic amat Diabolus filios ſuos vt perdat: ſicur amat gluro porcellum vt comedat. Et adhuc vulgò glouton:

ton: & giottone Italicè.

Glycymerides, oſtrearum ſpecies ita dictæ à iucunda partitione ac varietate figuræ. Apud Macrob. Satur.lib.3.cap.13.in pontificis cœna:patinam oſtrearum peloridum--ſphondilos, glycomaridas(lego glycymeridas)vrticas,&c. Apud Plin.libr. 32. cap. vlt. chamæpelorides generis varietate diſtantes & rotunditate: chamæglycymerides, quæ ſunt maiores quàm pelorides.

Gracilentus, ἰσχνὸς, λεπτὸς, gracilis, præter Ennium Gell.lib. 4.cap.12. Si quis eques Romanus equum habere gracilentum, aut parum nitidum viſus erat, impolitiæ notabatur. Idem lib. 19.cap.7. Obeſum hîc notauimus, propriè magis, quàm vſitatè dictum pro exili atque gracilento.

Gracilipes, ἰσχνόπους, vt ciconia gracilipes à Petronio Arbitro vocatur.

Graculus piſcis, κολίας, lacertorũ generis. Vide Lacertus piſcis.Plinius lib.32.cap.vlt. Draco:quidam aliud volũt eſſe dracunculum.Eſt autem graculo ſimilis.

Gradalis, βηματικός. Diomedes Grammat.lib.3. Melon hũc iambicum gradalem quidam nominant, ibid. gradali pugna duos dimicare inſtituit.

Gradus deiectio in militibus dicitur, vt in magiſtratibus dignitatis depoſitio. Modeſtinus D.lib.49.Tit.16.l.3.Pœnæ militũ huiuſcemodi ſunt, caſtigatio, pecuniaria multa, munerum indictio, militiæ mutatio, gradus deiectio, ignominioſa miſsio. Lege 5.ibid.Gradu pellere.

Gramen aculeatum, Gallis Sanguinelle, Italis Capriuola, vel ſanguinella.Plin.lib.24.cap.19. Aculeatum gramen, trium generum:cùm in cacumine aculei ſunt plurimùm quini, dactylon vocant:hos conuolutos naribus inſerunt, extrahúntque ſanguinis ciendi gratia. Hoc ſæpiſſimè faciunt paſtores noſtri. Alterum quod facit αἰζόω ſimile, paronichiæ ſpecies eſt. Tertiũ, inquit, genus dactyli, ſed tenuis, naſcitur in parietinis, aut tegulis. Huic cauſtica vis eſt. Quod nihil aliud, quàm Vermicularis ſiue Auricula muris herbariorum (ſimilis ſemperuiuo minimo)ſiue ἀείζωον tertium Dioſcoridis.

Grammaticalis, Adiect.idem quod Grãmaticus: ad grãmaticam pertinens.Fabius Victorinus in Rhetor.Cicer.lib.1.Hæc quidem nos exempla grammaticalibus artibus ſuppoſuimus.

Grammaticaliter.Spartianus in Regilliano. Tũ is, qui aderat

ſcholaſticus, cœpit quaſi grammaticaliter declinare,& dicere, Rex regis regio Regilianus.

Gratanter. Iul. Capitolinus in Macrino: Mortem Antonini Senatus gratanter accepit. In Epit. Sexti Aurel. Victoris in Nerua: In curia à Senatu gratanter exceptus.

Grateolus, εὐώδης, (Sic ἡδυοσμία Græcis, grateolentia diceretur) Apuleius de Mundo: Videaſque illam ciuitatem pariter ſpirantem odoribus,& grateolentibus cœnis. Gratiola, à gratia, vt à controuerſia, controuerſiola: Diomedes Grammat. l. 1.

Gratioſus etiam obſcœnè, vt officioſus Senecæ, qui alterius libidini obſequitur, quod & χαρίζεσθαι Græcis: Aſconius Pædianus in 2. Verrinam (vbi Cicero: cum filio blando& gratioſo) Gratia verò quæ poteſt in adoleſcentibus ſine infamia. Gratiam enim amicorum copiam modò dicit.

Gratiſſimè, ἥδιστα, libentiſſimè. Macrobius Satur. lib. 7. cap. 1. Pericula quoque præterita, vel ærumnas penitus abſolutas qui euaſit, vt referat, gratiſſimè prouocatur.

Gratuito habitare. Vlpianus D. li. 9. Tit. 3. l. 1. Habitare autem dicimus vel in ſuo, vel in conducto, vel gratuito.

Grauidari, grauidam fieri. In Epitome Sexti Aurel. Victoris in Adriano: Huius vxor Sabina dum propè iniuriis ſeruilibus afficitur, ad mortem voluntariam compulſa: quæ palam iactabar, quàm immane ingenium pertuliſſet,& elaboraſſe, ne ex eo humani generis pernicie (alij pernicies) grauidaretur.

Grundiles lares. Diomedes Grammatices lib. 1. Grunit porcus dicimus, veteres grundire dicebant, vt ſit inſtans grundio. Cæcilius: Cruento ita ore, grũdibat miſer. Claudius Annaliũ xv. Grundibat grauiter pecus ſuillũ. Hinc quoq; Grundiles lares dictos accepimus, quos Romulus conſtituiſſe dicitur in honorem ſcrofæ, quæ triginta peperat porcos. Hoc ita eſſe affirmat Caſſius in 2. hiſtoriarum: Paſtorum vulgus ſine contentione conſentiendo, præfecerant æqualiter imperio Remum & Romulum, ita vt de regno pares inter ſe eſſent. Monſtrum fit, ſus patit porcos triginta, cui rei fecerunt lares grundiles.

Grundio, vide Grundiles.

Gulones, λαίμαργοι, guloſi. Apuleius in Apologia: Gulones omnes, qui impenſo precio à piſcatoribus mercantur.

Guſtum dare Senecæ, libamentum dare Gellio, ἀπόγευμα διδόναι. Seneca Epiſtol. 11. libr. 2. Dedit enim nobis guſtum, ad quem reſpondebit.

Gypſati pedes, καταχρηστικῶς pro cretati. Tibullus lib. 3. Eleg. 3. Nota loquor, regnum ipſe tenet quem ſæpe coegit Barbara gypſatos ferre cataſta pedes. Hoc intelligit Iuuenalis Satyr. 1. Nuper in hanc vrbem pedibus qui venerat albis. Plinius li. 32. cap. 18. Hoc eſt inſigne venalitiis gregibus, opprobriúmque inſolentis fortunæ, quod & nos adeò potiri rerum vidimus, vt Prætoria quoque ornamenta decerni à Senatu, iubente Agripina Cl. Cæſaris viderimus libertis tantúmque non cum laureatis facibus remitti illò vnde cretatis pedibus aduenissent. Idem lib. 35. ca. 17. Eſt & viliſſima creta, qua circum præducere ad victoriæ notam, pedéſq; venalium trans mare aduectorum denotare inſtituerunt Maiores. Sic correctius & melius iudicaſſet Brodæus, vir alioqui doctiſſimus & diligentiſſimus, Miſcellan lib 1. cap. 17.

Gyros variare. Cornel. Tacitus lib. de moribus German. Equi non forma, non velocitate conſpicui: nec variare gyros in morem noſtrum docentur.

H*abere* elegãter cum gerundio. Suetonius in Cæſare: Pœnam in ſe vltro depopoſcerunt, vt conſolandos eos magis imperator, quàm puniendos habuerit.

Habere bilem pro incitati ad iracundiam καὶ παροργίζεσθαι. Seneca 2. de Ira: Bilem habere ſæpius quæſtus eſt, quòd foliis roſæ duplicatis incubuiſſet.

Habere pro ſuperuacuo. Iauolenus D. lib. 8. Tit. 4. l. 5. Adiectio itaque Vicini, prô ſuperuacuo habenda eſt.

Habere petitionem. D. de Pactis l. 57. Heres meus ab omnibus vobis petitionem habebit, i. petere poterit.

Habitio, ἕξις, habendi actio. Gellius lib. 1. cap. 4. Debitio enim gratiæ, non habitio cum pecunia confertur.

Hæſus. Diomedes Grammat. lib. 1. Hæreo hæſi: quaſi Paſſiuam quoque id verbum admittat declinationem, inuenimus perfectum tempus, hæſus. Hæſitatus participio vtitur Seneca libro Natural. Quæſtionum 7.

Hæſitationem facere, διαπόρησιν ἐμβάλλειν, ſcrupulum atque dubitationem iniicere: In dubitationem adducere. Traianus

apud Plinium in Epiſtol. Si mihi Senatuſconſultum miſeris, quod hæſitationem tibi fecit, æſtimabo.

Halimus, ἄλιμος ſiue ἄλιμον: In Gallia (vt apud Toloſates) l'erue du Maſclou, i. herba morbi colici: Venetiis Bidone: Cretenſibus σανδαλίδα. Herba eſt fruticoſa, vel potius frutex herbaceus, quē deſcribit Dioſcorides foliis oleæ latioribus, quod falſum: ſed eſt error librariorum. nam pro πλατυτέροις latioribus, legendum ἁπαλωτέροις tenerioribus ac mollioribus, vt legit Plinius libro. 22. capit. 22. Sed rurſus Pliniani codicis corrigendus eſt inueteratus error libro 17. cap. 24. Nec viſcum prodeſt & cytiſus, nec auro, quod alimon vocant Græci. Subſtituendum enim ex Theophrato hiſtor. plant. li. 4 cap. 20. & lib. 5. de Cauſis cap. 22. & cytiſus necatur eo, quod halimon vocant Græci.

Haliphlæos, in Glandifera.

Harenarius, qui in arenam deſcendit, & gladio dat operas. Mæcianus D. lib. 36. Tit. 1. l. 5. Sed & qui magna præditus eſt dignitate vel auctoritate, harenarij, vel eius mulieris quæ corpore quæſtum fecerit, hereditatem reſtituere cogetur.

Harenifodina, Arenaria, ψαμμοθεῖα D. lib. 7. Tit. 1. l. 13. Inde eſt quæſitum, an lapicidinas vel cretifodinas vel harenifodinas inſtituere poſſit.

Harpa, æ, ἅρπη Ariſtotelis (que καταρράκτης Oppiani: & Falcinello Italorum) auis eſt lari minoris ſpecie. Plinius lib. 10. cap. 74. Diſſident aquaticæ anates & gauiæ: Harpæ & Triorches accipiter. Rurſus ibid. Harpe & miluus contra Triorchin. Ex mari victitat, cui inimica piſex, larus, & brenthus, Ariſtotel. Eſt & vulturis ſpecies, vide Vultur.

Hebetudo, hebetatio. Macrobius Comment. lib. 1. cap. 14. Memoria non illa ratione miſta, ſed quæ hebetudinem ſenſuum quinque comitatur.

Hebeteſcit, præter Plin. vtitur Fronto lib. de nom. verborum quę differ Hebeſcit, quod natura obſtupeſcit. Hebeteſcit, quod amittit aciem.

Hebetatus, præter Silium Suetonius in Claudio dixit, variis & tenacibus morbis conflictatus eſt, adeò vt animo ſimul & corpore hebetato, &c.

Hederigera, κισσοφόρος. Catullus de Berecynth. Vbi capita Mænades vi iaciunt hederigeræ.

Helea, ἐλέα Ariſtoteli, Callimacho ἔλεια (ſcribitur &

ἐλέας

λελίας) Gallis Mareſcager: Criccric: Gazæ Velia. Auicula eſt canora: cuius multæ ſpecies.

Helenium primum Dioſcoridis, vide num idem ſit quod Panax Chironium Theophraſti.

Hellenismus. More Græcorum apud Latinos etiam fit poſitio binis dictionibus, præcedentis vltimam breuem producendo, propter ſequentis geminam conſonantem. Ennius apud Cicer. 1. de Diuinat. Auſpicio regni ſtabilitam ſcamna ſolúmque. Catullus in Phaſelli Epigram. Propontidã, trucemúe Ponticum ſinum. Et, Per impotentia freta. Atque alibi: Nec deprecor iam ſi nefariam ſcripta.

Helorius, ἐλώειος, Gallis Corlieu, vel Corlis: auis Creci ſimilis apud Athenæum. Hodie à Græcis vulgò dicitur μακρύμιτὸ à longitudine naſi, i. roſtri: ab Italis Arcaſe: Torquato: Charlot: Venetiis & in Apulia, Tarlino ſiue Terlino: in Anglia Kurlu: Helorio roſtrum incuruum, longum, nigri coloris: Vngues nigerrimi: Pennæ fuſcæ, variæ ac maculoſæ.

Helxine Cyſſampelos. in Orobanche.

Hemeris in Glandifera.

Hepar, ἧπαρ, etiam inter marina eiectamenta hepatis cocti lobum referens, rubrum, poroſum, fragile, putidum, quod per mare vagatur, in fundóque cum algis implicitum ſæpe piſcatorum retibus ac ſagenis extrahitur. Eſt & aliud Hepatis longè diuerſum genus, ſanguine præditum, de quo Bellonius libris de piſcibus.

Hepar piſcis, ἥπατος, & λεβίας Athenæo: De quo Plinius lib. 32. cap. vlt. Athenæus lib. 7. Venetiis piſcis quidam vocatur Figo, qui potius καλλίχθυς ſiue piſcis ſacer (qui anthiæ ſpecies) quàm hepar.

Herba parietaria, quæ vrceolaris Celſo Aureliano. In Epitome Sexti Aurelij Victoris in Conſtantino: Hic Traianum herbam parietariam ob titulos multos ædibus inſcriptos, appellare ſolitus erat.

Hercius, ἕρκιον, vel ἕρκιος, vt nos vulgò herce, Septum quod portis obiicitur, vt καταῤῥάκτης ſiue ἐπιῤῥακτὴ θύρα (de quo in noſtro Lexico in verbo καταῤῥάκτης) porta catarrhacta, ſiue pendula ac recidens, Liuio. Cæſar belli ciuilis lib. 3. Erat obiectus portis Eritius. & infrà, exciſóque Eritio. vbi legendum Hercius, & hercio.

Hiato, hiatas verbum iteratiuum figuratur ab hio hias: vn-

de inchoatiuum hiſco, hiſcis: Diomedes Grammatices lib. 1.

Hieronica, ἱερονίκης, ſacrorum certaminum victor: Suetonius in Nerone: Reuerſus è Græcia Neapolim, quòd in ea primùm artẽ protulerat, albis equis introiit, diſiecta parte muri, vt mos hieronicarum eſt. Cuius moris cauſam docet Plutarchus Sympoſiacôn lib. 2.

Hietare. Diomedes Grammat. lib. 1. Hietare & hiatare veteres dixerunt: Plautus: ſi qua forte concio eſt, vbi eum hietare nondum in mentem venit. Cn. Atticus 20. Iliados: Ille hiatans herbam moribundo ore. Cæcilius: Sequere me tu qui mihi oſcitans hietanſque reſtas. Laberius etiam in Tauro, paſsiuo modo enunciauit: Hietãtur fores, pro eo quod eſt hietant, i. patent.

Himantopus, ἱμαντόπους (aliis αἱματόπους) Gallis pie de mer, i. pica marina. Auis eſt litoribus noſtris, licet infrequens, ardeolæ (quam Aigrette appellamus) magnitudine: cui alæ Gauiæ (quæ à noſtris Monette, vel Gabian) oblongæ atque in acutum ferè deſinentes: corpus Phœnicopteri (vulgò Flambant) roſtrum Ruſticulæ (Gallicè Becaſſe) quaternum digitorum longitudine, & ſecus quàm in reliquis, circa finem ex plano ac lato acuminatum ac nigrum cum alioqui totum rubeſcat. Caput, collum, alarum pars exterior per tranſuerſum albicat: vnde Picæ nomen inditum: Cauda circa extremum nigra, longa vt anatis: Crura longa: Pedum digiti terni, breues. Caro eius nigra, duráque. Plinius (præter Oppianum lib. 3. de Aucupio) ſic lib. 5. cap. 8. Porphyrionibus roſtra & prælonga crura rubẽt. Hæc quidem & himãtopodi (nomen à crurum longitudine lori inſtar) multo minori, quanquam eadem crurum altitudine: naſcitur in Ægypto: Inſiſtit ternis digitis: præcipuè ei pabulum muſcæ: vita in Italia paucis diebus.

Hippæ, ἱππεῖς Ariſtoteli Cancrorum genus eſt phàlangij maioris magnitudine, coloris ſubalbidi punctis ſubrubris conſperſi, quod minimè edule eſt. Plinius lib. 9. cap. 31. de Cancris: In Phœnice hippæ (at apud Ariſtotelem non ἵπποι, i. equi: ſed ἱππεῖς equites) vocantur, tantæ velocitatis vt conſequi non ſit. δρόμων, id eſt, curſor, dicitur hic paruus cancer ab Heſychio: Et inter cancrorum genera δρομίαι apud Ælianum.

Hippocampus, ἱππόκαμπος, Cheualot de mer: Venetiis caualo

ualo mariano, Caualeto, & peſce caualo. Græci nunc ἀσπίδα vocant. Piſcis eſt minimè edulis,ac ſingularis formæ : Cui caput equinum cum proboſcide ſiue roſtro tubulato iubatum eſt : corpus reliquum eminentiis creniſque cartilagineis exaſperatum: in dorſo pinnula: cauda quadrata ac plexilis. Totius longitudo dodrantalis. Captus breui expirat : & dum recens noctulucet: quæ ex oculari obſeruatione ſcribo, καὶ ἐκ τῆς αὐτοψίας, non ex hiſtoria. De eo Dioſcorides lib. 2. cap. 3. Ælianus lib. 14. cap. 20. Plinius lib. 32. cap. 5. atque alibi. Caballio marinus vocatur à Vegetio de re veterinaria.

Hippogloſſa, ἱππόγλωσσον (vel vt melius apud Galenum ὑπόγλωσσον: Herbariorum Biſlinga ſiue Bonifacia (alia verò, Laurus Alexandrina) de qua nos in Lexico, vbi & codicis Dioſcoridis emendatio. Eadem planta Laurus taxa. Plinius libro 15. capite vltimo. Accedit in topiario opere Laurus taxa, excreſcente in medio folio paruulo, veluti lacinia folij.

Hippomanes herba, ἱππομανὲς Theocriti & Crateuæ, Nux Metel Auicennæ (cui fructum ſpinoſum, & ſemina Mandragoræ, vimque ſoporiferam tribuit) Stramonia quam & depingit Fuchſius medicus clariſsimus. Folia ſolani non diſſimilia, flores albi quales ἰασιώνης Theophraſti, i. Concilij Plinii, vel conuoluuli vnico conſtant folio plicatili : fructus vt cucumeris ſylueſtris, rotundi ac ſpinoſi, venenati (vt nobis Venetiis compertum) ac eſu ſtrangulantes. Meminit Theocritus in Parmacentria : ἱππομανὲς φυτόν ἐστι παρ' Ἀρκάσι. τῷ δ' ἔπι πᾶσαι Καὶ πῶλοι μαίνονται ἀν' ὤρεα καὶ θοαὶ ἵπποι: i. Hippomanes planta eſt apud Arcades, qua (i. cuius paſtu) in montibus puli omnes atque equæ celeres in furorem aguntur. Interpretis verba, κεστίνας φησὶ τὸ φυτὸν ἔχειν καρπὸν ὡς σικυοῦ ἀγρίου, (μελάντερον δὲ τὸ φύλλον ὥσπερ μήκωνος) ἀκανθῶδη. Cratenas inquit, hanc plantam fructum habere cucumeris ſylueſtris (nigrius verò folium inſtar papaueris) ſpinoſum. Legat & hæc Perſius, i. doctiſsimus Anguillara, ac viciſsim proficiat.

Hippotamus, ἱπποπόταμος, & ἵππος ποτάμιος Herodoto. De eo quidem Plinius lib. 8. cap. 25. Qui pro hippopotamo oſtenditur in Coloſſo Romæ, & in numiſmate Adriani, viuuſq; Conſtantinopoli viſitur, deſcriptionis notis minimè reſpondet, potiúſque elephantum marinũ ac bouẽ repræſentat. Vide

præter Ammianum Marcellinum, Nicandrum in Cheriacis, & Ælianum de animalib.lib.5.cap.53.

Hippurus, ἵππουρος Ariſtoteli, & ἱππουρίδης Hiceſio, κορύφαινα Dorioni apud Athenæum lib.7. Numenio ἀργυδῆς ἵππουρος: Hiſpanis lampugo. Piſcis marinus eſt, cuius inſignis nota, velut criſta erecta pinna à capite ad caudam per dorſi longitudinem protenſa, pinnæ branchiarum auri æmulæ, & ſquammæ minutiſsimæ. De eo Plinius lib.9. cap.16.

Hirrio. Diomedes Grãmat.lib.1. Grunnio grunniui, & grunnij: Hirrio hirriui & hirrij.

Hirundo ruſtica ſiue ſylueſtris vel agreſtis, Gallis Martinet. Vide Apus. Hirundo riparia, Arondelle riuagere. Drepanis, δρεπανὶς Ariſtotelis, Arondelle de mer, i. hirundo marina. Plinius lib.10. cap.33. & lib.30. cap.4. Hoc tertium genus nidum non facit, ſed ripas excauat, atque ita in terram fœtificat. Sic enim rectius, quàm quod ſubſtituerunt iſti corruptores librorum, internidificar. De Drepani, idem lib.11. cap.47. Eſt & Hirundo Indica, cærulej coloris.

Hirundo piſcis, χελιδὼν, Gallis arondelle (eſt enim hirundini aui ſimilis) quibuſdam Volant: Maſsiliæ Laudola: aliis rondola: Hiſpanis Volador: Venetiis Ziſila, & rondola. Piſcis marinus eſt, pinnis caudáquæ expanſis hirundinj volucri perſimilis: Cui caput oſſeum, vt teſtudini: Oris partes internæ rubræ inſtar ſandarachæ, quibus noctu velut igneus ſplendor abſiſtit, ob idque lucernam piſcem quidam exiſtimarunt. Sed Hirundo, & lucerna non idem piſcis, de quibus diſtinctè Plinius lib.9.cap.27. & lib.32.cap. vlt. Vide Miluus. Nũc in Græcia Hirundo piſcis dicitur, χελιδόνοψάρο.

Holoſerica veſtis, vide Subſerica.

Holoſteon, ὁλόστεον (vt ſcribi debet apud Dioſcoridem) Herbariorum Sabaudiæ (vbi frequentiſsima & in agro Geneuenſi) Auicularis. Herba ſeſsilis eſt, & circinatæ rotunditatis, ramulis inſtar viticularum ac ſarmentorum vndiquaque expanſis. Plinius lib.27. cap.10. Holoſteon ſine duritia eſt herba, ex aduerſo appellata à Græcis, ſicut fel dulce, tenuis vſque in Capillamenti ſpeciem, longitudine quatuor digitorum, ceu gramen foliis anguſtis, aſtringens guſtu. Naſcitur in collibus terrenis, & cætera ex Dioſcoride, à quo confertur in foliis & viticulis coronopo. Ex quibus oſtenditur Matthæolum Corono-

pum

pum nondum agnouiſſe. Vide Coronopus: Et in noſtro Lexico γλυκία, vbi de felle expoſitio Plinij.

Holothura, ὁλοθούρια Ariſtoteli hiſtor. lib.1.cap.1. Sũt verò inter Zoophyta (vt & tethya, atque vrticæ, & ſtellæ) ſaxis non hærentia, aſpero corio contecta. Edulia non ſunt, ſed in littoribus iacent inter maris eiectamenta. Plinius libro 9. cap. 47. Multis eadem natura quæ frutici, vt holothuriis, pulmonibus, ſtellis. Holothuria licet ſaxis affixa non ſint, ſed ſoluta, vt oſtrea tamen immobilia. Vide Tethya, & Cucumis.

Homines maioris peculij, i. viriliores, bene naſati. Vide Viriliores.

Honeſtamenta morum, τῶν τρόπων κοσμήματα. Apuleius in Apologia: Itemque multos philoſophos ab ore honeſtiſsimos memoriæ prodi, qui gratiam corporis morum honeſtamentis ornauerunt.

Honor municipalis, eſt adminiſtratio reip. cũ dignitatis gradu, ſiue cum ſumptu, ſiue ſine erogatione contingens: Calliſtratus D.lib.vlt.Tit.4.l.14.

Honos etiam vox media fuit, & ita appellatus, vt etiam malus honos diceretur, & ſignificaret iniuriam. Quintus Metellus Numidicus in Orat. Qua in re quantò vniuerſi me vnum anteſtatis, tantò vobis, quàm mihi maiorem iniuriam atque contumeliam facit Quirites. Et quantò probi iniuriam facilius accipiunt, quam alteri tradunt, tantò ille vobis, quàm gratiam mihi, peiorem honorem habuit. Vide Gellium lib.12.cap.9. Vbi tamen peior honor, i. quia minor, deterior.

Honoris reuerentiam habere. Calliſtratus D. lib.48. Tit.19.l.28. Omnes qui fuſtibus cædi prohibentur, eandem habere honoris reuerentiam debent, quàm & decuriones habent.

Honoratiſsimus vir, Paterculus Hiſtor.lib.1.

Honorabiliter. Iul. Capitolinus in Macrino: Mãdauit, vt Antoninum honorabiliter ſepeliret.

Honorificentia. Iul. Capitolinus in Ælio Vero: Diu autem & priuatus fuit, & ea honorificentia caruit, qua Marcus ornabatur.

Honoripeta, *æ*, ambitioſus, φιλότιμος. Apuleius lib. de Philoſoph. Culpabiliũ autem virorum quatuor formæ ſunt, quarum prima honoripetarum.

Horitor pro hortor Diomedes Grammatices lib. Item hortor quod vulgò dicimus, veteres nonnulli horitor. Idem (Plautus) in X. Horitor induperator: quaſi ſpecie iteratiua.

Hortulanus, κηπωρὸς, holitor, apud Iulium Firmicum Matheſeos lib.4.

Hoſpicatur pro ſuſpicatur dixit Claudius octauo Hiſtor. teſte Diomede Grammatices lib.1.

Hoſpitalitas, ξενισμὸς, hoſpitandi actio, in alieno hoſpitium. Macrobius Comment. lib.1. cap.21. Animorum origo cæleſtis eſt, ſed lege temporalis hoſpitalitatis hic exulat.

Humectiſsimus, ὑγρότατος. Macrobius Satur. lib.7. cap.6. Mulier honeſtiſsimo eſt corpore. & cap.8.

Humatio, ἐνταφιασμὸς. Præter Plinium vtitur Pomponius D.l.43. Tit.24. l. vlt. Quia ſepulchri ſit, non ſolùm is locus qui recipiat humationem.

Humerale. Paulus D. lib.49. Tit.16. l.14.

Hydrogarum, garum ex aqua. Lampridius in Heliogab. Hydrogarum Romanorum ducum primus publicè exhibuit.

Hydrus, vide Natrix.

Hypecoon, ὑπήκοον, adhuc planta ignota. Quæ ab Herbariis depingitur, deſcriptioni non reſpondet, ſed alceæ ſpecies eſt, quantum obſtinatè refragetur Matthæolus.

Hypotheca, ὑποθήκη. Vlpianus D. lib.13. Tit.7. l.9. Propriè pignus dicimus, quod ad creditorem tranſit: Hypothecam, cùm non tranſit nec poſſeſsio ad creditorem. Tamen quoad actionem hypothecariam attinet, nominis tantum ſonus intereſt. l. res hypothecæ de pign. §. Item Seruiana. de actio. inſtit.

Hyſſopus ſiue *hyſſopum*, ὕσσωπος, ἢ ὕσσωπον. Noſtras ac vulgare nō eſt legitimū hyſſopum Dioſcoridis (vt patet ex capite de Origano, & Chryſocome) cui nec origani folia, nec Chryſocomæ corymbi, quos impropriè Plinius baccas vocat lib.26. cap.11. Vera hyſſopus, eſt album Origanum.

IActare caput, qui geſtus fanaticorum. Lampridius in Heliogab. Iactauit autem caput inter præciſos fanaticos. Tibullus lib.2. Epigr.6. Hæc cecinit vates, & te ſibi, Phœbe, vocauit, Iactauit fuſas & caput

put ante comas. Vlpianus D.lib.21 tit.1.l.1. Si ſeruus inter fanaticos non ſemper caput iactaret. Pindarus tales ῥιψαύχενας vocat. Vide Plutarchum lib. 1. ſympoſ. quæſt. ſect. 6.

Iacent bona, quæ ſine poſſeſſore. Papinianus D.lib.37. Tit. 3. l.3. Nonne iuſtius atque vtilius erit, ad eundem modum &c.

Iactabundus, vt iactabundum mare. Gellius lib.19. cap.1. Mare Ionium violentum, & vaſtum, & iactabundum.

Iactantiſſimus, ſuperlat. Spartianus in Adriano: fuit & plebis iactantiſsimus amator.

Iaculus ſerpens, ἀκοντίας Nicandro, Acontias Ammiano Marcellino, κεγχρίτης & κεγχρίας Aëtio (alius verò κεγχρίτης, i. Cenchris Plinio.) Vocatur hodie à Græcis Saëtta (i. ſagitta) in Lemno Sagittari: à Turcis Ochilanne: apud Heſychium ἀκοντιζός, melius ἀκόντιλος. Ælianus lib.8. Animal. cap. 13. etiam χέρσυδρον vocat. At Cherſydrus eſt natrix, de quo vide in Natrix. Eſt verò iaculus, ſerpens longus tres palmos, craſsitudinis minimi digiti: cui color cinereus & lacteus, totus ſub ventre candidus: collum ſupernè nigricat lineis duabus albis diſtinctum, quæ à capite per totum dorſum ad caudam vſque protenduntur. De eo præter Galenum lib. de Theriaca ad Piſonem, Plinius lib.8. cap.23. vbi ait, Iaculum ex arborum ramis vibrari: nec pedibus tantum pauendas ſerpentes, ſed & miſsili volare tormēto. Non quidē, quòd volent, ſed quia ſeſe librādo iaculātur. Lucanus lib.9.--Iaculique volucres.

Ianuam famæ patefacere. Plinius lib.1. Epiſtol. Illa actio mihi aures hominum, illa ianuam famæ patefecit.

Ianuam aperire, quod de feneſtra, feneſtram immittere. Scæuola D.lib.8. Tit.2.l.41. Lucius Titius aperto pariete domus ſuæ, quatenus ſtillicidij rigor, & tignorum protectus competebat, ianuam in publico aperuit.

Iaſione, vide Concilium.

Iaſpis Caſpia, Gallis Torquoiſe, Italis Turchina non verò Thyïtes Dioſcoridis, vt voluit Fuchſius, minuſq; Iaſpis ἀερίζουσα, (vt putauit Matthæolus) de qua Plinius lib.37. cap. de gemmis non tranſlucētibus: Talis & Iaſpis Caſpia eſt, cerulea circa Thermodoontem amnem. Vocatur & Cyanos. Idē cap. ſequēti de Iaſpidum generibus. Reddetur & per ſe Cyanos, accommodato paulò antè iaſpidis nomine, colore ceruleo. At verò Cyanus lapis Dioſcoridis, alius: qui vulgò lapis lazuli: Cuius Cyanus alter ex arena, Ceruleū vocatur à Plinio lib.34. cap.13.

Iaſpis, ἴασπις, vel ἴασπις λίθος, Gallis Iaſpe: Italis Diaſpro.

Iberus piſcis, Scombrus. Horatius 2.8. His miſtum ius eſt oleo, quod prima Venafri Preſsit cella, garo de ſuccis piſcis Iberi. Vide Scombrus.

Ibis, ἶβις, Gallicè Corgalleran, vel Corbeau Galeran: Auis eſt tota nigra, magnitudine Helorij (qui Gallis Corlieu, ſiue Corlis) cui caput Phalacrocoracis (id eſt corui aquatici, noſtriſque Cormorant) roſtrum rubicundum, incuruum: crura ſubrubra, longa vt ardeæ ſtellaris. Habet & collum ardeolæ, quæ χάλκος Ariſtoteli, à noſtriſque Aigrette appellatur.

Icterus, vide Galgulus.

Ictus ſanguinis, ἀπόπληξις. In Epitome Sexti Aurel. Victoris in M Antonino: Verus inter Altinum atque Concordiam iter faciens, ictu ſanguinis, quem morbum Græci ἀπόπληξιν vocāt, vndecimo imperij anno extinctus eſt.

Idiotiſmus, Seneca Controuerſiarum lib. 7. Idiotiſmus eſt inter oratorias virtutes, res quæ rarò procedit. Magno enim temperamento opus eſt, & occaſione quadam. --nec tamen mirum eſt, ſi difficulter apprehenditur vitio tam vicina virtus.

Idonior, ἐπιτηδειότερος. Calliſtratus D. lib. vlt. Tit. 6. l. 5. Coloni quoque Cæſaris à muneribus municipalibus liberantur, vt idoniores prædiis fiſcalibus habeantur.

Ignauitas, ignauia. Iuſtinus Hiſtor. lib. 43. Nāque Phocenſes ex ignauitate ac maciè terræ coacti, ſtudioſius mare quàm terras exercuerunt.

Ignis innocens. Vlpianus D. lib. 19. Tit. 1. l. 11. Si hoc in locatione conuenit, Ignem ne habeto, & habuit, tenebitur: etiam ſi fortuitus caſus admiſit incendium: quia non debuit ignem habere. Aliud eſt enim ignem innocentem habere: aliud omnino non habere. permittitur enim habere, ſed innoxium.

Ignis miſsilis. Cor. Tacitus lib. 17. Dum faces, & glandes, & miſsilem ignem in obſeſſos iaculantur.

Ignorationem prætēdere. Papinianus D. lib. 16. Tit. 1. l. 7. Quia facti non poteſt ignorationem prætendere.

Ignoratior. Cornelius Tacitus libro 12. Clementiamque ac iuſtitiam quanto ignoratiora barbaris, tanto tolerantiora capeſſeret.

Ignotiſsimus. præter Claudianū Gellius li. 1. c. 10. Phauorinus philo-

philoſophus adoleſcenti veterum verborum cupidiſſimo, & pleráſque voces nimis priſcas & ignotiſſimas, in quotidianis communibúſque ſermonibus expromenti.

Illaborare, ἐπιπονεῖν, ἐπεργάζειν. Cornel. Tacitus lib. de moribus Germanor. Ingemere agris, illaborare domibus.

Illæuigatus, vt illæuigatus ſonus & inconditus, apud Diomedem Grammat. lib. 3.

Illatinus, vt illatinæ coniunctiones ſunt, quanquam, quamuis, tametſi, vt tradidit Plinius in Grammatica, qui citatur à Diomede Grammatices lib 1.

Illaudatus, vide Macrobium Satur. lib. 6 cap. 7.

Illectamenta, θέλγητρα, illicia. Apuleius in Apologia. At ille puellæ meretricis blandimentis, & lenonis patris illectamentis captus.

Illectatio, ἐπαγωγή, illectus, ſiue illicium. Gellius lib. 18. cap. 2. Animũ demulcentes atque laxantes iucundis honeſtíſque ſermonum illectationibus.

Illectatio, δέλεαρ, illicium. Macrobius Satur. lib. 1. cap. 45. Animum demulcentes paulum atque laxantes iucundis honeſtíſque ſermonum illectationibus.

Illectus, non collectus, ἀσύλλεκτος, Gaius D. lib. vlt. de verborum ſignific. ſtipula illecta, ſunt ſpicæ in meſſe deiectæ, quas ruſtici cùm vacauerint, colligunt.

Ilex, πρῖνος & ἀρία, Theophraſto (cuius & ſpecies σμίλαξ. Vide Aquifolia) Gallis cheſne verd, & in Gallia Narbonenſi Eouſe: Italis Elice, alicubi Lecine. Arbor eſt ſemper viridis ac glandifera. Plin. lib. 16. cap. 6. Ilicis duo genera. Ex iis in Italia folio non multum ab oleis diſtãt, ſmilaces à quibuſdam Græcis dictæ: in Prouinciis aquifoliæ. Ilex autem aquifolia, folium habet aquifoliæ, i. τῆς ἀγρίας (vide aquifolia) ſed multo minus, quæ Dioſcoridi κόκκος βαφική: hæc humilis, altera procera. Glans vtriuſque ἄκυλον Theophraſto, glans illigna Horatio. Ex pumilla præcipuè coccus ſiue coccum, & quiſquilium (alii cuſculiũ) Plinio, κόκκος φοινικοῦς Theophraſto, vel κόκκον Hippocrati (vide κόκκος in noſtro Lexico) Gallicè graine, vel graine d'eſcar'a e, in Prouincia Chermes (vt in officinis voce Arabica. Att. m n chermeſinus color ille, ex p mpinella, vt ſuo loco dicetur) nunc vulgò Græcorum πρινοκόκκι, & in Creta χαζόπρινος: granum eſt rubens piſi non lentis inſtar. De quo Plin. lib. 6. cap. 8. Solis ilicibus coccus, maléque δρύι Dioſco-

rides:niſi δρῦς & πρῖνον illicem complectatur, ſitque genus glãdiferarum.

Illiteratus, ἄγραφος, literis non ſcriptus. Gellius lib. 11. cap. 18. Draconis leges non decreto iuſsóque. Sed tacito illiteratóque. Athenienſium conſenſu oblitteratæ ſunt.

Illiteratiſſimus. Plinius Epiſtol. lib. 1. Scribo plurimas, ſed illiteratiſſimas literas.

Illudere capitibus, irrumare, apud Sueton. in Tiberio.

Illuminatio, φωτισμός, Macrobius Satur. lib. 1. cap. 17. Phaneta dixit Solem ἀπὸ τοῦ φωτὸς καὶ φανεροῦ, i. à lumine, atque, illuminatione.

Illuſtriſſimè, λαμπροτάτως. Gellius l. 5. c. 1. Poetarum ſapientiſſimus auditores illos Vlyſſis, labores ſuos illuſtriſſimè narrantis &c.

Illuſtriſſimè, λαμπροτάτως. Gellius libro 9. cap. 13. Puriſſimè atque illuſtriſſimè, ſimplicíque & incõpta orationis antiquæ ſuauitate deſcripſit.

Imaginoſus morbus: de quo Seneca 1. Naturalium Quæſt. Quidam hoc genere valetudinis laborant, vt ipſi ſibi videantur occurrere, vt vbique imaginem ſuam cernant. Facetiſſimè impudicæ mulieres atque fucatæ (ita vt facies earum pro ſpeculo ſit) dicuntur imaginoſum morbum pati, quibus tot amatorum imagines ac facies occurrant & oculis obuerſentur. Catullus in Acme: Acme illa, illa puella — Tota millia me decem popoſcit, Iſta turpiculo puella naſo, Decoctoris amica Formiani. Propinqui, quibus eſt puella curæ, Amicos medicóſque conuocate. Non eſt ſana puella: nec rogate Qualis ſit (morbus quem patitur) ſolet hæc imaginoſum.

Imagunculа, æ, Suetonius in Cæſare: Nactus puerilem imagunculam.

Imbrex varium apud Arnobium contra gentes, ſiue interfinium Iſidoro, i. interſepimẽtum diſcriménque narium, quod velut paries medius atque intergerinus, à Polluce Onomaſtici lib. 2. μυὸς κίων dicitur & διάφραγμα ac συλίς.

Imbricus, ὄμβριος: Præter Plautum, Macrobius Satur. li. 5. ca. 20. Vt hyemps ſerena ſit, ſolſtitium verò imbricum.

Imbricitor, is, ὄμβριος. Ennius in 17. apud Macrob. lib. 6. ca. 2. Concurrunt veluti venti cum ſpiritus Auſtri Imbricitor. Auſter imbricus Plauto, & imbrifer Ouidio.

Imbricator, qui imbres ciet, imbricus Plauto. Macrobius Satur.

tur.l.1.ca.17.De Apoline,i.Sole,Θυμβραῖος,ὅτι τοὺς ὄμβρους θεὶς, quod eſt deus imbricitor.

Immanis ſolœciſmus. Gellius libr.15. cap.9. Tam immanem ſolœciſmum nihil veritus eſt.

Immanſuetior, Comparat. Seneca de Conſolat. ad matrem cap.6. Quid ad homines immanſuetius?

Immatura virgo, quæ nondum viripotens, & viro matura, vt Gellius loquitur. Vlpianus D.lib.47.Tit.10.l.24. Si virginem immaturam ſtuprauerit.

Immemoria, ἀμνημοσύνη, ἀμνησία. Papinianus D.li.41. Tit.2. l.44. Peregrè profecturus pecuniam in terra cuſtodiæ cauſa cõdiderat. cum reuerſus locum theſauri immemoria non repeteret, an deſiiſſet pecuniam poſſidere. Ibidem, infirmitas memoriæ.

Immenſiſſimus, Superlat. Spartianus in Adriano: poſt immenſiſſimas voluptates, &c.

Imminentia, ἐνστάσις. Gellius lib. 9. cap.12. Infeſtus dicitur, ab infantia, atque imminentia fraudis, quam vel facturus cuipiam, vel paſſurus eſt.

Imminutus, non diminutus. Iulianus D. lib.24. Tit.2.l.6. Ita tamen vt bona gratia diſſolutum videatur: priſtinum matrimonium: & vnuſquiſque ſuum ius habeat imminutum.

Immobiliter, ἀκινήτως. Eutriopus lib.3. In ſummo Apennino tempeſtate correptus, biduo continuo immobiliter ſtetit.

Immoderatiſſimus. Suetonius in Nerone: Nam qui luxuriæ immoderatiſſimæ eſſet.

Immoderatiſſimè, Aduerb. Spartianus in Seuero: immoderatiſſimè cum moreretur lætatus.

Immundiſſimus, Superlat. Seneca Controuerſiarum lib. 1. Et immundiſſimis ſe excolere munditiis, noſtrorum adoleſcentium ſpecimen eſt. Idem Epiſtol. 87. liquet immundiſſimos fuiſſe.

Immurmurare verbo etiam locus in oratione proſa. Macrobius Satur.lib.6.cap.7. Prætextatus Auienum Euſtathio inſuſurrantem videns: Quin age, inquit, Euſtathi verecundiam Auieni probi adoleſcentis iuua, & ipſe publicato nobis quod immurmurat.

Immutabiliter, ἀμεταβόλως. Si immutabiliter verum fuit, Celſus D.lib.45.Tit.1.l.99. Apuleius lib. de Mundo: Dum ſpeculatur ad omnia rector eius, atque immutabiliter incumbit.

Imparilitas, ἀνισότης, περισότης. Gellius lib. 14. ca. 1. Imparilitas hæc turbat obſeruationem. Gellius lib. 5. cap. 20. Solœciſmus Latino vocabulo ab Aſinio Capitone eiuſdémque ætatis aliis Imparilitas appellatus, à veſtuſtioribus Latinis ſtribiligo dicebatur.

Impatientia nauſea. Suetonius in Caligula: Cum & Syllanus impatientiam nauſeæ vitaſſet, & moleſtiam nauigandi. Vbi nouè dictum vitate impatientiam.

Impatientius, Aduerb. Comparat. Iuſtinus Hiſtor. lib. 12. Sine vllo triſtioris mẽtis argumento fuit, vt quoſdam impatientius dolentes conſolatus ſit. Et li. 32. Impatientius in dies mortem Demetrij dolebat.

Impenſiſsimus. Suetonius in Tiberio: Matris impenſiſſimis precibus reditum expoſtulate.

Imperatorius, Adiect. Iul. Capitolinus in Pertinace, ſtatura fuit imperatoria.

Imperatoriè, Aduerb. Treuellius Pollio in Claudio: dúmque ſe ad id bellum, quod confecit, imperatoriè inſtruit.

Imperialis Adiect. imperatorius. Iul. Capitolinus in pertinace: Imperium & omnia imperialia ſic horruit, vt ſibi ſemper oſtenderet diſplicere.

Imperitior, Compat. Aſconius Pædian. in Orat. Cicer. in Piſonem: Apud imperitiores patris ſui ſplendorem auxit.

Imperſpectius, cui conſpectius opponitur. Gellius lib. 1. cap. 7. Illud enim ſic compoſitum iucundius ad aurem conſpectiúſque, inſuauius hoc imperſpectiúſque eſt.

Imperſpicuus, ἀσαφής. Plinius lib. 1. Epiſtol. Neque n. minus imperſpicua, incerta, fallacia ſunt iudicũ ingenia, quàm tempeſtatum, terrarúmque.

Impetibilis, indeprecabilis. Apuleius in Apologia: Et nondum penè, iam iniuriæ ſufficit. Iniuriæ dico, imò enim ſceleri aduerſum patentem nefando, immani, impetibili. Vide nun legendum impatibili.

Impetus de celeri nauium curſu. Ennius in 14. Annal. referente Macrobio: Labitur vncta carina, volat ſuper impetus vndas. Catullus in Epigr. de Phaſelo: Neque vllus natantis impetum trabis Nequiſſe præterire. Auctor hymni in Neptunũ, Καὶ νηῶν εὐδέρμον ὁρμὴν. Idem in Leucotheã: ἐν σοὶ γὰρ νηῶν πελαγοσδρόμος ἄστατος ὁρμή.

Impetigo, vide Vitiligo.

Impetiginoſus,(vt pruriginoſus)qui impetigine laborat. Vlpianus D.lib.21.tit.1.l.6.Trebatius,ait,impetiginoſum morboſum non eſſe, ſi eo membro, vbi impetigo eſſet, æquè rectè vtatur.

Impilia,mappæ ſine villis, (vt toralia mappæ villoſæ) πῖλα. Paulus D.lib.33.Tit.10.l.3.Culcitræ,toralia, impilia. vbi in editis corruptè imperia. At lib.34.Tit.2.l.25.Faſciæ crurales,pedulé ſque & impilia veſtis loco ſunt.

Impletus Deo,θεοπληρὴς, inſpiratus, θεόπνευστος. vide inſpirari. Iuſtinus Hiſtor.lib. 24. Ex quo frigidus ſpiritus, in quodam velut vento in ſublime expulſus, mentes vatum in vecordiam vertit,impletóſque deo,reſponſa conſulentibus dare cogit.

Impleto tempore: Vlpianus D.lib.24.Tit.7.l.7.

Implicatiſſimus.Gellius lib.6.cap.2.Quæſtio obſcuriſſima & implicatiſſima.

Imploratus,Particip.Iuſtinus Hiſtor.lib.4.Pulſis ciuitate contra quos implorati fuerant.

Implumis tranſlatè, depilis,ſine pilis. Plinius lib.8.cap. 55.de leporib.Aliud in vtero pilis veſtitum, aliud implume.

Imponere in alienum ædificium portam, vel feneſtram. D.libr. 6.Tit. 1. l. 59. Habitator in aliena ædificia feneſtras & oſtia impoſuit.

Importuniſſimè.Gellius li.20. c.5.Et idcirco importuniſſimè, inquit fecerunt,qui in pleriſque Salluſtij exemplaribus ſcripturam iſtam ſynceriſſimam corruperunt.

Impoſſibilitas,τὸ ἀδύνατον. Fabius Victorinus in 2.Rhetor.Ciceronis: De impoſſibilitate dicit.

Impoſturam pati. Iul.Capitolinus in Galieno. Cum quidam gemmas vitreas pro veris vendidiſſet eius vxori, atque illa re prodita vindicari vellet, ſurripi quaſi ad leonem venditorem iuſſit. Deinde cauea caponem emittit,mirantibúſque cunctis rem tam ridiculam, per curionem dici iuſſit: Impoſturam fecit,& paſſus eſt.

Impotens. Catullus in Epigr.in quo de Cæcilio:Deperit impotente amore. quod ita dictum notat Plinius. Cariſius in 1. Impotens, impos, vel ſine potentia: interdum præpotens, Placidus in gloſſis.

Improbator. ἀποδοκιμαστὴς. Apuleius de Deo Socratis: Arbiter inſeparabilis, teſtis, malorum improbator, bonorum probator.

Imparilitas, ἀνισότης, περιότης. Gellius lib. 14 ca. 1. Imparilitas hæc turbat obſeruationem. Gellius lib. 5. cap. 20. Solœciſmus Latino vocabulo ab Aſinio Capitone eiuſdémque ætatis aliis Imparilitas appellatus, à veſtuſtioribus Latinis ſtribiligo dicebatur.

Impatientia nauſeæ. Suetonius in Caligula: Cum & Syllanus impatientiam nauſeæ vitaſſet, & moleſtiam nauigandi. Vbi nouè dictum vitare impatientiam.

Impatientius, Aduerb. Comparat. Iuſtinus Hiſtor. lib 12. Sine vllo triſtioris mẽtis argumento fuit, vt quoſdam impatientius dolentes conſolatus ſit. Et li. 32. Impatientius in dies mortem Demetrij dolebat.

Impenſiſsimus. Suetonius in Tiberio: Matris impenſiſſimis precibus reditum expoſtulare.

Imperatorius, Adiect. Iul. Capitolinus in Pertinace, ſtatura fuit imperatoria.

Imperatoriè, Aduerb. Treuellius Pollio in Claudio: dúmque ſe ad id bellum, quod confecit, imperatoriè inſtruit.

Imperialis Adiect. imperatorius. Iul. Capitolinus in pertinace: Imperium & omnia imperialia ſic horruit, vt ſibi ſemper oſtenderet diſplicere.

Imperitior, Compar. Aſconius Pædian. in Orat. Cicer. in Piſonem: Apud imperitiores patris ſui ſplendorem auxit.

Imperſpectius, cui conſpectius opponitur. Gellius lib. 1. cap. 7. Illud enim ſic compoſitum iucundius ad aurem conſpectiúſque, inſuauius hoc imperſpectiúſque eſt.

Imperſpicuus, ἀσαφής. Plinius lib. 1. Epiſtol. Neque n. minus imperſpicua, incerta, fallacia ſunt iudicũ ingenia, quàm tempeſtatum, terrarúmque.

Impetibilis, indeprecabilis. Apuleius in Apologia: Et nondum penè, iam iniuriæ ſufficit. Iniuriæ dico, imò enim ſceleri aduerſum parentem nefando, immani, impetibili. Vide nun legendum impatibili.

Impetus de celeri nauium curſu. Ennius in 14. Annal. referente Macrobio: Labitur vncta carina, volat ſuper impetus vndas. Catullus in Epigr. de Phaſelo: Neque vllus natantis impetum trabis Nequiſſe præterire. Auctor hymni in Neptunũ, Καὶ νηῶν εὐδρομον ὁρμήν. Idem in Leucotheã: ἐν σοὶ γὰρ νηῶν πελαγοδρόμος ἄστατος ὁρμή.

Impetigo, vide Vitiligo.

Impe-

Impetiginoſus,(vt pruriginoſus)qui impetigine laborat. Vlpianus D.lib.21.tit.1.l.6.Trebatius,ait,impetiginoſum morboſum non eſſe, ſi eo membro, vbi impetigo eſſet, æquè rectè vtatur.

Impilia,mappæ ſine villis, (vt toralia mappæ villoſæ) πῖλα. Paulus D.lib.33.Tit.10.l.3.Culcitræ,toralia, impilia. vbi in editis corruptè imperia. At lib.34.Tit.2.l.25.Faſciæ crurales,pedulèſque & impilia veſtis loco ſunt.

Impletus Deo,θεοπληρής, inſpiratus, θεόπνευστος. vide inſpirari.Iuſtinus Hiſtor.lib. 24. Ex quo frigidus ſpiritus, in quodam velut vento in ſublime expulſus, mentes vatum in vecordiam vertit,impletóſque deo,reſponſa conſulentibus dare cogit.

Impleto tempore: Vlpianus D.lib.24.Tit.7.l.7.

Implicatiſſimus.Gellius lib.6.cap.2.Quæſtio obſcuriſſima & implicatiſſima.

Imploratus,Particip.Iuſtinus Hiſtor.lib.4.Pulſis ciuitate contra quos implorati fuerant.

Implumis tranſlatè, depilis,ſine pilis.Plinius lib.8.cap. 55.de leporib.Aliud in vtero pilis veſtitum, aliud implume.

Imponere in alienum ædificium portam, vel feneſtram. D.libr. 6.Tit. 1. l. 59. Habitator in aliena ædificia feneſtras & oſtia impoſuit.

Importuniſſimè.Gellius li.20. c.5.Et idcirco importuniſſimè, inquit fecerunt,qui in pleriſque Salluſtij exemplaribus ſcripturam iſtam ſynceriſſimam corruperunt.

Impoſſibilitas,τὸ ἀδύνατον. Fabius Victorinus in 2.Rhetor.Ciceronis:De impoſſibilitate dicit.

Impoſturam pati. Iul.Capitolinus in Galieno. Cum quidam gemmas vitreas pro veris vendidiſſet eius vxori, atque illa re prodita vindicari vellet, ſurripi quaſi ad leonem venditorem iuſſit. Deinde cauea caponem emittit,mirantibúſque cunctis rem tam ridiculam, per curionem dici iuſſit: Impoſturam fecit,& paſſus eſt.

Impotens. Catullus in Epigr.in quo de Cæcilio:Deperit impotente amore. quod ita dictum notat Plinius. Cariſius in 1. Impotens, impos, vel ſine potentia: interdum præpotens, Placidus in gloſſis.

Improbator. ἀποδοκιμαστής. Apuleius de Deo Socratis: Arbiter inſeparabilis, teſtis, malorum improbator, bonorum probator.

Improbatus, Adiect. Vlpianus D. li. 13. Tit. 7. l. 24. Si proſtituit ancillam, vel aliud improbatum facere coëgit.

Improcreabilis, ἄκτιστος. Apuleius in libro de Dogmate Platonis: Materiam verò improcreabilem, incorruptámque commemorat, i. ἀγέννητον.

Improſper, ἀτυχὴς, infelix. Cornel. Tacitus lib. 4. Antonius multa claritudine generis, ſed improſpera. Ibid. Orta inſidiarum magna moles, ſed improſpera.

Improtectus. Idem Gellius li. 7. ca. 3. Sed enim Cato nõ nudam, nec ſolitariam, nec improtectam hãc ἐπαγωγὴν, facit: ſed multis eam modis præfulcit, multíſq; aliis argumẽtis cõuelat.

Improuiſior, ἀπροσοπτότερος. Præter Tacit. Apuleius li. de mundo: Quanto improuiſior & præcipitatior eſt, tãto breuiore caſu reſtingitur.

Impudentiſſimè. Plinius Epiſtol. lib. 4. Vrſo: Fecit enim hoc quoque vt cætera impudentiſſimè. Lampridius in Heliogabalo: quæ pateretur impudentiſſimè.

Impudicum facere, alterius pudicitiam violare. D. lib. 47. Tit. 10. l. 8. Si quis tam fœminam quàm maſculum, ſiue ingenuos, ſiue libertinos impudicos facere adtemptauit. Et lege ſequenti: Adtemptari pudicitia dicitur, cũ id agitur, vt ex pudico impudicus fiat.

Impudiciſſimus. Seneca Controuerſiarum li. 3. in vlt. Quòd plerunque etiam impudiciſſima ſpe vberioris præmij de induſtria ſimulat.

Impugnatus. ἀπολέμητος, ἄμαχος, ſine pugna καὶ ἀμαχητὶ relictus. Gellius lib. 1. cap. 6. Propterea turpe eſſe ait Rhetori, ſi quid in mala cauſa deſtitutum, atque impugnatum relinquat.

Imputare, ἐλλογεῖν. eleganter dixit Plinius lib. 8. cap. de Pantheris: Vt facile appareret gratiam referre, & nihil inuicẽ imputare, quod etiam in homine rarum: i. non reputare viciſſim ſibi quicquam eo nomine deberi, nec inſuper alterum obligatum tanquam eius nomine plus accepto impederit. Solent enim multi in reddenda gratia imputare, tanquam plus inſumpſerint, ipſiſque inſuper debeatur ex accepti & expenſi ratione.

Imputator. Seneca lib. 2. de Benefic. Multi ſunt tam prauæ naturæ, vt malint perdere quæ præſtiterunt, quàm videri recepiſſe, ſuperbi & imputatores.

In æquo ſtare, parẽ & æqualẽ eſſe. Seneca lib. 2. de Beneficiis:

Vix ſibi temperant, quin eouſq; impudentiæ prouehātur, vt naturā odetint, quod infra deos ſumus, quod non in æquo illis ſtetimus. Deſcendere in æquū. Iucunda ſunt, quæ humana fronte, leni, placidáque tribuuntur, quæ cum daret mihi ſuperior, non exultauit ſupra me, ſed quàm potuit benigniſſimus fuit, deſcenditque in æquum, & detraxit muneti ſuo pompam.

In aſſem, quod vulgò dicimus au ſould la liure, ad ſolidum libra, nempe redacta: quod Cicero ad denarium. Modeſtinus D.l.20.T.vlt.l.9. Titius Sempronio & Gaio Seio fundum eundem in aſſem vendidit, quibus, pignori antè dederat in ſolidum ſingulis, i. pro quota cuiúſque debiti, ita vt non ſolidum cuique, ſed pars tantum aliqua ſolueretur. Plinius Secund. Epiſtol.15. Heus tu, promittis ad cœnam, nec venis: dicitur ius: ad aſſem impendium reddes, nec id modicum, i. pro parte tua, habita ſcilicet ratione conuiuarum atque impenſæ. vulgò dicitur pro quotitate.

In bonum exire, bene euenire, bene ſuccedete. Seneca lib. de beata vita capit. 9. Omnia faciet ex impetio ſuo. Nihilque inopinatum faciet: ſed quicquid aget, in bonum exibit.

In ciuitatem ſuam redigere: Seneca: Epiſtol. 121. Per analogiam noſtro intellectu & honeſtum & bonum iudicante. Hoc verbum cū Latini grammatici ciuitate donauerint, ego damnandum non puto, nec in ciuitatem ſuam redigendum.

In commiſſum cadere, Matcianus D. lib.39. Tit.4. l.16. Ibid. in cauſam commiſſi incidete. Quotiens quis mancipia inuecta profeſſus non fuetit, ſiue venalia, ſiue vſualia, pœna commiſſi eſt. Rurſus, In pœnam vectigalis incidere.

In continenti, ἀνύκα, συνεχῶς: nulla temporis intermiſſione ac ſtatim: nos vulgò retinuimus, dicimúſque Incontinent. Vtuntur Iuriſconſulti, vt Vlpianus D.lib.48.Tit.5.l.23.

In deperdito eſſe. Iauolenus D.lib.41.Tit.2.l.21. Quod ex naufragio expulſum eſt, vſucapi non poteſt: quoniam non eſt in derelicto, ſed in depetdito.

In diem addictio. Paulus D.lib.18.Tit.2.l.1. In diem addictio ita fit: Ille fundus centum eſto tibi emptus, niſi ſi quis intra Kalendas Ianuarias proximas meliotem conditionem fecerit, quo tes à domino abeat. Ergò hæc pura venditio, ſiue emptio conditionalis, ita fit vt meliote allata conditione reſoluatur, & diſcedatur ab emptione.

In equum inferre: vt apud Ciceronem, in equum ſuſtuliſſent. Cæſar de bello Gallico lib. 6. Illum in equum quidam ex ſuis intulit.

In expedito eſſe, i. in promptu eſſe. Seneca Epiſtol. 95. Quædam quidem ſunt in animo, ſed parum prompta, quæ incipiũt in expedito eſſe, cùm dicta ſunt.

In facili eſt, pro facile eſt. Tryphoninus D. li. 28. T. 3. Quod in facili eſt, ſi proximo mortis tempore tutores non iure vel curatore ſcripſerit pater.

In factum actionem dare: incerti agere, vel præſcriptis verbis agere: & præſcriptis verbis incerti agere, idem. Vide Præſcriptus.

In falſum. Cornel. Tacitus lib. 4. Munia ſeruarent immoti, teliſque non in falſum iactis.

In iocos transfundi. Suetonius in Auguſto: Cachinum ſuſtulit, atque in iocos transfuſus eſt.

In irritum reuocare. Seneca controuerſiarum lib. 9. Placet mihi in irritum reuocari quæ geſta ſunt.

In leui habere, parui facere. Cornel. Tacitus lib. 3. Quantulum iſtud eſt de quo Ædiles admonent quàm ſi cætera reſpicias, in leui habendum?

In literas dare, in literas mittere, prodere. Macrobius Satur. 5. c. 9. Quos primùm omnium Æſchylus Tragicus, vir vtique Siculus, in literas dedit. Spartianus in Seuero: vt plerique in literas tradunt, alibi mittunt.

In maius ferre. Claudianus de bello Getico: licet omnia vates In maius celebrata ferant.

In maius gratiam referre. Seneca lib. 3. de Benefic. Ergò nec medico in maius gratia referri poteſt.

In matrimonium habere, Iuſtinus Hiſtor. lib. 7. ſub finem. apud Cicer. in matrimonio habere.

In meliorem tranſcribi ſortem. Seneca Quæſt. natural. lib. 1. in præfat. Hæc inſpicere, hæc diſcere, his incumbere, nonne tranſilire eſt mortalitatẽ ſuam & in meliorẽ tranſcribi ſortem?

In memoriam alicuius quidpiam præſtare. D. libr. 24. Tit. 1. l. 17. Peto fideique tuæ committo, vt des, præſtes in memoriam meam pediſequis meis ſingulis menſtrua cibaria & annua veſtiaria certa. Memoriam alicuius celebrare. Ibid. l. 18. Vt per abſentiam filiarum mearum ad Sarcophagum memoriam meam quotannis celebrent.

In mollius referre. Cornel. Tacitus lib.14. Cuncta tamen ad Imperatorem in mollius relata.

In morbo conſumat, imprecatio veterum. Seneca de Benefic. lib.4. cap.39. Quingenti denarij ſunt, illud (quod dici ſolet) in morbo conſumat, fuit tantum non reuocare promiſſum ſuum.

In necem creditoris, i. in detrimentum atque damnum. Vlpianus D. de peculio lib.15. l.21. Sed & ſi eum intricare peculiũ in necem creditorum paſſus eſt. Sic & l.10. Tit. de in rem verſo D. lib.15.

In notitiam perferre. D. lib.29. initio ex verbis mãdati: Cum in notitiam meam perlatum ſit.

In numeris eſſe. Erant autem Numeri, militares libri, quibus militum numerus per ordines diſtributorum continebatur. Paulus D. lib.29. Tit.1. l.38. Sed ſi vt miles feciſſet teſtamentũ, agitare cœpi, quando aſſumptus fuiſſet poſtquam deſiit in numeris eſſe. Vlpianus de bonorum poſſeſſ. ex teſtam. milit. Si quis militum ex alio numero tranſlatus ſit in alium quemuis: & hinc exemptus ſit: & illò nondum peruenerit, tamen poterit iure militari: Eſt enim miles, quamuis in numeris non ſit, ſed nomen ipſius tantum. Hinc referre in numeros, l.42. Et apud Plinium Epiſt. lib.3. Tranquillo: nomen in numeros relatum. Alibi: ſacramento militari nondum diſtributi in numeros erant.

In obliuionem ire, pro venire Salluſt. Seneca de vitæ breuit. cap.13. Satius erat iſta in obliuionem ire.

In omnium virtutum exempla genitus adoleſcens, Velleius Paterculus 2. Hiſtor.

In pendenti eſſe, incertum eſſe. D. lib.5. Tit. de Iudiciis, l.35. Non quemadmodum fideiuſſoris obligatio in pendenti poteſt eſſe, & vel in futurum concipi, ita iudicium in pendenti poteſt eſſe. D. lib.7. Tit.1. l.25. Interdum tamen in pendẽti eſt, cui acquirat iſte fructuarius ſeruus.

In plantas exurgere, ἀκροβατεῖν. Seneca Epiſtol. 112. Philoſophus in ædito ſtat admirabilis, celſus magnitudinis veræ. Non exurgit in plantas, nec in ſummis ambulat digitis, eorum more qui mendacio ſtaturam adiuuant, longioreſque quàm ſunt videri volunt.

In plenum donare, planè dare atque in totum, & abſque cõditione: Pomponius D. lib.40. Tit.7. l.11.

In porrectũ, κατὰ μῆκος, in longitudinem, Celſus D. lib.8. Tit.

6.l.6. Contrà, illud commodum acceſsiſſe ei cui via debebatur, quòd per duas pariter vias id agere poſsit, biſque (pedes) octonos in porrectum, & ſenos denos in anfractum.

In prima viſione, primo aſpectu. Vlpianus D. lib. 16. Tit. 1. l. 8. Proinde ſecundùm hanc ſuam diſtinctionem, in prima viſione vbi quaſi debitrix delegata eſt, exceptionem ei ſenatuſconſulti Marcellus non daret.

In profectu eſſe. Fab. Victorinus in 2. Rhetor. Cicer. At verò homo nunquam ita quid perceptum habet, vt non in profectu quotidie ſit, & hunc profectũ dixerunt προκοπὴν, i. progreſsionem, quam habitum dixerunt.

In profligato eſſe. Gellius lib. 15. cap. 4. Semper eo verbo, qui diligenter locuti ſunt, ita vſi ſunt, vt profligare dicerent prodigere & deperdere, profligatáſque res quaſi profligatas & perditas appellarint: nunc audio ædificia & templa, & alia fere multa, quæ prope abſoluta affectáque ſunt, in profligato eſſe dici, ipſaque eſſe iam profligata, &c.

In quæſtibus eſſe, lucrari, κερδαίνειν. Gellius lib. 16. cap. 19. In quæſtibus iſtic & voluptatibus amoribúſque hominum fuit.

In ſcrupulis partium congruere. Plinius lib. 2. cap. 10. Non ſemper in ſcrupulis partium congruente ſyderum motu.

In ſinum conferre, νοσφίζεσθαι, ſubducere atque abſcondere. Lampridius in Commodo: Omnia iura ſubuertit, prædam omnem in ſinum contulit.

In ſulfurariam damnari, vel in calcariam, Vlpianus D. lib. 48. Tit. 19. l. 8.

In ſumma, εἰς τέλος, tandem, denique. Iuſtinus Hiſtoricus in fine lib. 13. Diu mutuis vulneribus acceptis colluctatus eſt, & in ſummà victus occumbit.

In ſuperuacuum, i. ſuperuacuò, ſuperuacanea opera. Seneca Epiſt. 71. Nullius rei meditatio tam neceſſaria eſt. Alia enim exercentur fortaſſe in ſuperuacuum.

In ſuſpenſo eſſe. Gaius D. libro 9. Tit. 4. l. 15. de ſtatulibero: Si verò rei iudicandæ tempore adhuc in ſuſpenſo ſit ſtatuta libertas. Et D. lib. 38. Tit. vlt. l. 8. In ſuſpenſo eſt ius matris, ſi &c. Dicitur, in pendenti eſſe, Ibidem vlt.

In tributum vocari. Vlpianus D. lib. 14. Tit. de Tributoria actione. Dominus (qui alioquin in ſerui contractibus priuilegium habet: quippe cum de peculio ſolùm teneatur, cuius peculij æſtimatio deducto quod domino debetur fit) tamẽ ſi ſcierit ſer

rit ſeruum peculiari merce negotiari, velut extraneus creditor ex hoc edicto in tributum vocatur. Tributio autem fit pro rata eius quod cuique debeatur.

Inabſolutus, ἀτελής, imperfectus. Apuleius in lib. de Dogmate Platonis; Initia rerum eſſe tria arbitratur Plato, deum, & materiam, rerumque formas, quas ἰδέας idem vocat, inabſolutas, informes.

Inæqualiſsimus. Suetonius in Auguſto: Solebat & inæqualiſsimarum rerum ſortes, & auerſas tabularum picturas in conuiuio venditare.

Inagitatus, Adiect. Seneca Epiſt. 77. Inagitati terroribus, incorrupti voluptatibus, ἀσάλευτοι.

Inagitabilis, qui non monetur atq; agitatur. Seneca Quæſt. Nat. 5. cap. 6. An hoc exiſtimas, nobis quidem vires datas eſſe, quibus nos moueremus, aëra autem inertem, inagitabilem relictum eſſe?

Inamabilius, Seneca Controuerſiarum lib. 7. Nihil eſt inamabilius quàm diligens ſtultitia.

Inanimalis, ἄζωος, ἄψυχος. Apuleius in Hermetis Aſclepio: Animalia omnia, & inanimalia.

Inauerſabilis, ἀναπότρεπτος, ineuitabilis atq; indeclinabilis. Apuleius in Hermetis Aſclepio: Sed ſeruiūt neceſsitati rationis æternæ, quæ æternitas inauerſabilis, immobilis, inſolubilis, eſt.

Inaurator, is, χρυσοχόος. Iul. Firmicus Matheſeos lib. 4. Facit aurifices, inauratores, bractearios, argentarios, &c.

Incantator, γόητης, In prima Scorpij parte quicunque habuerit horoſcopum, erit incantator, qui latentes dolores mitiget poteſtate verborum.

Incaſtè. Seneca Controuerſiarum lib. 2. in 6. Si cum liberis torta eſt & incaſtè, &c.

Incelebratus. Cornel. Tacitus lib. 5. Nobis plæraquæ digna cognitu obuenere, quanquam ab aliis incelebrata.

Incenſè, ardenter. Gellius lib. 10. cap. 3. Deteſtationēq; apud ciues Romanos, incenſè, atq; acriter, atque inflāmanter facit.

Incenſior, magis incenſus atque iratus. Claudianus lib. 3. de Raptu: Phlægraque nobis incenſior æther.

Incenſor, is, ἐμπρηστής, φρυκτωρός. Apuleius lib. de Mūdo: Nocturni exploratores, & nuncij ſpeculatorum incenſoris aſsidui. Tum horum per vices incenſæ faces, &c. Et Ariſtoteles de Mūdo, τῶν φρυκτωριῶν κατὰ διαδοχὰς πυρσευόντων ἀλλήλοις.

Incenſor etiam dicitur, vt incendiarius. Meſsium incenſores, Vlpianus D. lib. 48. Tit. 19. l. 16.

Inceptiuus, ἀρχικὸς, principialis, vt inceptiua litera, Diomedes Grammatices lib. 1.

Incertè, ἀσαφῶς, ἀδήλως. Ennius apud Gellium lib. 19. cap. 10. Incertè errat animus, præter propter vitam viuitur.

Incerti agere. vide præſcriptus. Agitur autem præſcriptis verbis, cùm legitima actio non occurrit, qua poſsimus experiri: quæ ciuilis actio.

Inceſtè. vtitur præter Lucretiũ Suetonius in Nerone: Olim etiam quoties lectica cum matre veheretur, libidinatum inceſtè, ac maculis veſtis proditum affirmant.

Inciſores dentes Iſidoro Etymolog. lib. dẽtes primores, τομεῖς, διχαστῆρες, κτένες, γελασινοὶ, & τομικοὶ Cor. Celſo.

Inclamare contra aliquem, quod inclamare aliquem Plauto, i. obiurgare & increpare. In Epitome Sexti Aurel. Victoris in Nerua. Qui dum ſuggerente ira, nocte voce quàm maxima cõtra quendã Regulũ nomine, inclamaret, ſudore correptus eſt.

Inclementiſſimus, crudeliſsimus. Macrobius Cõment. lib. 1. cap. 10. Dionyſius aulæ Siculæ inclementiſsimus incubator.

Inclinari in caſus. Gellius lib. 10. cap. 13. Nam partim hoc in loco aduerbium eſt, neque in caſus inclinatur.

Inclytiſſimus, ἐνδοξότατος. Gellius lib. 3. cap. 7. Propter eius virtutes omnis Græcia gloriam, atque gratiam præcipuã claritudinis inclytiſsimæ decorauere monimentis.

Incognitum habere, non cognoſcere, ἀγνοεῖν: vt apud Cicer. cognitum habere pro Cognoſcere. Suetonius in Auguſto: Ac die proximo obuium ſibi Auguſtum, cum incognitum aliâs haberet, non ſine admiratione contuitus.

Incomis, incomptus, incultus, agreſtis ac ferus. Macrobius Saturnal. 1. cap. 7. Ab incomi, & tenebroſa vita, quaſi ad lucem & bonarum artium ſcientiam editi ſumus.

Incoloratè, ſine colore ac prætextu. D. de Minorib. l. 18. Non audierunt incoloratè reſtitui deſyderantem.

Incommodari Paſsiuè, minus aptum commodumque fieri. Vlpianus D. lib. 21. Tit. 1. l. 14. Si quis digitis coniũctis naſcatur, non videtur ſanus eſſe: ſed ita demum, ſi incommodatur ad vſum manus, i. incommodum ſuſcipit.

Incommobilitas, dicta Græcè ἀναισθησία: Ita enim dixerim, quæ non extinguit incitamenta irarum, ſed ea ſtupore deficit

immo-

immobili, Apuleius lib. de Philoſophia.

Inconfuſus, Adiect. Seneca quæſt. Natur. lib. 3. in Præf. Animus intrepidus & inconfuſus. Idem lib. 1. de Ira: Officia ſua vir bonus exequitur inconfuſus, intrepidus, & ſic viro bono digna faciet.

Incorporalitas, ἀσωμάτωσις. Macrobius lib. 1. Cõm. cap. 5. Occurrit prima perfectio incorporalitatis in numeris. cap. 11. perfecta incorporalitas.

Incorruptè loqui: vt puriſsimè loqui. Gellius lib. 2. cap. 20. Sed neminem eorum fermè, qui incorruptè locuti ſunt, aut ſcripſiſſe memini, aut dixiſſe.

Incredibilis, ἄπιστος, incredulus. Apuleius in Hermetis Aſclepio: Incredibiles enim poſt delicta cogentur credere, non verbis, ſed exemplis: nec minis, ſed ipſa paſsione pœnarum. Quo patet incredibilem ex cenſu nominum eſſe, quæ vtroqueuerſum dicuntur, & ſunt vltrò & citrò communicatæ ſignificationis, de quibus nos in voce Vtroqueuerſum.

Incredibilitas, ἀπιστία. Vlpianus D. lib. 48. Tit. 5. l. Cùm excuſare ignorantiam ſuam non poteſt, vel adumbrare patientiam prætextu incredibilitatis. Sic omnes optimi libri.

Increpitus. præter Liu. Suetonius in Caligula: cœtorum increpita cupiditate.

Incolatus, ἐνοίκησις. Vlpianus D. lib. 50. Tit. 1. l. 34. Incola iam muneribus publicis deſtinatus, niſi perfecto munere, incolatui renuntiare non poteſt,

Incunctabilis, ſine cunctatione atque hæſitatione, indubitabilis. D. lib. 22. Tit. 5. l. 21. Arcadius, qui & Chariſius. Illud quoque incunctabile eſt, vt ſi res exigat, non tantum priuati, ſed etiam magiſtratus, ſi in præſenti ſint, teſtimonium dicant.

Incurius pro incurioſius. Iuſtinus Hiſtor. lib. 5. Sed cum hinc pro patria ſummis virib. inde pro aliena dominatione incurius pugnaretur.

Incuſatiuus caſus; pro accuſatiuus, apud Diomedem ſæpiſſimè, vt Grammatices lib. 1.

Incuſſus, us, ἄνσσις, ἄνσεισις: ἐμβολή: Cornel. Tacitus lib. 20. Scãdebant iam quidam, cum gladiis & armorum incuſſu præcipitati, ſudibus & pilis obruuntur.

Indebitè, i. indebitò. Paulus D. lib. 22. Tit. 3. l. 25. Sin autẽ cautio indebitè expoſita eſſe dicatur. Ibidẽ: Indebitè promiſiſſe.

Indefectus, ἀδιάλειπτος, non deficiens. Apuleius Deo de Socratis: Et viuacitas illa æterna, & indefecta ſit.

Indefeſſè, Aduerb. Spartianus in Vero: Indefeſſè atque inhumaniter faciens curſitare.

Indefinitus modus, ἀπαρέμφατος, Gellio lib. 1. cap. 7. Qui & futurum tempus habet, vt Facturum, ποιήσειν, dicturum λέξειν, Futurum ἔσεσθαι. Cicero in Verrem quinta Orat. Quocunque venerint, hanc ſibi rem præſidio ſperant futurum. Vbi Futurum verbum eſt indefinitum, neque numeris neque generibus præſeruiens, ſed liberum vndique & promiſcuum. Laberius in Gemellis: Non putaui hoc eam facturum. In Q. quoque Quadrigarij tertio Annali: Dum ii conciderentur, hoſtium copias ibi occupatas futurum. In duodecimo Annali eiuſdem: Si pro tua bonitate, & noſtra voluntate tibi valetudo ſuppetit, & quod ſperemus deos bonis benefacturum. C. Gracchus in Oratione, Credo ego inimicos meos hoc dicturum. Valerius Antias libro 24. Si hæ res diuinæ factæ rectéque perlitatæ eſſent, aruſpices dixerunt omnia ex ſententia proceſſurum. Plautus in Caſina de puella loquens: Etiámne habet Caſina gladium? habet, ſed duos Quibus altero te occiſurum ait, altero villicum.

Indefinitè, ἀορίστως. Gellius lib. 2. cap. 24. Promiſcuè atque indefinitè largita eſt.

Indetonſus. Præter Ouid. Perſius Satyra 3. Quibus indetonſa iuuentus Inuigilat ſiliquis.

Indicatio, verboſa illa ac propemodum ſcurrilis venalium rerum commendatio, qua venalitiarij venditoreſque vti ſolent, vt emptores alliciant. Vlpianus D. libro 19. Tit. 1. l. 13. Quid tamen ſi ignorauit quidem furem eſſe, aſſeuerauit autem bonæ frugi, & fidum, vt carè venderet? Qui ſcit, præmonere debuit furem eſſe: Hic non debuit facilis eſſe ad temerariam indicationem.

Indictus, pro eo qui dici nequit, ἀμύθητος. Apuleius in lib. de Dogmate Platonis: Denum Plato pronunciat cæleſtem, indictum, innominabilem, vt ait ipſe, οὐράνιον, ἀμύθητον, καὶ ἄῤῥητον.

Indignatiuncula. Plinius Epiſtolarum lib. 6. Reſtituto: Indignatiunculam, quam in cuiuſdam viri auditorio cepi, non poſſum mihi temperare, quominus apud te, quia non contingit coram, per epiſtolam effundam.

Indi-

Indigniſſimè, Aduerb. Iul. Capitolinus in Pertinace: Mortē eius populus indigniſſimè tulit.

Indiligentius, negligentius. Cæſar. Commentar. belli Gallici lib. 2. Indiligentius ſeruaturos crediderant.

Indipiſci pugnam, pugnam auſpicari, nō verò hoc loco Gellij pro adipiſci (vt perperàm expoſuerunt) lib. 1. cap. 11. Sed enim Achæos Homerus pugnam indipiſci ait, non fidicularū, tibiarumque concentu, verùm conſpiratu tacito nitibundos. Locus eſt tertio Iliad. vbi agitur de exitu ad pugnam, non verò de victoria ſi exponas indipiſci pugnam, victoria potiri (vt in Dictionariis explicatum eſt) falſum.

Indireptus, ἀδιάρπαστος. Cornel. Tacitus lib. 19. Si Capitolium clauſis foribus indefenſum, & indireptum conflagrauit.

Indiſpoſitus, ἄτακτος. Cornel. Tacitus lib. 17. Apud Vitellium omnia indiſpoſita: temulenta, &c.

Indiſſimillimus. Velleius Paterculꝰ Hiſtor. 2. Decimóq; anno quàm ad indiſſimillimā vitæ ſuæ potentiā peruenerat Lepidꝰ.

Indiſſimulabilis, ἀπαρεγσποίητος. Gellius lib. 10. cap. 22. Hæc Plato cum quadam indiſſimulabili veritate diſſeruit.

Indiſtinctè. præter Gelliū Paulꝰ D. li. 26. T. 1. l. 4. & alibi ſæpe.

Indiuiſſibilis, ἀχώριστος. Diomedes Grāmat. lib. 2. ex Scauro: Elementum eſt minima vis, indiuiſibilis materia.

Indiuulſus, ἀπελπιστος. Macrob. Satur. lib. 1. cap. 11. Dum aliqua ſpes ſalutis erat, indiuulſus comes.

Indoles Pluraliter. Gellius lib. 16. cap. 12. Periculum eſſe, ne eis adhærētes, bonas quoque & vtiles animi indoles amittamꝰ.

Indubitabile ſignum. Vlpianus D. lib. 28. Tit. 5. l. 9. Sed indubitabili ſigno eum demonſtrauerit.

Indoleſcere cum Accuſat. Iuſtinus Hiſtor. lib. 12. vt ferrum in remedia poſceret, tactūq; hominū velut vulnera indoleſceret.

Indubitanter. Vtitur præter Plinium Vlpianꝰ D. lib. 37. Tit. 11. l. 22. Indubitanter probatur bonorum poſſeſſionem petere.

Inducere iniuriam. Gaius D. lib. 5. de inofficioſo teſtam. l. 4. Non eſt enim conſentiendum parentibus, qui iniuriā aduerſus liberos ſuos teſtamento inducunt.

Induere diem. Cornel. Tacitus lib. 5. Qualem diem Tiberius induiſſet pari habitu: Haud multum diſtātibus verbis. Sic trāſlatè ibid. Vtrinq; donis acceptis more gētico diuerſa induêre.

Indulgentiæ Pluralit. Spartianus in Antonino: ad indulgentias proniſſimus fuit.

Indulgentiſsimus, Superlat.Seneca Epiſt.79.Patris mei indulgentiſsimi ſenectus retinuit.

Indulgentiſsimus auunculus, Seneca de Conſolat. ad matrem cap.2.

Indulgentiſsimè.Seneca de Conſolat.ad matrem cap.5. Nũquam ego fortunæ credidi,etiam ſi videretur pacem agere, omnia quæ illa in me indulgentiſsimè conferebat,&c.

Induratius, Cõparat.Seneca lib.1.de Ira: Quid induratius ad omnem patientiam loquitur de Germanis.

Inefficaciter, ἀνεργητῶς, ἀπεράκτως. Paulus D.lib.49.Tit.8.l.2. Inefficaciter condemnatum videri.

Ineffugibilis, ἄφυκτος, ineuitabilis. Apuleius lib. de Mundo: Rerum ineffugibilis neceſsitas vltionis.

Inenarratus, ἀνέκφραστος, inexplanatus. Gellius lib.12. cap. 6. Quod (ænigma)reliquimus inenarratum,vt legentium coniecturas in requirendo acueremus.

Inenodabilis capillus diutina incuria, Apuleius in Apologia.

Inequitare, ἐφιππάζεσθαι, equo inſidere. Tranſlatè pro inſultare. Macrobius Satur.lib.7.cap.15. de Medicina: Quæ ergò coniicit de carne lutulenta, audet inequitare philoſophiæ, de incorporeis,& verè diuinis certa ratione tractanti?

Inerudite, ἀπαιδεύτως. Gellius lib.7. cap.3. Culpauit autem primùm hoc, quod Cato ineruditè, & ἀναγώγως, vt ipſe ait, principio nimis inſolenti, nimiſque acri,& obiurgatorio vſus ſit.

Inexercitus, apud Ciceronem legitur: quia tamen in dubiũ reuocant,alia quærenda authoritas.Macrobius Saturnal.lib.7. cap.8. Ego quoque pro virili portione Diſarium noſtrum inexercitum non relinquo.

Infamata natio. Vlpianus D. lib.21. Tit.1.l. 31. Præſumptum etenim eſt,quoſdam ſeruos bonos eſſe, quia natione ſunt non infamata.

Infamiſsimè. Iul. Capitolinus in Pertinace: Ipſe præterea Cornificiam infamiſsimè dicitur dilexiſſe.

Infantia vini (vt apud Plin. infantia pomi) apud Macrob. Satur.lib.7. cap.7. Vinum cum in infantia eſt, dulce:cum pubeſcit,magis ſuaue quàm dulce eſt.

Infantilis, Adiect. Iuſtinus Hiſtor.lib.17. Infantilibus blandimentis inductus rex. Idem lib.23. Infantilis educatio.

Infantilis, vt apud Vlpianum D. lib. 34. Tit.2. l. 25. Mulie-
bri veſte

bri veſte legata , & infantilem contineti , & puellarum & virginum.

Infatigabilis: qua voce præter Plin. etiam vtitur Macrobius lib. 1 Satur. cap. 21. pro indefatigabilis, indefeſſus, ἀκαταπόνητος.

Infauorabilis, ἀπαράδεκτος, cui detrahendus fauor, fauore indignus, ἀπρόσδεκτος. Celſus D. lib. 37. Tit. 6. l. 6. Nec infauorabilis ſententia eſt, vt hoc ſaltem habeat ex paternis, quod propter illum datum eſt.

Infauorabiliter. Vlpianus D. libr. vlt. Tit. 2. l. 2. Non infauorabiliter quis medium tempus illi prodeſſe veluti iam nato, reſpondebit.

Infensè, ἐχθρῶς, inimicè. Cornel. Tacitus lib. 5. Quippe Tiberius etſi inſensè inuectus, cætera ambigua reliquerat.

Inferæ aues, vide Præpes.

Inferre iudicium. Gaius D. lib. 5. de inoff. Teſtam. l. 4. Non eſt enim conſentiendum parentibus, qui iniuriam aduerſus liberos ſuos teſtamento inducunt. Quod plerunque faciunt, malignè circa ſanguinem inferentes iudicium, nouercalibus delenimentis inſtigationibúſve corrupti.

Infeſtiuiter, ἀτερπῶς, illepidè. Gellius lib. 9. cap. 9. Hoc igitur reliquit, & cætera vertit non infeſtiuiter.

Infeſtus, inimicus, & exoſus, (quaſi ἀνέορτος, ſiue Æolicè ἀνέορτος. Nam ἑορτὴ feſtum, & ὀρτὴ Æolicè ἔορτις) quod vt hoſtis, συνεορταστὴς eſſe non permittitur, nec feſtis intereſſe, ſed excluditur vt ἐξάγιστος atque ſceleſtus: aut qui ita hoſtiliter atque infeſte alium accipit, nec verò feſtiuè atque amicè. Nam à feſtū feſtus feſtiuus, & infeſtus, ac infeſtiuus, i. ἄτερπνος. Non autem à feſtino fit infeſtus, tametſi hoc ineptè tradiderit Nigidius, & Gellius verborum alioqui penſitator ſubtiliſſimus, minus penſiculatè cōtra manifeſtam etymologiā admiſerit. Imò vt & fortius dicamus, ipſum feſtino, à feſto quoque deductum non abſurdè videatur, ob feſtinationem eorum qui ad feſta contendunt & accurrunt.

Inficetiſſimè. Plinius lib. 35. ca. 4. Oſtendens in tabula pictum inficetiſſimè Gallum exerentem linguam. Dicebant enim inficeti non infacetè. Solinus capi. 4. Non inficetè Torannius. Catullus: Inficeto eſt inficetior rure. Idem: Pleni ruris & inficetiarum.

Inſinuare. Apul. de Deo Socrat. Hic caduca & ſubſicina ingenia illa ad beatitudinē ſublimata ſint, hæc ad miſerias inſimata.

Infinibilis, ἄπειρος, ἀπέραντος, infinitus. Apuleius libro de Dogmate Platonis: Cum viduata ſit fine, infinibilis rectè vide ri poteſt.

Infirmatus, debilitatus. Suetonius in Auguſto: Infirmatis fau cibus, præconis voce ad populum concionatus eſt.

Infirmitas ætatis, D. de Minoribus l. 18. vocat & ætatis lubri cum.

Inflammanter, ardenter. Gellius libr. 10. cap. 3. Deteſtatio nemque apud ciues Romanos, incensè, atque acriter, atque inflammanter facit.

Inflatius, Aduerb. in maius. Cæſar Belli Ciuilis libro 2. Hæc ad eum latius atque inflatius Afranius perſcribebat.

Influentia, æ, ἐπιρροή. Influentia vitiorum, apud Iul. Firmicum Matheſeos. lib. 5.

Influxio, ἐπιρροή: Macrob. Comment. lib. 1. cap. 12. Antequam materialis influxio in corpus venientes animas ebriaret.

Infœcundè. Gellius lib. 19. cap. 3. Qui infœcundè atque ieiu nè laudat, deſtitui à cauſa videtur.

Infrænis, vt lingua infrænis, ἀχάλινον στόμα Platoni. Gellius. li. 1. c. 15. Quorum lingua tam prodiga infræníſque ſit, vt fluat ſemper, & æſtuet colluuione verborum teterrima.

Infulatus. Suetonius in Caligula: Cunctantem pueris tradi dit verberatum, infulatúmque.

Infundere ciuitati detrimentum, (vt Cicero dixit, in ciuita tem vitia infundere) Iuſtinus Hiſtoricus libro tertio. Ne con tra fortunam pugnando maiora detrimenta ciuitati infun derent.

Ingeniculus, ἐγγόνασις, ſydus in extremis partibus Piſcium. Iulius Firmicus Matheſeos lib. 8.

Ingeniculare, γονυπετεῖν. Lampridius in Heliogab. Ita vt ſubi to veſtes ad pedes defluerent, nudúſque vna manu ad mam mam, altera pudendis adhibita, ingeniculared.

Ingenium quantæcunque fortunæ capax, quod de Tito dixit Cornel. Tacitus lib. 17.

Ingerere calices vel pocula, crebrò potum affundere atque offerre, ἀθρόον τὸ ποτὸν ἐγχεῖσθαι Xenophonti 8. Pæd. Catullus: Miniſter vetuli puer Falerni Ingere mî calices amariores. Nemeſianus in Cynegetico: Caſtaliúſque mihi noua pocula fontis alumno Ingerit.

Ingluuies auium Plin. veſica in qua aggeritur eſca, ciborum

pri-

primum receptaculum, προλοβος Ariſtot. προηγορεὼν Polluci, & φύσα Suidæ: Gal. falle, vel poche: Ital. Pouga.

Ingredi in ſermonem. Cæſar belli ciuilis libr. 3. Eum ingreſſum in ſermonem Pompeius interpellauit.

Inhabitator, ἐνοικητής. Vlpianus D. lib 9. Tit. 3. l. 5. Niſi vel dominus fuit ædium vel inhabitator.

Inhiatio, nis, magna auiditas. Iul. Capitolinus in Galieno: Scrutantes omnia, atque vnuſcuiuſque vultum mira inhabitatione mirantes.

Inhoneſtamentum, dehoneſtamentum Senecæ li. 2. de vitæ tranquil. cap. vlt. id eſt, dedecus, αἰσχυμοσυνη: ἀκοσμία. Apuleius in Apologia: Sedulò laboro, vt ne quid maculæ, aut inhoneſtamenti in me admittam.

Inhuber, tenuis & exuctus οὐχ ἁδρὸς, apud Gellium lib. 20. ca. 7. Oſtreæ inhuberes macræque.

Inimiciter pro inimicè vſus Accius, ſed & Quadrigarius vel potius S.R. in hoc exemplo literarum apud Gellium lib. 3. cap. 8. Conſules Rom. Salutem dicunt Pyrrho Regi. Nos pro tuis iniuriis continuo animo ſtrenuè commoti, inimiciter tecum bellare ſtudemus.

Iniicere rixam. Velleius Paterculus li. 1. Immixtuſque caſtris hoſtium de induſtria, imprudenter rixam iniiciens interemptus eſt.

Initur æſtimatio, i. inuenitur modus ac ratio rei æſtimandæ. Vlpianus D. lib. 9. Tit 2. l. 41. Si quis teſtamentum deleuerit, an damni iniuriæ actio competat, videamus. Et Marcellus lib. 5. digeſtorũ dubitans negat competere. Quemadmodum enim, inquit, æſtimatio inibitur?

Iniuges hoſtiæ, ἀδμῆτες, ἄζυγες, quæ nunquam domitæ, ac iugo ſubditæ ſunt: quas ita expreſſit Virgilius Æneid. 6. Et intactas totidem ceruice iuuencas: Macrobius Saturnal. libro 3. capite 5.

Iniuriam remittere pro reddere. Seneca lib. 2. de vitæ tranquil. cap. 14. Cato cum illi os percuſſum eſſet, non excanduit, non vindicauit: Iniuriam non remiſit quidem, ſed factam negauit.

Innominabilis, οὐκ ὀνομαστὸς, νώνυμος, non nominandus. Aul. Gellius lib. 2. cap. 6. Illaudatus enim eſt quaſi illaudabilis & innominabilis, qui neque mètione aut memoria vlla dignus eſt neque vnquam nominandus eſt.

Inoffensè,ἀπροσκόπως. inoffenſius Comparat. Gellius lib.6. cap.2. Omnem illam vim quæ de fato extrinſecus ingruit, inoffenſius,tractabiliúſque tranſmittunt.

*Inocciduus.*Præter Statium Claudianus de Raptu li.3.-ignes, Semper inocciduos inſopitóſque manere Iuſſit.

*Inominalis.δύσφημος,*inominatus. Gellius lib.5.cap.17.Tan quam inominalem diem plærique vitant.

*Inopertus,*vt inoperto capite,i.inuerecunde. Seneca de vita beata cap.13.Non timidè nec obſcurè luxuriatur,etiam inoper to capite.Et cap.30.inoperta veritas.

Inordinatio,ἀταξία. Apuleius in Aſclepio Hermetis: Hæc & talis ſenectus mundi veniet,irreligio,inordinatio,irrationabilitas bonorum hominum.

*Inorus,*qui os non habet, ἄστομος. Gellius lib.7.cap. 6.de ſenſibus: Quædam animalium alia alio carent: & aut cæca natura gignuntur,aut inora,inauritáve.Quæ vera lectio. Lege Plinium de Aſtomis lib.7.cap.2.

Inquantum, pro quantum,cui correſpondet τὸ intantũ. Plinius in Panagyrico:Si denique intãtum diligo optimum prin cipem:inquantum inuiſus peſſimo fui.

Inquietiſſimus, Superlat. Spartianus in Saturnino: Saturninus oriundus fuit Gallis ex gente hominum inquietiſſima, & auida ſemper vel faciendi principis vel imperij.

Inquiſitius. Aduerb.maiore inquiſitione.Gellius lib 1.cap.3. Theophraſtus inquiſitius quidem ſuper hac re ipſa,& exactius preſſiúſque quàm Cicero diſſerunt.

*Inſciè,*vt inſcitè,inſcienter. Apuleius de Deo Socratis: Non ritè venerantur:Omnes ſed inſciè metuunt.

Inſcitiſſimè, ἀμαθεστάτως. Gellius lib. 10.cap.21. Inſcitiſſimè igitur petit,vt Æneas portum Velinum requirat.

Inſcriptilis. Diomedes Grammat. lib.1.Vox confuſa eſt irrationalis vel inſcriptilis,ſimplici vocis ſono animalium effecta.

*Inſcrutor,*Ἐξερευνῶ.Macrobius Satur.lib.7.cap.1.Nam ſi Ho meri latentem prudentiam inſcruteris altiùs.

*Inſectio,*Gellius li.18.cap.9.Et ἔννεπε μοι μοῦσα dictum pu tant,quod Latinè inſequi dicitur. Sed etiam ipſum illud ἔπη, quod ſignificat verba aut verſus, non aliunde eſſe dictum tradunt,quàm ἀπὸ τοῦ ἔπεσθαι καὶ εἰπεῖν.Eadem ergò ratione antiqui noſtri narrationes, ſermonéſque inſectiones appellitauerunt. Qui locus cenſura indiget. Eſt enim Gellij inſignis lapſus ex confu-

confuſione verbi ἐπιθαι, cum ἐπιθαι ſequi.

Inſectatus Paſſiuè, διωκόμενος. Hirtius de bello Africo: Grauis enim armaturæ miles, ſimul atque ab his inſectatus conſtiterat, in eóſque impetum fecerat, illi veloci curſu facilè periculum vitabant.

Inſectanter, ὀνειδιστικῶς: iniurioſè. Gellius lib. 19. cap. 3. Turpius eſſe dicebat Phauorinus philoſophus exiguè atque frigidè laudari, quàm inſectanter & grauiter vituperari.

Inſeminandi verbo, præter Gellium, etiam vſus eſt Macrobius Satur. libr. 1. cap. 16. Floris ſpecies florem rerum proteſtatur, quas hic Deus inſeminat, progenerat, nutrit, fouet maturatque.

Inſeparabiliter, ἀδιαχωρίστως. Macrobius Comment. libro 1. cap. 22. Quæ inſeparabiliter inuoluta rerum neceſſitas in ſe vinxit.

Inſibilare. Vſi ſunt quidē poëtæ Ouidius & Silius, verùm & Hiſtorici, vt cōſtat ex Hiſtoria Coruini deſumpta ex Annalib. à Gellio lib. 9. cap. 11. vbi: Coruus in aduerſarij os atque oculos pugnare incipit. inſibilat, obturbat, vnguibus manum laniabat.

Inſidianter, inſidioſè, Iuſtinus Hiſtor. li. 6. Sed Lacedemonij ſecuri, inſidianter abſentiam Arcadum ſpeculati, caſtellum eorum expugnant.

Inſimulator, accuſator, ἐπηρεάζων, κατήγορος: Apuleius in Apologia: At tu piſcium inſimulator, longè diuerſa inſtrumenta Magis attribuis.

Inſipientiſſimus, Superlat. Seneca Quæſt. natur. lib. 2. ca. vlt. Non tibi timidiſſimus omnium videtur & inſipientiſſimus, qui magno ambitu rogat moram mortis?

Inſitiuus hæres, Seneca Controuerſiarum lib. 2.

Inſolubiliter, ἀδιαλύτως. Macrobius Comment. li. 1. c. 6. Cum verò medietas ipſa geminatur, ea quæ extima ſunt, non tenaciter tantùm, ſed etiam inſolubiliter vinciuntur.

Inſopitus. Præter Ouid. Claudianus lib. 3. de Raptu: -ignes Semper inocciduos inſopitóſque manere Iuſſit.

Inſpectio de attenta conſideratione, qua aliquid diligenter diſpicitur eiúſque habetur ratio. Thryphonius D. 16. Tit. vlt. l. 31. Incurrit hîc & alia inſpectio: bonam fidem inter eos tātum quos contractum, nullo extrinſecus aſſumpto, æſtimare debeamus, &c. Viſio eodem ſenſu ſumitur l. Sed & ſi lege 5. adeò de

petit.hæred.& aliis locis.

Inſpector.exemplum hoc D.li.13.Tit.6.l.10.Si rem inſpectori dedi,an ſimilis ſit ei cui commodata res eſt.

Inſpiratio,ἐμπνευσις.Iul.Firmicus Matheſos lib.6.Talis genitura Pindaro & Archiloco dulciſſimi carminis modus diuina ingenij inſpiratione largita eſt.

Inſpiratus:θεόπνευστος.Iuſtinus Hiſtor.lib.18.Cui cùm inſpirati vates canerent,non impunè canerent.lib.24.dixit:Impletos deo,reſponſa conſulentibus dare cogit,i.θεοπληρεῖς.

Inſtantior,is,Gellius lib.13.cap.23. Duplexque eadem compellatio admonitionem facit inſtantiorem.

Inſtantiſsimè,admodum perſeueranter. Sext. Aurel. Victor in Tito:Iſte à puero præclaris ſtudiis probitatis, militiæ, literarum inſtantiſſimè deditus. Et,inſtantiſſimè deſyderare apud Gellium lib.4.cap.18.

Inſtigatrix.Cor.Tacitus lib. 17. Acerrima inſtigatrix aduerſus Galbianos.

Inſtinctus in.Velleius Patercul. Hiſtor.1. Vniuerſa inſtincta in bellum Achaia.

Inſtitutor.Lampridius in Commodo. Tantum valet aut ingenii vis, aut eorum qui in aula inſtitutores habentur.

Inſtringere apud Catullum rectè. Eſt enim inſtringere, ἐνστέλλεσθαι, intúſque cohibere ἢ συστέλλεσθαι. Sed malè expoſuêre per diſſoluere.

Inſtructiſsimus Grammaticus,i.doctiſſimus. Macrobius Satur. lib.5.cap.vlt Didymus Grammaticorum omnium quique ſint, quique fuerint inſtructiſſimus.

Inſtudioſus. Apuleius in Apologia: Quid enim tandem ſi medicinæ neque inſtudioſus, neque imperitus, quæpiam remedia ex piſcibus quæro.

Inſubidus pro inſuaui ac pleniore: Lampridius in Commodo:fuit forma quidem corporis iuſta, vultu inſubido,vt ebrioſi ſolent.

Inſubtilis, Papinianus D.lib.30.Tit.1.l.11.Iulianus nō inſubtili ratione motus.

Inſuetus operum,Cæſar belli ciuilis lib.3.

Inſulſiſsimè,Gellius libr.12. cap.2.Poſtea hoc etiam addidit inſulſiſſimè.

Inſumere,intus ſumere, vt animum inſumere. Tacitus li.14. Creditis ne ſeruū interficiendi domini animum inſumpſiſſe?

Inſu-

Inſuperhabere, ὀλιγωρεῖν, negligere. Papinianus D. lib. 11. Tit. 7. l. 43. Nam propter publicam vtilitatem ne inſepulta cadauera iacerent, ſtrictam rationem inſuperhabemus. Sic & in lege Hæredem. de iis quæ vt ind. Eóque modo Aulus Gellius lib. 1. cap. 19. ac Symmachus Epiſt. 338. lib. 2.

Inſuſuratio, ἐπιψιθυρισμός. Iul. Capitolinus in M. Antonino: Cùm ſuos mores ſemper teneret, neque alicuius inſuſurratione mutaretur.

Intectus, ἀκάλυπτος, detectus ac nudatus. Cor. Tacitus libr. 20. Producuntur propè intecto corpore.

Integræ frontis homo, (qui homini perfrictæ frontis impudentique opponitur) id eſt, illæſæ verecundiæ ac pudoris. Papinianus D. libro 22. Tit. 5. l. 13. Ad quorum officium pertinet eius quoque teſtimonij fidem, quod integræ frontis homo dixerit, perpendere.

Integritas propriè, τὸ ὁλόκληρον. Macrobius Comment. lib. 2. cap. 14. Cùm pars mouetur quieſcente integritate.

Integritudo, integritas. D. lib. 29. Initio ex verbis mandati: Secutus animi mei integritudinem ergà optimos fideliſſimóſque commilitones.

Intelligibilis, διανοητός. Apuleius in Hermetis Aſclepio: Intelligibilis dicitur, non ideo quod putentur non ſubiacere ſenſibus noſtris: magis enim ſentimus eos, quàm quos viſibiles nuncupamus. Seneca Epiſtol. 125. Quicunque voluptatem in ſummo ponunt, ſenſibile iudicant bonum, nos contra intelligibile, qui illud animo damus. Macrobius Comment. libro 1. capi. 6. Eſſe autem dicimus intelligibilia, videri eſſe corporalia omnia: ſeu diuinum corpus habeant, ſeu caducum.

Intemperantiſſimè. Apuleius in Apologia: Apud omnes intemperantiſſimè gloriatur.

Intempeſtiuitas, ἀκαιρία. Gellius lib 3. c. 16. Cùm abortio quibuſdam, non partus videretur menſis octaui intempeſtiuitas.

Intendere iniuriã. Velleius Paterculus Hiſtor. 2. ſperneret iniurias, quæ ab aliis intendebantur. Intentatus, intactus calumniis expérſque fortunæ caſibus. Cornel. Tacitus lib. 5. Dum integer, dum intentatus, honeſtum finem voluiſſe.

Intentiſſimè Aduerb. Lampridius in Heliogabalo: Expectans tamen intentiſſimè, quando ei nunciaretur conſobrinus occiſus.

Inter manus: quo genere loquendi præter Ciceronem ſic vſus eſt Cæſar Belli ciuilis lib.2. Atque hàc agger inter manus proferebatur.

Intercalator dies,ἐμβολιμαῖος,intercalaris. Macrobius Satur. lib.1.c.13. Sed octauo quoque anno,intercalatores octo affluebant dies ex ſingulis.

Intercalatio:ἐμβολισμός. Macrobius Satur.libr.1.cap.15. Alternis ternos vicenóſque intercalares expenſabant intercalationibus quatuor.

Interceſſor,pararius,μεσίτης,proxeneta. Seneca Epiſtol. 120. Æs alienum facias oportet,ſed nolo per interceſſorem mutueris, nolo proxenetæ nomen tuum iactent.

Intercisè: Præter Ciceron. Gellius libro 11. cap 2. Præterea ex eodem libro Catonis, hæc etiam ſparſim & intercisè commeminimus.

Interemptor,φονεύς,interfector,occiſor. Seneca Epiſtol.71. Inuenies etiam profeſſos ſapientiam, qui vim afferendam vitæ ſuæ negent, & nefas iudicent ipſum interemptorem ſui fieri. Iulius Firmicus Matheſ. lib 3. Vxoris etiam & filiorum interemptor eſt. Velleius Paterculus Hiſtor. 2. Interemptorem fratris ſui-conſortíſque eiuſdem imperij euocauit.

Interemptio, φόνος. Plinius libro 7. cap.2. Hæc gens ipſa quidem prope interemptione ſublata eſt à Naſamonibus. Sic in veteribus exemplaribus & in editione Parmenſi: Sed iſti corruptóres librorum maluerunt Internecione reponere.

Interemptus,ſublatus. Vlpianus D.li.40.Tit.7.l.3. Quatenus dilatione interempta ilicò accipiat, quod poſt tempus conſequi poterit.

Interfectio, cædes. Lampridius in Commodo: Compulit ad eius interfectionem conſilia inire.

. *Interfectrix, cis*. Cornel. Tacitus lib.3. Id ergò fas auiæ interfectricem nepotis aſpicere.

Interfœmineum,pars mulierũ inter fœmina,i.naturalia χοῖρος, fœminal Apuleius in Apologia: Interfœmineum tegat, & fœmoris obiectu,& palmæ velamento.

Interfinium, vide imbrex.

Interfluuntur inſulæ,apud Apuleium lib. de Mundo.

Intergarrire. Apuleius in Apologia: Dein pauculis verbis intergarritis.

Interibi

Interibi pro interea, vtitur præter Plautum ac Gellium Apuleius in Apologia: Interibi reualeſco, i. ibi interea.

Interpellatores matrimoniorum. Paulus D. lib. 47. Tit. 11. l. 1. Sollicitatores alienarũ nuptiarum, itemque matrimoniorum interpellatores.

Interpretamentum, ἑρμήνευμα ſiue ἑρμηνεία, expoſitio. Gellius lib. 13. cap. 9. Suculas appellarunt, quòd eas ὑάδας Græci vocãt: tanquam id verbum Latinum Greci verbi interpretamentũ ſit. Vtitur alibi ſæpiſsimè.

Interrogandi caſus, i. Genitiuus. Vide Gellium libro 13. cap. 24.

Interrogatiuè, Aduerb. Aſconius Pædian. in 3. Verr. At enim interrogatiuè pronuntiatum eſt, & contrà reſponſiuè omnes reiecti.

Interſcapilium, μετάφρενον, pars inter ſcapulas. Apuleius Floridor. lib. 2. Cumque interſcapilium (ſcribitur & interſcapulũ) Crates retexiſſet, quod erat aucto gibbere.

Interſeminatus. Apuleius in Apologia. Remedia naturæ munere interſperſa atque interſeminata.

Interſperſus, Apuleius in Apologia: Remedia interſperſa atque interſeminata.

Interualla negotiorum ocio diſpungere. Velleius Paterculus lib. 1. Neque enim quiſquam hoc Scipione elegantius interualla negotiorum ocio diſpunxit, ſemperque aut belli aut pacis ſeruiit artibus.

Interuentor, qui conciliatoris, vel pararij officio fungitur: interceſſor, μεσίτης: medius interiectus Cicer. Vlpianus D lib. 15. Tit. de peculio l. 3. Sed ſi filius fideiuſſor, vel quaſi interuentor acceptus ſit, an de peculio patrem obligat.

Interuentio, fideiuſsio ἐγγύη. D. de Minorib. l. 7. Non ſolũ autẽ in his ei ſuccurritur, ſed etiam in interuentionibus, vt puta ſi fideiuſſorio nomine ſe vel rem ſuam obligauit.

Intextus, us, Plinius lib. 2. cap. 8. Cæterùm æterna eſt cæleſtibus natura intexentibus mundum, intextuque concretis.

Intimator, qui aliquid introducit atque inſinuat. Iul. Capitolinus in Pertinace: quia eum velut ſtultum intimatorem nõnullarum rerum reprehendebat.

Intolerantia morum. Suetonius in Tiberio: At illa commota veteres quoſdam ad ſe Auguſti codicillos de acerbitate: & intolerantia morum eius è ſacrario protulit.

Intorquere talum,de luxatione tali. Hirtius lib.de bello Hiſpanienſi:Pompeius humero,& ſiniſtro crure vehemenrer erat ſaucius:huc accedebat,vt etiam talum intotſiſſet, quæ res maximè impediebat. Infrà: ſaucius,& intorto talo,idcirco tardabatur ad fugiendum.

Intramurani,qui extramuranis opponuntur. Lampridius in in Heliogab. Iuſſerat & canonem P.R. vnius anni meretricibus lenonibus, exoletis intramuranis dari, extramuranis alia.

Intributio, contributio. Vlpianus D.lib.49.Tit. 18.l.4. Nam nec ab intributionibus quæ poſſeſſionibus fiunt,veteranos excuſatos eſſe palam eſt.Et lib.50.Tit.1.l.22. Qui fœnus exercēt, omnibus patrimonii intributionibus fungi debent,& ſi poſſeſſionem non habeant.

Intricare peculium, Vlpianus D.lib.11.Tit.3.l.1.

Introitus Particip.Vlpianus D.lib.47. Tit.10.l.5. Demúmve ſuam in introitam eſſe dicat.

Inturbida iuuenta ſui,Cornel.Tacitus lib.14.

Inualentia,ἀσθένεια. præter Gellium, vtitur Apuleius lib.de Dogmate Platonis:Inuenit ægritudinem, inualentiamque & fœditatem,ἀδυναμίαν.

Inuaſor.In Epitom.Sexti Aurel.Victoris in Aureliano:Nam Romanam vrbem triennio ab inuaſoribus receptauit.

Inuerecundia, Apud Senecam Conttouerſiarum lib.3.in vlt.

Inuerecundè,ἀναιδῶς.D.lib.20.Tit. vlt.l.8.Marcianus: Si voluntate creditoris fundus alienatus eſt, inuerecundè applicari ſibi eum creditor deſyderat.

Inuidioſiſſimus,Superlat. Seneca Controuerſiarum libro 10. Res inuidioſiſſima querebatur de patre meo.

Inuincibilis, inuictus, ἀνίκητος, Vt apud Apuleium in Apologia,inuincibilia argumenta

Inuincibiliter,ἀνικήτως. Apuleius Floridorum libro 4. Ratio concluſa iudicibus acriter & inuincibiliter videbatur.

Inuiſor,cui alter inuiſus,μισητὴς,oſor.Apuleius Florid.lib.1. Si quis fortè in hoc pulcherrimo cœtu ex illis inuiſotibus meis, malignus ſedet.

Inumbratus, non verus,ſed apparens. Celſus D.lib.41.Tit.2. l.18. Si furioſo, quem ſuæ mentis eſſe exiſtimas eo quòd fortè in conſpectu inumbratæ quietis fuit conſtitutus.

Inuoluolus,vide Conuoluolus.

Inuolutè, Aduerb. Spartianus in Caracalla: Queſtus eſt de fratris inſidiis inuolutè, & inconditè ad illius accuſationem.

Inuolutiſſimus, Superlat. Seneca Quæſt. Natur. libro 6. capite 5. Nec in hac tantùm re omnium maxima atque inuolutiſsima.

Inuulgatus, vulgatus. Vt verba inuulgata & ſordentia apud Gellium lib. 11. cap. 7. quæ etiam nimis obſoleta exculcatáque vocat.

Inuulgatus, διατεθρυλλημένος. Gellius lib. 18. cap. 2. Aut decreti cuiuſpiam ex Philoſophia perperàm inuulgati purgatio. Et Inuulgare. Idem lib. 20. cap. Quod diſciplinas ἀκροαματικὰς, libris foras editis inuulgaſſet.

Inuulnerabilis, ἄτρωτος. Seneca de Benefic. libro 5. cap. 5. Neque enim minus fortis ſum, ſi cum inuulnerabili me hoſte committis.

Inuus, i. Pan, ὁ τῆς ὕλης κύριος, Macrobius Saturnal. libro 1. cap. 22.

Iocus eſſe dicitur, qui aliis fabula fit, iocandi ridendíque materia. Propertius in 2. Sed me fallaci dominæ iã pudet eſſe iocum. Horatius 2. Serm. Ne quid tu perdas, non ſis iocus. Catullus: Iocum me putat eſſe mœcha turpis.

Ioculatoria pro iocularia Diomedes Grammat. lib. 3. Poetæ primi Comici fuerunt, Suſarion, Rullus, & Magnes: Hi veteris diſciplinæ ioculatoria quædam minus ſcitè & venuſtè pronũciabant, in quibus hi verſus fuerunt: Ἀκούετε λέξιν, Σουσαρίων λέγει τάδε Κακὸν γυναῖκες, ἀλλ' ὅμως ὦ δημόται Οὐκ ἔστιν οἰκεῖν οἰκίαν ἄνευ κακοῦ.

Iouialis, Dialis. Macrobius Satur. lib. 5. cap. 16. Idem vates Ganimedem, non vt Iunonis pellicem à Ioue raptum, ſed Iouialium poculorum miniſtrum, in cælum à diis aſcitũ refert, velut θεοπρεπῶς decorum.

Iouialis, vt Iouialis ſtella, apud Macrob. Cõmẽt. lib. 1. cap. 19.

Ipſum. Latinè exprimitur talis dicendi modus Græcor. τὸ λέγειν, τὸ φιλεῖν, per ipſum: vt apud Pliniũ lib. 7. cap. 54. Ipſum cremare, apud Rom. non fuit veteris inſtituti, i. τὸ καίειν. nam plus quàm ſimpliciter crematio corporum, demonſtrat.

Iracundiſſimus dicitur vt iratiſsimus. Seneca Epiſtol. 95. Iraſcendum non eſſe magiſter iracundiſsimus diſputat.

Ira eſſe. Vigilius in Æneid. Haud aliter iuſtæ quibus eſt Me-

zentius ire. Odio eſſe aliquem, vſitatum: iræ eſſe, inuetum Maronis eſt: Macrobius Satur. lib. 6. cap. 6.

Iraſcentia, æ, ἀρϛίλότης. Apuleius de Philoſoph. non ſolum rationabilis & iraſcentiæ loca poſsidentur.

Iris, ἴρις, Gallis glaieul, flambe: Italis Iride: Hiſpanis Lirio Cardeno. Eſt domeſtica, & ſylueſtris duum generum. Laudatiſsima Illyraca duorum quoque generum, Rhaphanitis (quæ Sorani ἀϛεαϛαλῖτις) à ſimilitudine, quæ & melior: altera Rhizotomos ſubruſa (intus) Plinius lib. 21. cap. 7. Iris eſt Poetarum hyacinthus. Vide ſuo loco.

Irrationabilitas, ἀλογία, ἀλογιϛία. Apuleius in Aſclepio Hermetis: Hæc & talis ſenectus veniet mundi, irreligio, inordinatio, irrationabilitas bonorum hominum: i. bonorum nulla ratio habebitur. Quod cecinit Heſiodus ἔργων lib. 1. vbi, inquit, Οὐδέ τις εὐόρκου χάρις ἔσσεται, οὔτε δικαίου Οὔτ᾽ ἀγαθοῦ, &c.

Irreligioſitas, ἀσέβεια. Fab. Victorinus in 2. Rhetor. Ciceronis: Religio virtus eſt: Irreligioſitas vitium.

Irreprehenſibilis, ἀνέλεγκτος, ἀνέγκλητος, pro quo irreprehenſus Ouidio. Iul. Firmicus lib. 1. Matheſ. Poſt dictaturæ irreprehenſibilis actus.

Irreſolubilis, ἀδιάλυτος, irreſolutus Ouidio. Apuleius lib. de Philoſoph. Pares enim paribus irreſolubili nexu iunguntur.

Irreuerens. Spartianus in Caracalla: dixit matri irreuerentem eſſe.

Irridunt, pro irrident. Sic parire pro parere apud Veteres. Brutus de patientia: Irridunt horum lachrymas. Ex Diomede Grammat. lib. 1.

Irritator, ἐρεθιστής: Seneca Epiſtol. 109. Cum irritator acceſsit, tunc illa animi bona velut ſopita excitantur.

Iſatis, glaſtum, luteũ Vitruuio, ἰσάτις ἥμερος Dioſcorid. Gallis Paſtel: Voide, Guaulde: Italis Guado.

Iſchæmon, vide Milium.

Iſtò, Aduerb. iſtic. Plinius Epiſtol. lib. 3. Seuero: Deſtino enim ſi tamen officij ratio permiſerit, excurrere iſtò.

Iſtoc, Illoc, pro iſto, illo. Plautus in Ciſtella: Iſtoc ergò auris grauiter obtundo tuas. Catullus ad Licinium: Lugebat numero, modo hoc, modo illoc.

Ita mihi velim deos propitios, genus iuriſiurandi (inquit Aſconius in Diuinat.) id eſt quod dicimus, tantum mihi diuinitas faueat, quantum verum eſt illud quod dico tibi. Cicero ibid.

ibid. Ita mihi Deos velim propitios, vt commoueor animo, ac toto corpore pethorreſco, cum mihi illius diei venit in mentẽ.

Iteratiuum verbum ſiue frequentatiuum, Diomedes Grammat. lib. 1. Iteratiuum iteratiui, vt à curro curſo curſito: video viſo viſito.

Iteratò, Aduerb. iterùm. Iuſtinus Hiſtor. lib. 5. Quibus accitis iteratò præliantur.

Itinerarius, Adiect. vt ſumptus itinerarius. Lampridius in Commodo: Simulauit ſe in Africam iturum, vt ſumptum itinerarium exigeret, i. viaticum ἐφόδιον.

Iugabilis, ζευγητικός. Macrobius Comment. lib. 1. cap. 6. Nec aliter tam controuerſa ſibi ac repugnantia, & natura communionem abnuentia promiſceri, terram dico & ignem potuiſſe, nec per tam iugabilem compotentiam fœderari.

Iudicium etiam latè ſumitur, de voluntate cuiuſpiam vt viſum de rebus ſuis iudicantis, vt D. lib. 16. Tit. 3. l. 1. Si quis tabulas teſtamenti apud ſe depoſitas pluribus præſentibus legerit, Vlpianus iniuriarum agi poſſe arbitratur, ſi hoc animo recitatum eſt, inquit, vt iudicia ſecreta eius qui teſtatus eſt, diuulgarentur. Suetonius in Auguſto: Amicorum ſuprema iudicia moroſiſſimè penſitauit: de teſtam.

Iülis, idis, ἰουλὶς Ariſtoteli, & Syneſio in Epiſt. ἴουλος: Venetiis ac Maſsiliæ Donzella & Domiſella: Genuæ Zigurella: vulgo Græcorum Iglecqua: aliis Zillo: Rodi Afdelle. alibi Sgourdelle. Piſcis eſt marinus gregalis omniúmque pulcherrimus, palmi longitudine: cuius dentes adunci: corpus iridem referens colorum varietate, cum linea ſubcurua à capite ad caudã, pinnaque per dorſum continua. De Iülide Plinius libro 32. cap. 9. Ariſtotel. hiſtor. lib. 9. cap. 2. & Galenus de aliment. lib. 3.

Iunctiſsimus, Superlat. Seneca Controuerſ. lib. 10. Seueri hominis Labieno iunctiſsimi bellè dicta res ferebatur.

Iuncus ſimpliciter, & iuncus rotundus ſiue odoratus, vide in noſtro Lexico σχοῖνος. Eius etiam nunc afferuntur flores: Palearumque recentium guſtus aromaticus ſaporque, qui dum mãduntur, inoffenſus linguam ferit ac mordicat.

Iuncus quadratus, vel triangularis, vide Cyperus.

Iuniperus, ἄρκευθος, Gallicè Geneure, vel geneurier: Italicè Ginepro: Hiſpanicè Enebro. Gũmi Iuniperi, quod Gallis Vernix, etiam Sandaraca (quia Arabicè Sandarax) in Officinis, vocatur.

Iupiter, etiã antiqua exclamatio. Liuius Andronicus apud Feſtum in verbo Quando:Iupiter,vt muro fretus magis. Terẽtius in Eunucho: Iupiter magne, ô ſceleſtum atque audacem hominem. Catullus Epigram.1. Omne æuum tribus explicare chartis, Doctis, Iupiter, & laborioſis. Alibi,Iupiter,vt triſti lumina ſæpe manu. Ariſtophanes Nubibus: Ὦ Ζεῦ τῆς λεπτότητος τῶν φρενῶν. Pro quo Catullus etiam, Di magni. Cato ſenex, Vita dêum immortalium,quam Statilius Maximus, vt ſcribit Cariſius lib.2. ἐκφώνησιν ἀρχαϊκὴν,vt ὦ πόποι dicebat.

Iurare in acta principis. Suetonius in Tiberio: Ideoq; vt imperium iniret,& patris patriæ appellationem,& ne in acta ſua iuraretur,obſtinatiſsimè recuſaſſe. Et infrà: Sed exempli cauſa cauendum, ne ſe Senatus in acta cuiuſquam obligaret.

Iurator: vtitur præter Senecã Macrobius lib.5. cap.19. teſtatum faciebat eſſe iuratorem,de quo iuraret.

Iuratio, ὁρκωμοσία. Macrobius Saturnal.lib.1.cap.6. Verba iurationis concipit, nullam eſſe in villa ſua ſcropham. Ibidem,ea faceti ſsima iuratio.

Ius ſibi dicere in rem aliquam, eſt priuata authoritate nec adito magiſtratu, rem pro ſuo iure capere atque vt propriam vſurpare. D.lib.4.Tit.2.l.13. Quiſquis igitur probatus mihi fuerit rem vllam debitoris,vel pecuniã debitam,non ab ipſo ſibi ſpõte datam,ſine vllo iudice temere poſsidere vel accepiſſe,ſibiq; ius in eam rem dixiſſe,ius crediti non habebit.

Ius pro neceſſitudine atque cognatione. Marcianus D.lib.1. Tit.1. Nonnunquam ius etiam pro neceſsitudine dicimus, veluti eſt mihi ius cognationis vel adfinitatis.

Ius ſibi dicere, magiſtratus authoritatem vſurpare, quorum ius dicere ſolùm intereſt:taléſq; χειροδίκαι Græcis,quibus δίκη ἐν χερσίν, vt inquit Heſiodus. Vetitum autem legibus, ne quis ſibi ius dicat. Viſq; & tunc, quotiens quis id quod deberi ſibi putat,non per iudicem repoſcit, vt teſtis Calliſtratus D.lib.48. Tit.7 l.7. vbi & hæc: Quiſquis igitur probatus mihi fuerit,rẽ vllã debitoris,nõ ab ipſo ſibi traditã, ſine vllo iudice temere poſſidere,eumq; ſibi ius in eã rem dixiſſe,ius crediti non habebit.

Iuris ſcrupuloſitas. Vlpianus D.lib.28. Tit.3.l.12. Licet iuris ſcrupuloſitate, nimiaq; ſubtilitate teſtamentũ ruptũ videatur.

Iuridici,qui iuri dicũdo præſunt. Iul. Capitolinus in M.Antonino: Datis Iuridicis Italiæ conſuluit, ad id exemplum quo Adrianus Conſulares viros reddere iura præceperat.

Iuſiu-

Iuſiurandum remittere. Paulus D.lib.12. Tit.2.l.6. Remittit iuſiurandum qui deferente ſe,cũ paratus eſſet aduerſarius iurare,gratiam ei facit, contentus voluntate ſuſcepti iuriſiurandi.

Iuſiurandũ referre,eſt alterius iureiurando ſtare malle,quàm ſuo. Vlpianus D.lib.12.Tit.2.l.24. Datur autem & alia facultas reo,vt ſi malit referat iuſiurandum. Ibid.relatio iuriſiurãdi,cui delatio opponitur. Et l.38.Paulus:Manifeſtæ turpitudinis &cõfeſsionis eſt,nolle nec iurare,nec iuſiurandum referre. At Plato 12.de leg.vtrumque fieri vetat.

Iuſta ſtatura, quæ quadrata dicitur à Columella lib. 7. inter proceram & exiguam: & à Plauto in Aſinaria, commoda ſtatura. Tranquillus in Tiberio: Corpore fuit amplo atque robuſto, ſtatura quæ iuſtam excederet. Celſus lib.2. Corpus habiliſsimum quadratum eſt, neque gracile neque obeſum. Vide τετράγωνος in noſtro lexico.

Iuuerna, hierna Claudiano,Hybernia Cæſari & Plin. Lycophroni κέρνη, Aliis βερνία: Ariſtoteli & Straboni 4. ἱέρνη & ἰουερνία Ptolemæo. Mela lib.3.cap.7 Super Britanniam Iuuerna eſt.

Iynx, ἴυγξ Ariſtoteli Hiſtoriæ lib. 2. cap.12. Gallis Turcot, vel Terco, Turbot:Italis Collotorto,ſtortacol,Capetorto,vertilla, & Neapoli Formicula (quia formicis veſcitur) Hiſpanis Torzicuello: In Atho monte Græciæ Alcion. Auis eſt paulò maior fringilla varij coloris: cui collum circumagitur, lingua ſerpentibus ſimilis, prælonga, (qua exerta formicas venatur & attractas deuorat) vngues vtrinque bini, Plinius libro 11. cap.47. Sed omnibus quaterni digiti, tres in priore parte, vnus à calce. Hic deeſt quibuſdam crura longa habentibus. Iynx ſola (immò & pſittaci, pici, aueſque nocturnæ) vtrinque binos habet. Eadem linguam ſerpentium ſimilem in magnam longitudinem porrigit. Collum circumagit in auerſum. Vngues ei grandes ceu gracculis. Alia eſt σεισοπυγὶς ſiue motacilla, licet Grammatici confundant. Vide Motacilla.

L

Abellum: Catull⁹ ad Cameriũ:Te quæſiuimus in minore cãpo,te in circo,te in omnib⁹ labellis. vbi Interp. balneis,thermis. Sic à Cicerone,inquit, labrũ dicitur. Et ab Ouid. in 4.Faſt. Nec dryadas,

nec nos videamus labra Dianæ. Et in Ibin: Quique verecundæ ſpeculantem labra Dianæ. Sed errat, nam labrum nõ balneũ, ſed balneatoriæ ſuppellectilis inſtrumentum eſt. Et locus Ciceronis in Epiſt. Labrum ſi in balneo non eſt, fac vt ſit.

Labem patrimonij facere, patrimoniũ labefactare ac perdere: patrimonio excidere. Iulius Firmicus Matheſ. lib. 3. Maxima enim faciet pericula & labem patrimonij.

Laborare in famam, pro laborare de fama ac ſolicitum eſſe. Seneca lib. 3. de Ira: Conſcientiæ ſatisfaciat, nil in famã laboremus, ſequatur vel mala dum bene merearis.

Laburnum, vide Anagyris.

Lacertus piſcis, σαῦρος. Cuius diuerſa genera. Eſt enim Colias, κολίας (Plinio Colias, & Graculus: dicit enim dracone piſcem graguló ſimilem) Genuæ Lacerto: Maſsiliæ Coguiol. Scõbro omnino ſimilis eſt, differens lineis obliquis punctiſque nigris, vnde σκολιόγραπτος, vel vt alii κοιλιόγραπτος dictus ab Ariſtotele apud Athenæum lib. 7. Plinius lib. 32. cap. vlt. Colias Parianus, ſiue Sexitanus è patria Betica, Lacertorum minima. Sic legend. Vide Ariſtotel. Hiſtor. lib. 9. cap. 2. Aliud Lacertorũ genus, Trachurus, τράχουρος (& σαῦρος dictus generis nomine: & nunc vulgo Grecorum σαυρίδι: aliis σαφρίδι) Venetis Suro: Romanis Sauro: Gallis Maquereau baſtard, i. ſcõbrus ſpurius: aliis Gaſcon: à Santonibus Cicharon: in Gallia Narbonẽſi Saurel, vel Sieurel. Piſcis eſt marinus, gregalis abſque ſquamis, ſimilis ſcombro: diſcrimen in linea obliqua, ſerrata, à capite ad caudam producta: De eo Oppianus 2. Halieut. Eſt & σαυρὶς Speuſippi apud Athenæũ lib. 7. Noſtris Becaſſe, aliis Aiguille, piſcis marinus Acui τῇ βελόνῃ ſimilis, breuior, pedalis, ſed craſſior. Cui roſtrum acutius ac breuius, recuruum: maxillæ ſerratæ: à podice pars reliqua ſcombris ſimillima. Quin & Lacertus maris rubri: cuius meminit Ælianus. Hic virgatus lineis aureis interpoſita argentea.

Lacuna etiam Lactantio Gram. cauitas ſiue κοιλότης labri ſuperioris, φίλτρον Polluci lib. 2. Onomaſtici: cui & cauum labri inferioris νύμφη ſiue τύπος.

Lacus anguillarius, D. lib. 18. Tit. 1. l. 69. ex Proculo.

Lætanter, i. lætè, lætanti animo Cicer. Lampridius in Commodo: Quod Commodus lætanter accepit.

Læua numina, Dii qui non iuuandi poteſtatem, ſed vim nocendi habent (Nã Deos quoſdã, vt prodeſſent celebrabãt: quoſdam

dã,ne obeſſent,placabãt)quod de Veioue apud Gelliũ.l.5.c.12. vbi & hæc: Propterea Vergiliũ quoq; aiũt multæ antiquitatis hominẽ ſiue oſtentationis odio peritũ,numina læua in Georgicis deprecari: ſignificantem quandam vim eſſe huiuſcemodi deorum in lædendo magis quam in iuuãdo potentem: Verſus Vergilij hi ſunt: In tenui labor,at tenuis non gloria: ſi quem Numina læua ſinunt,auditque vocatus Apollo.

Læuorſum,apud Feſtũ,quin & Apuleiũ Floridor.lib.1.Cũ igitur áquila eò ſeſe extulit nutu elemẽti læuorſum vel dextrorſũ.

Lagopus auis,λαγώπους, Gallis Perdrix blanche: Italis Pernice bianca di montagna, vel Perdice alpeſtre: quæ Attagen albus quibuſdam. Tota candida eſt excepta cauda quæ nigricat: Pedes vt leporis hirſuti: roſtrum Attagenis. Plinius lib.10. cap.48. Alpium peculiaris præcipuo ſapore lagopus. Pedes leporino villo ei nomen hoc dedere: cætero candidæ, columbarum magnitudine.Non extra terram eam veſci facile,quando nec viua manſueſcit, & corpus occiſæ ſtatim marceſcit.Eſt & alia nomine eodem, à coturnicibus magnitudine tantùm differens,croceo tinctu,cibis gratiſſima.Hæc fortaſſe Lagopodis ſpecies,quæ Italis circa Tridentum Otorno, & Colmeſtre circa Verbanum lacum.

Lamia piſcis (vnde & Lamiarum ſtrygum nomen, quod vt lamiæ voraciſſimæ: à λαιμος guttur: ex quo guloſus λαίμαργος) λαμία Ariſtoteli, & καρχαρίας (teſte Athenæo, licet quidam diſtinguant) & σκύλλα: Baionæ frax: In Italia, Prouincia, Hiſpania Lamiæ nomen remanſit. Piſcis in longis cartilagineis, & cetaceis cenſendus eſt, potius quàm in planis vt à Plinio lib. 9.cap.24. Tanto oris rictu dehiſcit, tantæque voracitatis eſt, vt & loricatum hominẽ deuoraſſe compertus ſit. Itaque de hoc intelligunt,qui Ionam deglutierit.

Lampſana, λαμψάνη (vulgo Cretenſium λαμψαγίδα) olus ſylueſtre inter ſegetes: Northmani vocant Quelloques: Itali Lazana, & Landri. Lege Plin.lib.19.cap.8.vbi Lãpſana, & cyma ſyllueſtris appellatur.

Lampyris Plin. cicindela, quibuſdam noctiluca, λαμπυρὶς vel λαμπουρὶς, & πυγολαμπὰς Ariſtot. φάλαινα Nicandr. & φάλη Lycophr. χυσολαμπὶς Heſych. Ital. luciola, lucio: Gall. ver luyſant: mouſche-claite.

Laniatio,i.laniatus. Seneca 2. de Clementia: Et nullum certius, quàm quod in cædes hominum & laniationes peruenit.

Lanipendia. Pomponius D.lib.24. Tit. 1.l. 31. Sed ſi vir lana ſua veſtimentum mulieri confecerit, quamuis id vxori confectũ fuerit,& vxoris cura,tamen viri eſſe.neque impedire,quòd in ea re vxor tanquam lanipendia fuerit,& viri negotium procurarit.

Lapidare, λιθοβολεῖν, λεύσαι ſiue λιθάζειν,lapidibus obruere. Hirtius de bello Hiſpanenſi: Qui legatos iugulaſſet, lapidare, & ei manus intentare cœperunt.

Lapidarius, λιθουργὸς, λατύπος. Præter Vlpianum vtitur Iul. Firmicus Matheſ.lib.3.Lapidarios facient aut pollinctores.

Lapſabundus. Seneca Epiſt. 53. Alterius fnndamenta lapſabunda,in mollem ac fluidam demiſſa humum.

Largiſsimè. Suetonius in Auguſto: Quoties largiſſimè ſe inuitaret.

Laricina reſina,gracilis, mellei liquoris,virus redolens, Plinius author. lib.24.cap.6.In Officinis pro terebinthina venditur. Affertur tamen & è terebintho,vera terebinthina, ſed rarior eſt. Hæc non viroſa, ſed ſuauiter odorata.

Laruàlis,laruæ ſpeciem habẽs,laruæ inſtar, μορμολυκειώδης. Author luſus in Priapum: Ad me nocte ſolet venire,& adfert Pallorem maciémq; laruałẽ. Apuleius in Apologia: Tertium mendacium fuit, macilentam vel omnino euiſceratã formam diri cadaueris fabricatam, prorſus horribilem & laruałem.

Larus, vide Gauia.

Laſciuiſsimus, ἀσελγέστατος. Suetonius in Tiberio: Cubicula plurifariam diſpoſita tabellis ac ſigillis laſciuiſſimarũ picturarum & figurarum adornauit. Apuleius in Apologia: Cuius ille laſciuiſſimus verſus eſt.

Laſerpitium verum reperitur in montibus Sabaudiæ,& circa Geneuam: De laſerpitio vide quæ ſcripſimus in Lexico in voce Σίλφιον, & ὀπὸς.

Lata fuga, i. exilij ſpecies & certorum locorum interdictio: D.lib.48. Tit.22.l.5:

Latebra ſcribendi, στεγανογραφία, ſcriptura occulta. Gellius lib. 17.ca.9. Quænã verò litera, pro qua ſubderetur, antè iis (ſicuti dixi)complacebat, qui hãc ſcribendi latebram parabant. Ibid. furtiuum ſcriptum & literas ſecretiores vocat. Rurſus: Profunda quædam & inopinabilis latebra.

Lateralia, vulgò bouges,i.bulgæ: quibus vtuntur mercatores Germanici. ſuſpenduntur equorum lateribus ac lumbos oneřant.

onerant. vt dixit Horatius 2.Serm.ſat.6.de mulo:Mantica cui lumbos onere vlceret, atque eques armos. Scæuola D. lib. 32. l. 102. His verbis legauit: Vxori meæ lateralia mea viatoria & quicquid in his conditum erit,&c.vbi multoties hoc nomen repetitum, propter ignorationem vocis variante ſcriptura, quæ & Lateraria perperàm obtrudit.Ibidem, pecuniam in lateralibus condere.

Latibulum temeritatis, Apuleius in Apologia: Ibi verò Æmylianus, cùm te quoque acrius motum,& ex verbis,rem factam videret,quærere occœpit ex diffidentia latibulũ aliquod temeritati.

Latus.Notanda loquendi forma, In cõtrario latere agitare, pro in contrariam partem diſputare. Vlpianus D.l 39. T.2.l.11. Quæ ſpecies eſt in contrario latere apud Marçellum agitata. Quæ tranſlatio ex re equeſtri.

Laudare,interdum diuerſo ſenſu pro ſinere & χαίρειν ἐᾶν, vt & Græcè αἰνεῖν. Virgilius 2.Georg.Laudato ingentia rura,Exiguum colito. Quo imitatus eſt Heſiodum 2. ἐν ἔργοις, vbi: Νῆ' ὀλίγην αἰνεῖν, μεγάλῃ δ' ἐνὶ φόρτια θέσθαι.

Laudatior,ἐπαινετώτερος.Gellius lib.4.cap.9.Quantò maiora auctioráque ſunt,etiam tantò laudatiora ſunt.

Laudes congerere alicui, i. aliquem ampliter laudare. Suetonius in Tito:Tantas mortuo gratias egit, laudéſque, quantas congeſsit ne viuo quidem vnquam,atque præſenti.

Laudicœna,æ. Plinius Epiſtol.lib. 2.Maximo: ſequuntur auditores actoribus ſimiles conducti, & redempti mancipes: in media baſilica,tam palam ſportulæ, quàm in triclinio dantur: Ex iudicio in iudicium pari mercede tranſitur: Inde iam non inurbanè σοφοκλεῖς vocantur. Iiſdem latinum nomen impoſitum eſt Laudicœnis.

Lauer,vide Sion.

Lauo,lauis. Catullus in Egnatium: Aut quilibet, qui puriter lauit dentes.

Lauo,is, dicebant antiqui. Plautus in Pſeud. Tabellas eas lachrymis lauis. Virgilius :Luminis effoſſi fluidum lauit inde cruorem:ex Diomede Grammatices lib. 1.

Laurus Tinus, laurus ſylueſtris:Romæ Lantagine, Venetiis lauro ſylueſtre:alibi Moleſſo,vt Sannio,quæ Oenotria olim,nũc Abruzzo. Laurus pumilla eſt,foliis inodora, admodum florida etiam hyeme, quo maximè expetitur in opere topiario.

Plinius lib.15.cap.de lauri generibus: Poſtea acceſſere genera, Tinus,hanc ſylueſtrem laurum aliqui intelligunt.nonnulli ſui generis arborem. Differt colore, eſt enim ei cerulea bacca. Hæc ille. Tinus admodum alſioſa eſt, multiſque locis hoſpitari neſcia, niſi radices teſta,lapide, aut rudere circumpoſito atque obruto muniantur. Ita lætè prouenit. Tinum eſſe volunt φιλύκην Theophraſti lib.1.hiſtor.cap.14.& 3.cap.4. cum ſit ipſi ἀγεία δάφνη.

Laurus Taxa,vide Hippogloſſa.

Laxamentum ventris,ventris ſolutio, apud Macrob. Satur.7. cap.11.Laxamentum ventris comitatur timorem.

Lectio ſenatus,apud Suetonium in Auguſto.

Legi facilis.pro lectu facili. Gellius lib.17.ca.9. Incorruptam epiſtolam & facilem legi præſtabant.

Legum præſes & cuſtos, *νομοφύλαξ*,.Seneca lib.1.de Ira:Ita legum præſidem,ciuitatiſque rectorem decet.

Leguleius,non legulus, qui legit oleas apud Varronem, & Caton.D.lib.7.Tit.1.l.13.vbi de oliuetis: magnum apparatum ſint deſyderatura opificum forte,vel leguleorum.

Legumentum,ὄσπριον,legumen.Gellius lib.4.ca.11.Opinati enim ſunt plerique *κύαμον* legumentum vulgò dici.

Lenciſcus,vide Mugil.

Lenocinium præbere. Scæuola D. lib.24.Tit.3.l.47. Si tamen ex mente legis ſumet quis, vt nec accuſare poſſit qui lenocinium vxori præbuerit, audiendus eſt: id eſt, cuius lenocinio mulier adulterata fuerit.

Lenocinè, Aduerb. Quæ gladiatorè, quæ lenocinè faceret, actis vrbis indi iubebant, Lampridius in Commodo.

Lens paluſtris(de qua Plinius ex Dioſcoride, lib.22.cap.25.) φακὸς πελαγίτων:Gal.lentille d'eau:Ital.Anarina,& Lẽticularia. Quæ pictura exprimitur à Matthæolo in Dioſcoridem pro altera lentis ſpecie, eſt λέμνα ſiue λέμμα Theophraſti Hiſtor. plant.libr.4.quæ Oxyn forma repræſentat. De qua nos in Lexico.

Leo cruſtatorum generis,λέων. Athenæo leo(ἐκ τῶν μαλακοδέρμων) maior eſt aſtaco. De eo Plinius lib.9.cap.31. Cancrorum genera.carabi, aſtaci, mææ, paguri, Heracleotici, leones.lib. verò 32.cap.11.notam addit: Leones, quorum brachia cancris ſimilia ſunt,reliqua pars locuſtæ.

Lentiſcus,σχῖνος,Gallis Lentiſque:Italis Lentiſco,& ſtinchi in Apulia:

Apulia:Hiſpanis Mata, Bianca.Ex eo reſina lentiſcina, Maſtiche,μασίχη, ſiue χινίνη ῥητίνη:Gallis Maſtic:Italis Maſtiche.Hiſpanis Almaſtiga.

Leonina ſocietas,Vlpianus D.lib.17.Tit. pro Socio.l.29. Ariſto refert Caſſium reſpõdiſſe, ſocietatem talem coïri non poſſe,vt alter lucrum tantùm, alter damnum ſentiret:& hanc ſocietatem leoninam ſolitum appellare. Alluſit ad apologum Æſopicum.

Lepas, vel Lopas Plauto in Rud.λεπὰς Ariſtoteli)& Diminutiuè λοπάδια Tarentino in Geoponicis)Gallis œil de bouc: Northmaniſque Berlin,& Berdin: Venetis Plantalena: Græcorum vulgo hodie Petaglida. Piſcis eſt teſtacei generis non δίθυρον,ſed μονόθυρον.Huic enim ſcutuli inſtar vnica teſta, intus ſcutellæ modo caua, polita,qua lepas continetur cornibus totáque facie cochleis terreſtribus non abſimilis. Saxis depactiſque lignis in mari adhæreſcunt, vt clauorum capita repreſentent.De his Ariſtoteles lib.Hiſtor.5.cap.4.Eſt & lepas fera, (has vt ὠτία Interpres Nicandri, Otia vocat Plinius lib. 32.ca. vlt.)λεπὰς ἀγρία Ariſtoteli Hiſtor.li.4.cap.4.& θαλάττιον οὖς,auris marina(diuerſa ab ea,quæ ὠτάριον, ſiue οὖς ἀφροδίτης Athenæo lib.3.i.auricula,ſiue auris Veneris,quæ ſpecies pectunculorum)noſtris Northmanis, Gouſiche: Cuius & teſta ſingularis, magna,foris gibba,virgata, multiſque foraminibus peruia:Intus politiſſima atque elegantiſſima margaritarum coloris ac ſplendoris,ob id in aurificinis expetita.Lepas fera,nunc vulgo Græcorum Σαπέζυνικη.

Lepidium,λεπίδιον. Lepidium Plinij,& Pauli Æginetæ Iberis ſecunda,eſt Piperitis herbariorum:Gallis Poiurette.Alia eſt herba Lepidion Dioſcoridis.

Lepus marinus,λαγὼς θαλάσσιος: Monſpeſſulanis Imbriago: de quo Nicander, Dioſcorides,lib.2.cap.20. Ælianus Animal. lib.32.cap.19.Plinius lib.9.cap.48.& lib.32.cap.1. Maxima inter authores varietas.Plinius offæ informi comparat. Ælianus cochleæ exenteratæ: Dioſcorides loligini paruæ (quem vidi Venetiis, carne molliſſima.) Et ſic Apuleius in priore Apologia: Hunc adeo piſciculum, quem vos leporem marinum nominatis, plurimis qui aderant oſtendi. Nec dum etiam decerno, quid vocẽt,niſi quærã ſanè accuratiùs, quod nec apud veteres philoſophos proprietatẽ eius reperio,quanquã ſit omnium rariſſima,& Hercule memorãda. Quippe ſolus ille quantũ ſciã,

cùm ſit cætera exoſſis xii. numero oſſa, ad ſimilitudinem talorum ſuillorum, in ventre eius connexa, & cathenata ſunt. Litoribus maris Northmanici circa Cadomum, poſt maris refluxum quædã eiectamenta relinquuntur offæ maximæ, informi ſimillima, quorũ ſubſtãtia mucoſa, ac viſcoſa, pellucida, & ſubalbicãs. Ea cùm mare alluit, antè immobilia, mouere ſe incipiũt, ac viuere ſe teſtantur. Intantum verò venenata, vt ſi quis contrectarit faciémque attigerit tota intumeſcat atque inflammetur cum oculorum periculo. Hoc ego leporis marini generibus adnumero, licet alij pulmonem marinum faciant. Vidi & Venetiis vbi pota di mar vocatur. habet quaſi flagella ſiue digitos quorum extremis ametheſtinus color elegantiſſimus.

Leuare tempus, tempus traducere animi leuandi cauſa. Gellius l. 18. c. 13. Saturnalibus Athenis alea quadam feſtiua, & honeſta luſitabamus huiuſcemodi: Vbi conueneramus compluſculi eiuſdem ſtudij homines, ad leuandum tempus, captiones quæ ſophiſmata appellantur, mente agitabamus.

Leuare veſicam vide Secedere ad officia naturalia.

Leuiuſculus, cuius Poſit. leuiculus Cicer. vt molliculus, molliuſculus. Plinius Epiſtol. lib. 1. Facit verſus quoſdam ſanè ſed data opera molliuſculos, leuiuſculóſque, duriuſculos quoſdam.

Lex iudiciaria, quam tulit Aurelius Cotta prætor, qua communicata ſunt iudicia Senatui & equitibus Romanis & Tribunis ærariis. Rurſus deinde Pompeius in Conſulatu ſecũdò promulgauit, vt ampliſſimo ex cenſu ex centuriis aliter quàm antea lecti iudices, æquè tamen ex tribus ordinibus res iudicarent, Aſconius Pædianus in Orat. Cicer. in Piſonem, vbi: Ecquid vides? ecquid ſentis lege iudiciaria lata quos poſthac iudices ſimus habituri?

Lex annaria, qua cautum erat, ne quis ante præſtitutos annos honores adipiſceretur. Lampridius in Commodo: Venia legis annariæ Conſul eſt factus.

Libamentum dare, guſtum dare Senecæ, i. præbere aliquod ſpecimen. Gellius lib. 16. cap. 8. Sed hoc iam breue ex Dialectica libamentum dediſſe, nunc ſatis erit. Rurſus lib. 20 c. vlt. Primitias quaſdam & quaſi libamenta ingenuarũ artiũ dedimus.

Liberalia iudicia, in quibus de liberali cauſa ac libertate alicuius agitur. Vlpianus D. lib. 2. T. 12. l. 3. Liberalia quoque iudicia omni tempore finiuntur.

Liberatio pro ſolutione. Paulus D. de verborum ſignif. Liberatio-

rationis verbum eandem vim habet,quàm ſolutionis.

Liberationem debitori legare, D.libro 34.Tit.3.l. Omnibus enim debitoribus,ea quæ debent rectè leguntur.Ibid.Si mihi liberatio relicta ſit.

Libertini dedititij,de quibus in Iuſtiniani inſtit. Qui apud antiquos manumittebantur, modò maiorem, & iuſtam libertatem conſequebantur, & fiebant ciues Romani: modò minorem & latini Iuniani ex lege Iunij Norbani fiebant:Modò etiam inferiore, & fiebant ex lege Sentia dedititij. Nam ſi quiſquam diu ſeruitutem ſeruierat, ſupplicium ex delicto dediſſet,vt aut inſcriptus fuiſſet, aut in publicum carcerem coniectus, aut ex delicto verberatus, & ſe delinquiſſe confeſſus fuiſſet, dein gratia inita à domino manumitteretur, Libertinus dedititius vocabatur, ad exemplũ videlicet peregrinorum dedititiorum. Nam cùm aliquando peregrini quidam Romanorum vectigales, elatis animis bellum repentè aduerſus eoſdem ſuſcepiſſent, tum victi vi, abiectis armis, ſe victoribus dedidiſſent, hactenus humanè tractati ſunt à Romanis, vt vitam quidem imperrarent, ſed hac velut ignominia notarentur, vt Dedititij deinceps vocati ſint, quia ſe dedidiſſent. Vide Politian.Miſcellan.84.

Libido vrinæ,mingendi appetitus.Gellius lib. 19.ca.7. Quærit cur accidat,vt eum qui propter ignem diutius ſtetit, libido vrinæ laceſſat.

Libidinoſiſſimus, Superlat. Lampridius in Heliog.vaſa nonnulla ſchematib. libidinoſiſſimis inquinata.

Libitinenſis porta, qua efferebantur mortui. Lampridius in Commodo de prodigio eius mortis: Ipſe in pullis veſtimentis præſidens, galea eius bis per portam Libitinenſem elata eſt.

Librarius,vnius libræ.Cum Columella Gellius lib. 20.cap.1. Nam librariis aſſibus in ea tempeſtate populus vſus eſt.

Librarius.D.lib.vlt.T.6.l.vlt.Librarij quoque qui docere poſſint:& horreorum librarij, & librarij depoſitorum, & librarij caducorũ numerantur ab Arcadio inter eos, quibus aliquam vacationem munerum grauiorum conditio tribuit.

Libratio. Diomedes Grammat. libro 3. Autor huius librationis Agretius.

Liburna. Eutropius li.2.de bello Punico: In mari dimicauerunt paratis nauibus roſtratis,quas liburnas vocant.

Licentiam habere. Iulianus D.li.24.T.2.l.6. Tūc ſi quinquennium à tempore captiuitatis exceſſerit, licentiam habet mulier ad alias migrare nuptias.

Ligaturæ, περιάμματα, amuleta. Fabius Victorinus 1. Rhetor. Ciceronis: Medici officium eſt curare, ſed quia multi & incantatione & ligaturis curant.

Ligneus tranſlatè de emaciato. Catullus ad Furium: Et cum coniuge lignea parentis, i. gracilis atque exucci corporis Senecæ, τοῦ σώματος ἀπόξυλα. Alexis apud Athenæum: Ἀχρολίπαροι, τὸ δ' ἄλλο σῶμα ἀπόξυλον. Sic vulgò dicimus, il eſt ſec comme bois, de ſtrigoſo atque macilento. Lucretius in 4. Neruoſa, & lignea dorcas. Terentius, Puellas curatura iunceas reddi dixit, i. tenues Καννάβεις dici oſtendimus in Lexico.

Ligneolus, vt lingneolæ figuræ. Apuleius de Mundo, Illi qui in ligneolis hominum figuris geſtus mouent, i. νευρόσπαστοι.

Lignum, de teſtamento quod ligneis tabulis deſcribi ſolebat. Thryphoninus D. libro 37. Tit. 4.l.19. Quod vulgò dicitur, liberis datam bonorum poſſeſſionem contra lignum eſſe (i. contra tabulas.) Sic intelligendum, &c. Qua in ſignificatione etiam vſurpauit Apuleius. Vide Duarenum 2. Diſput. cap. 30.

Liguſtrum, κύπρος. Plinius libro 12. cap. 24. Cyprus in Ægypto eſt arbor Ziziphi foliis, ſemine coriādri, flore candido, odorato. Quidā hanc eſſe dicūt arborē quæ in Italia liguſtrum vocetur. Et lib. 24. cap. 10. Liguſtrum eadem arbor eſt, quæ in oriente Cypros. Sed tale liguſtrum, nemo nunc iudicat. Error hinc natus, quia Cypros Dioſcoridis proximè accedit ad liguſtrum Latinorum, quod Gallis Troeſne: Italis Coniſtrella, vel Conaſtrello, Guiſtrico. Hoc liguſtrum, non eſt arbor, ſed frutex: nec folia oleæ adſimilia ſunt, nec viridiora: nec ſimiliter flores ſuauis odoris. Itaq; Cypros Dioſcoridis eſſe nō poteſt, quicquid afferat ter doctus Matthæolus.

Limitanei duces, qui limites imperij tuentur. Lampridius in Alex. Seuero: Sola quæ de hoſtib. capta ſunt, limitaneis ducibus, & militibus donauit.

Lineamentatio, lineamentorū ductus, ὑπογραφή: Iulius Firmicus Matheſeos lib. 1. Vnde enim ſeſe ſinguli propria corporis lineamentatione cognoſcunt.

Lineola, æ, parua linea, γραμμίδιον. Gellius lib. 10. cap. 1. Tribus tantum lineolis III. inciſis ſignificatus eſt.

Lines

Lines. D. libro 19. Tit. 1. L 15. Lines, & labra, & ſalientes, fiſtulæ. Vbi fortaſſe λινοὶ legi debet funes repoſuit Budæus.

Linium, vide Præminiſtrare.

Linguæ obligatio, i. impedimentum ac vinculum: cui vitio lingua ſoluta atque expedita opponitur. Iuſtinus Hiſtor. lib. 13. Cyrene autem condita fuit ab Ariſteo, cui nomen Batto propter linguæ obligationẽ fuit. ἀγκυλόγλωσσον hoc vocant Græci. Infrà ait, Linguæ nodis ſolutis, loqui primum cœpit.

Linguæ titubantia (quæ oris titubãtia Suetonio) Macrobius Saturnal. lib. 7. cap. 6.

Linguarium, inſtrumentum quo lingua alicui occluditur, φορβεία, ςόμιον, ἢ περιςόμιον. Seneca de Benefic. lib. 4. cap. 36. Ecce vt doleat tibi, vt poſtea conſyderatius loquaris (quod dicere ſolemus) linguarium dabo. Plautus Trinumo: Occluſiſti linguam, nihil eſt quî reſpondeam. Rurſus in Milite: Quippe ſi reſciuere inimici conſilium tuum, tibi Tuopte conſilio occludunt linguam, & conſtringunt manus. ἀποςομίζειν.

Lingulæ loliginum, apud Apuleium in Apologia, de gladiolis loliginum, i. oſſiculis inſtar cultelli. Nam, vt author Gellius lib. 10. cap. 25. Veteres lingulam (ſcriptum & ligulam) etiam dixerunt gladiolum oblongum in ſpeciem linguæ factum: cuius meminit Næuius in Tragœdia Heſiona, Sine mihi gerere morem, videar lingua verum lingula.

Lingulaca piſcis, vide Solea.

Linter, etiam vas vno ligno exſculpto, vt nauis, quo vtuntur alueo in vindemia: Nauia dicitur à Feſto Pompeio. Tibullus lib. 1. Eleg. 4. Aut mihi ſeruabit plenis in lintribus vuas.

Linteum, quo facies extergitur. Catullus in Aſinium: manu ſiniſtra Non belle vteris in ioco, atque vino: Tollis lintea negligentiorum. Infrà ſudaria vocat.

Liquabilis, qui liqueſcere poteſt, τηκτός. Apuleius in Apologia: Virgilius (ad Magiam) enumerat, laurum fragilem, limum durabilem, cæram liquabilem. Habet autem Poeta Ecloga 8. Limus vt hic dureſcit, & hæc vt cæra liqueſcit.

Lignatio, χώνδυσις. Flauius Vopiſcus in Aureliano: Dicens plus auri eſſe in rerum natura quam argenti, ſed aurum per varios bractearum filorum & liquationum vſus perire.

Liquentius Aduerb. liquidius. Gellius lib. 18. cap. 5. Sed vt purè liquentiuſque eſſet.

Liquidè ſerenum cælum, i. purè. Gellius lib.2.cap.21. Nox fuit, & clemens mare, & anni æſtas, cælumque liquidè ſerenum.

Liquiditas, tis, διυγρότης. Apuleius lib. de Mundo: Supernis omnibus, vt videri poteſt, aëris liquiditate, ad modum tegminis ſeptis & opertis.

Liquidò iurare, i. verè: Quæ locutio hinc manauit, quòd veteres nihil vt verum adfirmare auderent (iuratique Arbitror dicebant in re compertiſsima) præſertim in iudiciis, niſi quod liquidum, i. clarum certumque eſſet. Vlpianus D. lib. 12. Tit. 2. l. 18. Cogetur docere reus liquidò ſe iuraſſe. Sic Cicero in Academ. quæſt. & pro Font. In Verrem 6. Confirmare hoc liquidò Iudices poſſum.

Liſæ, σφαγίτιδες Celſo lib.4. cap.1. Sunt autem liſæ teſte Donato, venæ maiores gutturis, quibus interſectis animal confeſtim emoritur: Vnde eliſum, quicquid ex tali cauſa mortuum eſt.

Litare ſacrificium dicitur, quando hoſtia ac victima fauſta denunciat. Suetonius in Auguſto: Circa Peruſiam, ſacrificio non litante, cùm augeri hoſtias imperaſſet.

Litem inter ſe iungere. Vlpian. D. lib. 44. Tit. 6. l. 1. Et quòd fieri poteſt, vt duo in necem eius litem inter ſe iungant, qui cum ipſo litigare non poterant.

Literæ exoleſcentes, ὰπερρυηκότα γράμματα, i. fugientes Ciceroni, caducæ Plinio. Suetonius in Auguſto: Nactus puerilem imagunculam penè iam exoleſcentibus literis inſcriptam.

Literæ laureatæ, i. literæ victrices Ciceroni in Epiſtol. ad Atticum. Moris fuit (inquit Brodæus Miſcellan. lib. 1. cap. 33.) apud Romanos, vt quoties imperator hoſtium exercitum deleuiſſet, aut vrbem expugnaſſet, lauro victoriæ ſigno literas inuolutas ad Senatum mitteret. Liuius lib. 5. Decad. 5. Literæ à Poſthumio laureatæ ſequuntur, Victoriam populi Rom. eſſe. Ouidius Amorum 1. Eleg. 11. Non ego victrices lauro redimire tabellas. Cicero in Piſonem: Ne tum quidem Paule noſter tabulas Romam cum laurea mittere audebas. Appianus in Mithridatico: καὶ Λούκολλος περὶ τῶν δὲ ῥωμαίοις ἐπέστειλε τὰ γράμματα δάφνῃ περιβαλών, ὡς ἔθος ἐστὶν ἐπὶ νίκαις.

Literas neſcire, pro neſcire pingere ac ſcribere. Paulus D. lib. 48. Tit. 2. l. 3. Item ſubſcribere debebit is qui dat libellos, ſe profeſſum eſſe: vel alius pro eo, ſi literas neſciat. Sic literarum ſciētia ac-

tia accipitur l.pater de acq.her.Suetonius in Nerone: Et cum de ſupplicio cuiuſdã capite damnati, vt ex more ſubſcriberet, admoneretur:quàm vellem,inquit,neſcire literas.

Literator lingua Latina,Gellius lib.16.cap.5.

Literatus,στιγματίας, literis notíſque compunctus.Plautus in Caſina: Si hic literatus me ſinat, Quod bonum, atque fortunatum mihi ſit. Et in Rud. Nam hæc literata eſt, ab ſe cantat cuia ſit. Veteres enim ſeruorum faciem inurebant. Valerius Max.Seruus ab eo vinculorum pœna coercitus, inexpugnabilíque literarum nota per ſummam oris contumeliam inuſtus. Ob id Plinius lib.18.cap.3. inſcriptos vultus dixit: At nunc eadem illa vincti pedes, damnatæ manus, inſcripti vultus, exercent.Quod fieri vetat Phocylides. Vide Στιγματίας in noſtro Lexico.

Literatior,Comparat. Seneca Quæſt.Nat.lib.4.cap.13.Quid iſtas,inquis,ineptias,quibus nec literatior fit quiſquã, nec melior,tam operoſè perſequeris?

Lituus & tuba,(quæ diuerſa ſunt,)confunduntur à Macrobio Satur. lib.6.cap.7.

Localis,τοπικός,vt aduerbia localia,apud Probum.

Localiter,τοπικῶς.Diomedes Grammatices lib. 1.Aduerbia localiter poſita.

Locatores meretricum,aut lenones,apud Iul.Firmicum Matheſeos lib.4.

Locupletiſsimè Aduerb. In Epitome Sexti Aurel. Victoris in Veſpaſiano: Huius inter cætera bona illud ſingulare fuit, inimicitias obliuiſci, adeò vt Vitelli hoſtis ſui filiam locupletiſsimè dotatam ſplendidiſsimo coniungeret viro. Spartianus in Adriano:Quandoquidem indulſiſſe vino ſe dicit Traiani moribus obſequentem, atque ob hoc ſe à Traiano locupletiſsimè muneratum.

Locuſta piſcis, κάραβος, & καραβὶς Tralliano: (quam & ἄστακον vocauit Archeſiſtratus, vt ex Epicharmo confirmat Athenæus. Eſt tamen Aſtacus ſiue Elephantus Plinij, locuſtarum ſpecies) Maſsiliæ Langouſte: Genuæ verò Alagouſta dicitur. Locuſta primum genus eſt cruſtatorum apud Ariſtotelem: vt vrſa nullos habet forcipes ſiue furculas, i. χηλὰς, niſi pedibus extremis, qui quini vtrinque: oculis prætenta velut cornua initio aſpera & aculeata, tandemque in cirrum deſinentia: Applicitis caudis coeunt, non ore, vt ſenſit Plinius:

Vide lib.9.cap.51.& lib. eiuſdē cap.31. Tiberius Cæſar, inquit Suetonius, In paucis diebus quàm Capreas attigit, piſcatori, qui ſibi ſecretum agenti grandem mulum inopinanter obtulerat, perfricari eodem piſce faciem iuſsit, territus, quòd is à tergo inſulæ per aſpera & deuia erepſiſſet ad ſe. Gratulanti inter pœnam quod non & locuſtam, quam prægrandem cœperat, obtuliſſet: locuſta quoque lacerari os imperauit. γραφαῖος etiam à Diphilo vocatur.

Logographis, λογόγραφος, qui rationarium conſcribit, rationarius. Arcadius D. lib. vlt. Tit. 4.18. Archeiotæ, logographi, tabularij.

Loligo maior, τεῦθος potius quàm τευθὸς, Maſsiliæ Tante: in Prouincia Tothena: Monſpelij Calamar. Loligo minor, τευθὶς Ariſtoteli lib. 4. de part. animal. cap.9. Gallis Santonibus Casſeron: Monſpelienſibus Glangio: Rubelle, Couteau: Baïone Cornet, & Corniche. Venetiis ac Romæ vſitata Calamari, & Totenæ vocabula. Piſcis eſt pelagius gregalis ex mollium genere, ſæpiæ ſimilis, in cuius ventre præter atramentum quidàm ſuccus purpuraſceus, gladiolusque vnicus altera parte cultellum, altera pennam referens. Vnde Themiſtocles, vt author Plutarchus, Eretriæo cuidam ita ignauiam exprobrauit, καθάπερ αἱ τευθίδες, μάχαιραν μὲν ἔχετε καρδίαν δ' οὐκ ἔχετε, i. Loliginum inſtar gladium quidem habetis, cor autem non habetis. De his Plinius libro 32. cap.2. Loligo parua, nunc in Græcia τραγαλὸ.

Lolium, αἶρα (nunc vulgo Græcorum ἦρα) & ζιζάνιον: Gallis Iuraye: Italis Imbriaca, loglio, & Gioglio in Hetruria.

Longus verſus, ita Latinè appellatur verſus Heroicus ſenarius, ſiue hexameter, qui & Pythius vel epicus, & proprius & bucolicus, teſte Diomede Gram. lib.3.

Longum cerebrum, i. ſpinalis medulla, Macrobius Satur. lib. 7. cap.9.

Longum fiat, breuitatis ac tranſitionis clauſula, vt ne longū faciam. Macrobius Satur. lib.5. cap.19. Poſt hæc Carminij verba longum fiat, ſi velim percenſere, quàm multis in locis Græcorum vetutiſsimi æris ſonos, tanquam rem validiſsimam, adhibere ſoliti ſint.

Longulè, præter Plautum Apuleius Floridor. lib.1. Homines enim neq; longulè diſsita, neque proximò adſita poſſumus cernere.

Longæuitas, μακροβιότης. Macrobius Satur.lib.7. cap.10. Liquor vitalis longæuitate ſiccatus eſt.

Lopas, vide Lepas.

Loqui etiam de arboribus, pro ſibilum edere, καὶ ψιθυρίζειν Theocrito. Virgilius in Bucol. Mænalus argutumque nemus, pinoſque loquentes Semper habet. Sic & ᾄδειν Græcè. Bion in Bucolicis apud Athenæum. Ἔνθα καὶ ἣν συνάψῃ πολὺς ἄνεμος ἀπ' αὐτῆς ᾄδει. Quod ita Catullus in Phaſelli Epigram. Nam Cytorio in iugo loquente ſæpe ſibilum edidit coma.

Loquelaris, vt loquelares præpoſitiones, quæ ornãdi ſenſus, aut augendi, vel minuendi gratia cæteris partibus præponuntur, vt, An, con, re, ſe, di, dis: author Probus.

Lorica lintea, vnde λινοθώρηξ Homero. Suetonius in Galba: Loricam tamen induit linteam.

Loricatio, vt murorum loricatio. Vitruuius lib.7.cap.1. Duplicem præbeat cõtignationi loricationem. Paulus D. de verbor. Signif. Incruſtationes, loricationes, picturæ.

Lotus arbor, λωτός, Gallis Aliſier: Italis Bagolaro vel Perlaro, de qua in noſtro Lexico in voce λωτός. Hæc Herbariorum Myrtomelis, non verò Galeni ἀμαμηλὶς (potius Athenæi. vide in noſtro Lexico Ἀμαμηλὶς) licet Allobroges vocẽt Amalenchier, & Mantuatenſes Mãteriner. Loti fructus Ambrozelles à Sabaudis appellantur. Matthæoli loti genus ſecũdum eſt Mõſpeſſulanorum Micolonlier. fructúſque vocãt Micocoules. Loti tertium genus quod idem Matthæolus depingit atque Africanum vocat, Vua D'India Florentiæ dicitur: Venetiiſque pro ligno Sancto ſiue Guaïaco habetur. videtur faba Græca Plinij cap. 30. libro 16. non autem διόσπυρος Theophraſti, quæ ceraſi ſpecies quam Guinier appellamus: cuius mollis nucleus.

Lubricum fidei, vt lubricum linguæ Modeſtino. Macrobius Satur.lib.7.cap.3. Obiiciens tanto viro lubricum fidei.

Lucerna piſcis, vide Miluago.

Lucius piſcis: Burdigalæ Lucz: aliis Galliæ locis Brochet (qui maximus) Lanceron (qui mediocris) Brocheton (qui minimus:) aliis Bequet vel Bechet. Solus Auſonius eius meminit in Moſella: Lucius obſcuras vlua, cænóque lacunas Obſidet. hic nullos menſarum lectus ad vſus Feruet fumoſis olido nidore popinis. Piſcis eſt fluuiatilis, lacuſtris ac paluſtris, vt lupus marinus voraciſsimus, qui & in piſces congeneres graſſatur, aueſque vt fulicas deuorat: Illi caput quadratum, ſtriatum fo-

raminibuſque paruis excauatum: oculi aurei: dentes canini, in ore recurui: branchiæ vtrinque quaternæ: dorſum abſque pinnis, circa: caudam vnica: corpus totum oblongum ſquamis paruis contectum. Apertus venter, ad pinguedinis indicium, rurſus coaleſcit atque conſaneſcit, ſi piſcis viuus reiiciatur in aquam. Platina lucium (quaſi à λύκος) lycum & lycium vocat.

Lucri dotem facere, D. libro 11. Tit.7.l.29 Gaius: Si mulier poſt diuortium alii nupta deceſſerit, non putat Fulcinius maritum priorem maritum, licet lucri dotem faciat, funeris impenſam præſtare.

Lucratiuus. D.lib.6.Tit.2.l.7. Sed & ſi quis ex lucratiuis cauſis rem accepit, habet Publicianam. Vlpianus D.lib.19. Tit.1.l. 13. Si fundum mihi alienum vendideris, & hic ex cauſa lucratiua meus factus ſit. Idem D.lib.29. Tit.4.l.2. Maximè ſi lucratiuam habet poſſeſsionem.

Luctificabilis. Perſius Satyra 1. Antiopa erumnis cor luctificabile fulta.

Lucubratiuncula. Gellius lib.20.cap.vlt. Voluptaſque erit, lucubratiunculas iſtas cognoſcere.

Ludere ducatus & imperia: qui puerilis per iocum ludus ſimulachro dignitatis. Suetonius in Nerone: Criſpinum Poppæa natum impuberem adhuc, quia ferebatur ducatus, & imperia ludere, mergendum mari, dum piſcaretur, ſeruis ipſius demandauit.

Ludere in pecuniam. Paulus D.lib.11. Tit.5.l.2. Senatuſconſultum vetuit in pecuniam ludere.

Ludibrioſus, ψεκτὸς, καταγέλαστος, deridendus, habendus ludibrio. Gellius libro 7. cap. 11. Cum in eundem Antonium probra quædam alia ludibrioſa & turpia ingeſſiſſet, i. ὀνείδη χλευαστικά.

Lumina excipere. Paulus D.lib.8. Tit.2.l.4. Luminum ſeruitute conſtituta id acquiſitum videtur, vt vicinus lumina noſtra excipiat.

Luminis immittendi ius. Paulus D.lib.8.Tit.2.l. 40. Eos qui ius luminis immittendi non habuerunt, aperto pariete communi, nullo iure feneſtras immiſiſſe reſpondi.

Luminibus officere, quod & luminibus obſtruere. Paulus D. libro 8. Tit.2.l.4. Cùm autem ſeruitus imponitur, ne luminibus officiatur, hoc maximè adepti videmur, ne ius ſit vicino inuitis nobis altius ædificare, atque ita minuere lumina

mina noſtrorum ædificiorum.

Luminare, illuminare. Velleius Paterculus Hiſtor. 2. Ille Senatus dies quo hæc acta ſunt, virtutem M. Catonis iam multis in rebus conſpicuam atque prænitentem in altiſsimo luminauit.

Luna naſcitur. Macrobius Commentar. lib. 1. cap. 6. Ponamus ergo, ſole in prima parte Arietis conſtituto, ab ipſius (vt ita dicam) orbe emerſiſſe lunam, quod eam naſci vocamus. Horat. Carminum libro 3. Ode 23. Cælo ſupinas ſi tuleris manus Naſcente luna, i. nouilunio: cùm luna emergit ex ſolis coïtu. Ibid. Macrobius. Inde fere nunquam in eodem ſigno bis continuò naſcitur, niſi in Geminis. Vide Pliniũ lib. 2. cap. 17. hoc loco: Lunam bis coïtum cum ſole in nullo alio ſigno facere quàm Geminis.

Luna caua apud Plinium libro octauo, capite quinquageſimo quarto opponitur nouæ. Sic enim de Simiis: Cornelius, luna caua triſtes eſſe, quibus in eo genere cauda ſit: nouam exultatione adorare.

Lunus deus. Spartianus in Caracalla: atque inde Carras Luni dei gratia veniſſet. Et quoniam dei Luni fecimus mentionem, ſciendum doctiſsimis quibuſque id memoriæ traditum. Atque ita nunc quoque a Carrenis præcipuè haberi, vt qui lunam fœmineo nomine, ac ſexu putauerit nuncupandam, is addictus mulieribus ſemper inſeruiat. At qui verò marem deum eſſe crediderit, is dominetur vxori, neque vllas muliebres patiatur iniurias. Vnde quamuis Græci vel Ægyptii eo genere, quo fœminam hominem etiam Lunam deum dicant, myſticè tamen deum dicunt.

Lupus marinus, λάβραξ (à voracitate, quod eſcam λάβρως voraciterque abſorbeat, vel potius quaſi λαβροειδὴς λάβραξ) Hodie Græcis λαβράκι: Gallis Var, & Bar: Venetiis Varolo: Romæ Lupaſſo, & Spigola: Maſſiliæ ac Genuæ Louuazzo: Burdegalæ Lubin: Monſpelii loup, & λυβράκιον Loupaſſon. Luporum piſcium duo genera. Alius enim varius teſte Columella lib. 8. cap. 17. Cuius dorſum ex albo cæruleum, venter candidus, nigris maculis conſperſus, ἐπεστιγμένος. Alius ſine maculis, qui appellatur laneus, ſiue lanatꝰ à cãdore mollitiaq; carnis, authore Plinio lib. 9. c. 17. Vterq; marinus eſt, flumina tamẽ ac ſtagna maritima ſubiẽs. E puſillo magnꝰ euadit, viſuſq; quindecim

pondo. Dentium loco oſſa habet aſpera in palato,linguam oſſeam adhærentemque: Corpus ſulcatum protēſa linea. De eo rurſus Plinius lib.32.cap.2. Oppianus Halieut. lib. 3. Galenus Aliment. 3.& Athenæus lib.7.

Lupanarius,lupanarij dominus.Lampridius in Alex.Seuero: Corpora omnium conſtituit vinariorum, lupanariorum, caligariorum,& omnino omnium artium.

Luſtrator,*περιοδευτής*. Apuleius in Apologia: Hercules luſtrator orbis,purgator ferarum,gentium domitor.

Lutatus,Particip.Lampridius in Heliogab.Sed vbi pimùm lutati ſunt tituli ſtatuarum,milites omnes exarſerunt.

Lutum per trāſlationem de perſona inquinatiſsimæ ac perditiſsimæ vitæ.Cicero in Piſonē:O tenebræ, ô lutum,ô ſordes, ô paterni generis oblite, materni vix memor. Catullus: Redde putida mœcha codicillos. Non aſſis facis ô lutum, lupanar, Aut ſi perditius pote eſt quid eſſe. Vide & *λοιμὸς* in noſtro Lexico.

Luxus,luxi.Probus in Catholicis:Luxus huius luxus luxuriā ſcilicet ſignificans.Terentius,adoleſcens luxu perditus.Nā luxus vacillans luxi facit.Saluſtius ablatiuo luxo pede.

Luxurio & Luxurior differunt.Luxurio in laude. Virgil.Luxuriátque toris animoſum pectus. Luxurior in crimine eſt. Cornel. Seuerus. Luxuriantur opes, atque otia longa grauantur. Ex Diomede Grammat. lib.1. Vbi ait in exemplo Virgilij luxuriare, non laſciuiam mentis ſignificare, ſed habitudinem corporis.

Luxuriare in immodicum modum. Gellius lib.7. cap.22. Exiſtimandum eſt, non omnino inculpatum, neque indeſidem viſum eſſe, cuius corpus in tam immodicum modum luxuriaſſet exuberaſſetque.

Lycium, *λύκιον*, *πυξάκανθα*, vel *πυξάκανθος* Galeno,Pyxacanthos Chironia Plinio. Arbor Spinoſa, foliis buxi, de qua Dioſcorides ac Plinius lib. 24. cap. 15. Verum Lycium adhuc ignotum. Matthæoli picturam falſam eſſe conuincit Anguillara in naturali hiſtoria, maximè plantarum, exercitatiſſimus. Noſtri herbarii, eam plantam ſpinoſam quæ in Auenionis,& Carpenctoracti agro prouenit, Lycium eſſe contendunt: cuius ſemen infectores vulgò vocant Graine d'Auignō, vel graine iaune.

Lydius,lapis ſiue heraclius,& Coticula Plinio, index Ouidio, *βασα-*

βάσανος ſiue *βασανιςής*, & *λίθος ἡρακλεία*, *καὶ ἡ λυδὴ* Theophraſto (vt in Lexico oſtendimus) Gallis Touche, Italis Paragona, vel Tocha.

Lyra piſcis, *λύρα* Ariſtoteli: noſtris Tumbe (& quibuſdam Rouget, qui Cuculus) à Monſpellienſibus Gronau vel Grougnaut (à grumitu. *ψόφους δέ τινας ἀφιᾶσι, καὶ τετριγμοὺς οὓς λέγουσι φωνεῖν, οἷον λύρα, καὶ χρόμις. οὗτοι γὰρ ἀφιᾶσιν ὥσπερ γρυλλισμόν*, Ariſtot. hiſtor. lib. 9. cap. 10.) piſcis marinus eſt, teres, ruber: Cuius roſtrum antiquæ lyræ cornua repræſentat. Plinius lib. 9. ca. 10. de Teſtudinibus: Troglodytæ cornigeras habent, vt in lyra, annexis cornibus latis, &c. Eſt & lyra altera, quam recentiores Cataphractum vel *ὁλόςεον* vocant: quæ Cornuta Plinij. Vide ſuo loco.

MAcerare expectationem. Seneca Controuerſiarum lib. 4. Non tamen expectationem veſtram macerabo ſingulos producẽdo, liberaliter hodie & plena manu faciam.

Machæra Herculanea, i. magna, vt quæ vulgò eſpée à deux mains, apud Iul. Capitolinum in Pertinace.

Machinatus, a, um, *μεμηχανημένος*. Salluſtius apud Macrob. Satur. libr. 3. cap. 13. Præterea cum ſedenti in tranſenna demiſſum victoriæ ſimulachrũ cum machinato ſtrepitu tonitruum, coronam ei imponebat.

Machinatus, us, machinatio, *μηχάνη*. Apuleius in Apologia: Itaque apud omnes intemperantiſſimè gloriatur, me ſuo machinatu reum poſtulatum.

Maculatio, *μίανσις*, *σπίλωσις*. Iulius Firmicus Matheſeos lib. 1. Vir omni infamia maculationéque pollutus.

Maculatio, *μίανσις*, *σπίλωσις*. Apuleius in Apologia Cutim vitiligine inſignit, & omnimodis maculationibus conuariat.

Madida memoria. Cæcilius Statius in Epiclero: Ita ne Antipho eſt inuentus profluuia fide, ita ne eſt immemoris, ita ne eſt madida memoria, i. fluxa ac labili. Vt Catullus dixit, In vẽto & rapida ſcribere oportet aqua, & Græcè *εἰς ὕδωρ γράφειν*.

Mænamænis (& *μαινίδια* apud Athenæum mænulæ) in Gallia Narbonenſi, Iuſcle: Adriatici ſinus incolis, Sclaue: Maſſilien

ſibus Mendole(aliquibus Cagarel)Venetiis, Liguribus ac Romanis, Menola.Piſcis marinus eſt ex ſquamoſorū genere: cui box conſimilis:palmo vix maior:hyeme cādidus:vêre & æſtate varius: maculiſque cæruleis diſtinctus.De eo Ariſtoteles hiſtor.Animal.l.8.c.30.Plin.l.9.c.36.Martialiſq; l.12. Fuiſſe gerres, aut inutiles mœnas Odor impudicus hirci(al.vrcei.)fatebatur.

Manarum etiam ſpecies,quæ gerres, & Smaris, σμαρὶς, & λευκομαινὶς dicitur:In Gallia Narbonenſi, Picarel, vt & in Hiſpania:Romæ Spigaro:Venetiis, Girolo,& Gerrulo: Maſſiliæ, Giaret.Piſciculus eſt digitalis magnitudinis,alicubi maior:cui roſtrum acutum:corpus candidum, lineis argenteis fuluiſque in longum,& vtrinque macula nigra inſigne.Ex eo optimum garum paratur,ideóq; doctiores hunc garum piſcem eſſe contendunt:qui & hodie Antipoli, Garon vocatur. De Smaride Ariſtotel.hiſtor.lib.8.cap.30.Plinius lib. 32.cap. 10.apud quem (præter Martialem)Gerres in Catalogo piſcium lib.32. c.vlt.

Magis eſt poſſe dici, μᾶλλον ἐςὶν οἷον εἶναι λέγεσθαι, potius dici poteſt. Vlpianus D.lib.26.Tit.4. l.5. An ergò & prouocare ſe inuicem ſecundum ſuperiorem clauſulam poſſint? Et magis eſt poſſe dici admittendam prouocationem. Plena oratio, Magis conſentaneum eſt,εὐλογώτερόν ἐςι.

Magis pro lance.Plinius lib.33.cap.11. Tympana verò ſe iuuene appellata ſtateras,& lances,quas antiqui magidas appellauerant.Sic malim accipere D.lib.12.tit.6. l.36.Seruus inſciente domino magidem commodauit.

Magiſter ſtabuli. Pomponius Lætus de Magiſtratibus Romanorum:Præfectus prætorio ſub Cæſaribus diſciplinæ militari præerat,eius poſtea auroritas aucta erga forenſes cauſas, vbi imperium declinare cœpit,nomen mutauit, magiſter ſtabuli dictus, cùm antea ſub regibus Tribunus celerum fuit, & ſub Dictatore magiſter equitum.

Magiſter literarius,i.literator.Vopiſcus in Tacito: Dij auertant principes pueros,& patres patriæ dici impuberes,& quibus ad ſubſcribendum magiſtri literarij manus teneant.

Magnificatio, μεγαλοποιΐα. Macrobius Satur. libro 5.capi.13. Hinc diuerſarum inter heroas ſuos perſonarum varia magnificatio.

Magnè,μεγάλως.Cornel.Tacitus lib.11. Sponte an coactus tam magnè peccauiſſet,nihil referre.

Magnitudo infinita,i.maxima.Iuſtinus Hiſtor.li.15.Elephantus

tus ferus infinitæ magnitudinis vltro ſe obtulit.

Maleficentiſſimus, vt maledicentiſſimus dicitur. Suetonius in Galba: Solos ex omnibus Neronis emiſſariis, vel maleficentiſſimos incolumes præſtitit.

Malignißimus. Seneca de beata vita c.18. Hoc per maligniſſima capita, & optimo cuique inimiciſſima, Platoni obiectũ eſt.

Malabathrum, de quo in Lexico noſtro in voce μαλάβατρον: vbi videbis errorem eorũ qui vocant Betel. Quod in Officinis pro folio Indico venditur, folium eſt arboris Caſſiæ, ſiue Cannellæ. Vide Cinnamomum.

Malum Aſſyriacum apud Plinium libr. 12. cap. 3. ſiue Medicum, μῆλον ἀσσυριακὸν ſiue κηδρόμηλον apud Athenæum lib.3. dicitur & Perſicum à Theophraſto, κίτρειον Diſcoridi. Cedri poma ex Zacintho (vbi nomen retinent) afferuntur ampliſſima, & quæ Citrons appellamus. Cedromela, pulpa magis cõſtant, ſuntque odoratiſſima.

Mala manſio, robur, ſiue codex robuſtus Plauto, licet aliis pro cataſta. Vlpianus D.lib.16. Tit.3.l.7. Si hominem apud ſe depoſitum, vt quæſtio de eo haberetur, ac propterea vinctum, vel ad malam manſionem extenſum ſequeſter ſoluerit.

Malam gratiam reddere, improbam dicit Iuuenal. cui cõtrar. apud Plautum, alicui bonã gratiã habere. Seneca Epiſt. 82. Hoc certe, inquam iuſticiæ conuenit, ſuum cuique reddere, beneficio gratiam, iniuriæ talionem, aut certè malam gratiam.

Malè habere pro vexare. Cæſar Belli ciuilis lib. 1. Relinquebatur Cæſari nihil, niſi vti equitatu agmen aduerſariorum malè haberet, & carperet.

Mandare ad aliquam. Suetonius in Caligula: Alij tradunt adhibitum cœnæ nuptiali mandaſſe ad Piſonem contra accumbentem, noli vxorem meam premere.

Mandragora Theophraſti (cuius caulis ferulaceus, fructus ῥαγώδης, i. acinoſus, & vinoſus. Sic enim melius quàm Hermolaus) eſt Solanum maius Herbariorum, quod & manicum vocant (quia, idem preſtat) Italorum faba inuerſa, & Venetiis ac Paduæ Herba bella dona. Vide Μανδραγόρας in noſtro Lexico.

Mane. Cariſius in 2. Mane mane inquit, porro vt audias. cupiditatis affectus eſt. Plautus in Caſina: Cedo mane, vnum venit in mentẽ modò. Et alibi, Sed mane dũ, num iſta populna ſors, aut abiegna eſt tua. Et in Pſeudolo. Hem mane, quanti

iſtuc vnum coquinare doces. Et Plinius in 8. Epiſtol. ad Montanum: Finem exiſtimas mane dum, & maiora accipe. Sic Græcè μεῖνον. Sophocles in Oedipo Tyr. Ποίοισι μεῖνον, πῶς δέ μ' ἐκφυῆ βροτῶν.

Manifeſtiſſimus, Palus D. lib. 30. Tit. 1. l. 33. Niſi ipſe teſtator ex ſcriptura manifeſtiſſimus eſt, vtrúmque eorum ſolidum ac cipere voluiſſe. Qui Græcus dicendi modus.

Manifeſtiſſimè. Scæuola D. lib. 33. Tit. 2. l. 32. Niſi manifeſtiſſimè probetur aliud teſtatorem ſenſiſſe. Marcianus D. lib. 34. Ti. 8. l. 3. Manifeſtiſſimè comprobatus eſt, id egiſſe.

Manifeſtare, manifeſtum facere, δηλοῦν. Iuſtinus Hiſtor. libro 41. Hoc etiam ipſorum vocabulo manifeſtatur. Vtitur eo frequenter.

Manifeſtatur, manifeſtum fit. D. libro 4. Tit. 6. l. 17. Quod ſi non adgnouerit, ex poſt facto vſu capionem proceſſiſſe manifeſtatur, δηλοῦται.

Manifeſtarius ſolœciſmus, Gellius lib. 1. cap. 7.

Manipulus, militis tegumentum manus, gantelet. Sed cùm ad conſpectum eius concitus leo impetum feciſſet, manum manipulo inuolutam Lyſimachus in os leonis immerſit, arreptáque lingua feram exanimauit.

Manliana imperia. Gellius libro 9. cap. 13. Ab hoc Tito Manlio, imperia & aſpera & immitia, Mãliana dicta ſunt, quoniam poſtea bello aduerſum Latinos cum eſſet Cos. filium ſuum ſecuri percuſſit: qui ſpeculatum ab eo miſſus, ne pugnaret interdicto, hoſtem à quo prouocatus fuerat, occidit. Hiſtoria apud Tit. Liuium, 1. Decad. lib. 8. & Valer. Maximum lib. 2. cap. 2. & lib. 9. cap. 3.

Manſiones, quæ & cæſuræ, ſiue ſectiones, vt πενθημιμερὴς, κατὰ τρίτον, ἑφθημιμερὴς, τετραποδία ſiue βουκολικὴ: Diomedes Grammatices lib. 3.

Manticulari, quo vſus Pacuuius & Plautus, ſed & Apuleius in Apologia: Vt olim Vlyxis ſocij theſaurum reperiſſe arbitrati ſunt, cum vtrem ventoſiſſimũ manticularentur, i. attrectarent furandi animo.

Manuaria mola. Iauolenus D. li. 33. Tit. 7. l. 25. Molas manuarias quidem ſuppellectilis, iumentarias autem (vt aſinarias) inſtrumenti eſſe Ofilius ait.

Manus elephantis Cicer. 2. de Diuinat. Promuſcis, & proboſcis Plin. προνομαία Philoſtr. προβοσκὶς, ſiue ἐλέφαντος μυκτὴρ Ariſtot.

Ariſtot.&ἐλέφαντος ῥὶς Suid.Gallis trompe d'elefant:Ital.tromba d'oliſante.

Manumiſſor,ris,qui manumittit. Vlpianus D.lib.37. Tit.12. l.1.Liberos autem manumiſſoris non venire ad contra tabulas bonorum poſſeſſionem filij.

Manuarium æs, quod in alea ſingulis manibus(eſt enim & Manus vox aleatorum, vt manus remittere,apud Sueton.)colligitur. Aulus Gellius lib.18.cap.13.Teſſerulas in medium vice ſua quiſque iaciebamus.Captionis ſolutæ, aut parũ intellectæ, præmiũ pœnáue erat, num⁹ vnusH-S.Hoc ære collecto, quaſi manuario,cœnula curabatur omnib⁹,qui cũ luſum luſeramus.

Manum conſerre:Vnde ex iure manu conſertum vocare:Gellius lib.20.cap.9.Vide Ex iure,in Dictionariis.

Manumiſſor, qui manumittit.Vlpianus D.libro 26.Tit.4.l.3. Manumiſſor ex lege 12.tabularum tutor eſt.

Marcor ducis.Velleius Paterculus 2.Hiſtor. Marcore ducis, perfidia hoſtis,iniquitate fortunæ circumuentus.

Mare mortuum.Iuſtinus Hiſtor.lib.36.de Iudæa: In ea regione latus lacus eſt,qui propter immobilitatẽ, mortuum mare dicitur,&c.Hic Aſphaltites lacus Ioſepho Plin.Solino.

Margaritæ extricatæ:non pertuſæ nec in linea,ἀπολελυμένοι. Vlpianus D.lib.9.Tit.2.l.27. Si cùm maritus vxori margaritas extricatas dediſſet in vſum,eáque inuito vel inſcio viro perforaſſet vt pertuſis in linea vteretur.

Margaritarij,margaritarum negotiatores, apud Iulium Firmicum Matheſos lib.4.

Marmorare.Lampridius in Alex.Seuero:Hoc genere marmorandi ſtatuas coloſſeas in vrbe multas locauit.

Marſpiter,Mars pater,Macrobius Satur.lib.1.cap.19.

Materialis, ὑλικός.Macrobius Comment. lib.1. cap.12. Volens nouum potum materialis alluuionis intelligi. Ibid.materialis influxio.

Matudinò, Aduerbium eſt teſte Diomede Gammat.lib.1.

Maturè, Gellius lib.10.cap.11.Maturè nunc ſignificat properè,& citò,contra ipſius verbi ſententiã. Aliud enim eſt maturè,quàm quod dicitur Properè. P. Nigidius homo in omniũ bonarum artium diſciplinis egregius:Maturè,inquit,eſt,quod neque citius eſt,neque ſerius:ſed medium quiddam,& temperatum eſt.Illud verbi temperamentum per σπεῦδε βραδέως exprimebat Auguſtus. Vide reliqua.

Maturare verbi elegantiſſima expoſitio ac fuſiſſima apud Macrobium lib.6.cap.7.

Maurice à Mauro, vt à Gallus Gallicè dicitur teſte Gellio lib.2.cap.25.

Meatim, aduerb.à Pronomine me,vt à tu tuatim,Diomedes Grammat.lib.1.

Mecœnaticus, Adiect. à Mecœnas. Suetc ..us in Nerone: è turri Mecœnatica proſpectans.

Medicatus pro venenatus & toxico infectus.Sueton.in Claudio:Et veneno quidem occiſum conuenit.Alij domeſtico conuiuio,per ipſam Agrippinam, quæ boletum medicatum auidiſſimo ciborum talium obtulerat.

Media largiri.Seneca Epiſtol.110. Prodeſſe dicuntur, & qui media nobis largiuntur,pecuniam, gratiam, incolumitatem, alia in vſus vitæ chara aut neceſſaria.

Medium,τὸ κοινὸν,commune,ſocietatiſque vocabulum de re communi.Pomponius D.lib.17.Tit.Pro ſocio.l.59. Quod in alea,aut adulterio perdiderit ſocius, ex medio non eſt laturus. Hinc illa dicendi genera,In medium quærere, adferre in medium ſiue conſulere.

Mediè,μέσως, moderatè,μετρίως.Vlpianus D.lib.13.T.7.l.25. cùm dicere vult, Iudici mediam viam tenendam eſſe, ſic inquit:Mediè igitur hæc à iudice erunt diſpicienda: vt neque delicatus debitor, neque oneroſus creditor audiatur. Apuleius lib.de Philoſoph. Qui nec planè optimi,nec oppido deterrimi ſint, ſed quaſi mediè morigerati.

Meditamen. Catullus in Carmine nuptiali: Aſpicite, innuptæ ſecum vt meditamina quærant. Sic in manuſcriptis.

Medito.Diomedes Grammatices lib.1. Medito & meditor item differunt.Nam vt putat Plinius(nempe in arte Grammatica,de qua ſe ſcripſiſſe teſtatur in Hiſtoriæ præfatione) Meditare eſt ſecum cogitare:Meditari,voce dicere.

Meditullium.Apuleius lib.de Philoſophia:Nec ſolùm quòd careant redundantia & egeſtate, ſed quòd in meditullio quodam vitiorum ſitæ ſunt.

Medullitus.præter Plautum Apuleius Floridor. lib.4. Atque ſummis medullitus viribus contendunt.

Melandrya,vide Thynnus.

Melancoryphus,vide Ficedula.

Melandrium,vide Elacatenes.

Melanu

Melanurus,oculata Plinio, μελάνυρ© Ariſtoteli, Ophthalmias Plauto:Monſpellienſibus Nigr' oil: Maſſilienſibus,Oilla diga,& oblada : Nicenſibus, Iblada, & Auguyata vel Oyata: Genuæ, Oia:Romæ,Ochiata:Venetiis, Ochia.Græci à caudæ nigredine:reliqui ab oculorum magnitudine ſic vocarunt. Piſcis eſt Saxatilis Coracino & Sargo ſimilis(& vt ſpar⁹ ὀῤῥοπυγόςικτος)Cuius oculi magni ex cæruleo nigricãtes: brãchiæ vtrinque quatuor:pinnæ auratæ, caudáq; ſed nigra macula notata, deinde rubeſcens. Squamis tegitur latis & ex facili deciduis: corpúſque ipſum lineolis nigris diſtinguitur,ob quas dictus eſt πολύγραμμος & μελανόγραμμος. Plinius in cenſu piſcium lib. 32.cap.vltimo Melanutum,& oculatam,quaſi diuerſos,diuerſis nominibus bis reſpoſuit vel obliuione vel inſcitia:cuius error ſimilis in aliis piſcibus, vt de Orpho,& Erythrino.

Melilotos,Sertula Campana, μελίλωτος, vel μελίλωτον Galeno. Gallis Melilot(Officinarum autem Melilotos,eſt Lotus vrbana Dioſcoridis) Italis Coronella, vt in Campania:& Malotro alibi. Meliloti Campaniæ flos μηλίζων Dioſcoridi, i. mali cotonei(quod μῆλον dici per excellentiam, in Lexico oſtendimus)coloris:quod interpretes,vt Matheolus ignorarunt.

Melius eſt dicere,βέλτιόν ἐςι λέγειν,D.lib.9.Tit.2.l.27. Vlpianus: Tamen quia terra mea non ſit,qua aquam duco, melius eſt dicere,actionem vtilem dandam.DiomedesGram.lib.1.Melius eſt tamen dicere, vitandæ ambiguitatis gratia, Alitus.

Melius emere,pro vilius ac meliore pretio. Apud Suetonium in Cæſare iocóqueCiceronis: Et vt ſciatis melius emiſſe, emit Tertia deducta.

Meliorare,meliorem reddere.D.lib.7.Tit.1.l.13. Siquidem ei permittitur meliorare proprietatem.

Melones Palladio,μηλοπέπονες Galeno 2.& 4.Alim.Gal.melons:Ital.meloni.Pepones verò,πέπονες, σικυοπέπονες Galeno 2. Alim.σίκυοι πέπονες Ariſtot.etiam σπερματίαι dicti àPolluce:Gallicè Pompons:Ital.Pepone,vel potius Angurie.

Membra in diuerſum actis cruribus diſtrahere, vulgò tirer à quatre cheuaux, quo tormento Schinis latro importunus, quos ſuperaſſet excarnificabat, teſte Pauſania in Corinthiacis. Seneca libro 2. Epiſtol. in 14. Cogita hoc loco carcerem,& cruces,& equuleos,& vncum,& adactum per medium hominem, qui per os emergat,ſtipitem, & diſtracta in diuerſum actis cruribus mẽbra, illã tunicam alimentis ignium & il-

litam & intextam. Vide apud Liuium lib. 1. de Metio Suffetio quadrigis diſcerpto: de quo Virgil. Æneid. 8. Metium in diuerſa quadrigæ Diſtulerant.

Memoriam alicuius damnare. Vlpianus D. lib. 24. Tit. 1. l. 32. Si maritus vxori donauerit, & mortui ſibi ob ſceleris conſcientiam conſciuerit, vel etiam poſt mortem memoria eius damnata ſit, reuocabitur damnatio.

Memoriam vitæ alicuius componere, pro eius vitam memoriæ mandare. Suetonius in Claudio: Nec contentus, elogium tumulo eius verſibus compoſitis à ſe exculpſiſſe, etiā vitæ memoriam proſa oratione compoſuit.

Memoraculum, μνημόσυνον. Apuleius in Apologia: Me ſanctiſſimè tot ſacrorum ſigna, & memoracula cuſtodire.

Memoriales tituli (vt apud Suetonium memoriales libri) μνημονικά. Gellius lib. 20. ca. 11. de feſtiuitatibus inſcriptionum librorum: Eſt qui memoriales titulos fecerit.

Memoratiſſimus, ἀπομνημονεύτατος, qui celeberrimus. In capit. 4. libri 8. Auli Gellij: Herodotus ſcriptor hiſtoriæ memoratiſſimus. Et lib. 15. cap. 31. Memoratiſſima illa imago Ialyſi Protogenis manufacta.

Memphitis lapis, ſiue marmor memphites, lapis eſt latus calculorum magnitudine, velut vnctuoſus læuore, totus varius diſcurſantibus lineis maximè aureis: quibus ſimilis varietas operis efficitur qualis eius quod Damaſcenum appellamus, vt in manubriis pugionum, enſium ac cultellorum. Affertur ex Cayro ſiue Memphi: Indíque plurimi faciunt collóque appendunt cōtra venena, ac ſanguinis reiectiones, vocántque Hieracā. Deſcribit Dioſcorides, cui μεμφίτης λίθος: Ex quo Plinius lib. 36. cap. de generibus marmorum: Vocatur & Memphites à loco gemmantis naturæ: huius vſus conteri, & iis quæ vrenda ſint aut ſecanda, ex aceto illini. Obſtupeſcit ita corpus, nec ſentit cruciatum.

Mendacium dicere, quid à mentiri differat, vide apud Gellium lib. 11. cap. 11.

Mendicabula animi. Apuleius in Apologia: Quoniam hæc tibi, vt quædam mendicabula animi ſordent.

Mens animi, ψυχῆς ὁ νοῦς Ariſtotel. Metaph. Lucretius. Perturbata animi mens in mœrore, metúque. Rurſus: Denique cur animi nunquam mens, cōſiliúmq; Gignitur in capite. Catulllus ad Ortalum: Nec potis eſt dulces Muſarum expromere fœtus

fœtus Mens animi. Horatius verò in 1. Epiſtol. Tamē iſtuc mēs animúſque Fert.

Mens congeſta, i. συνηθροισμένη αὐτὴ εἰς αὐτὴν Platoni in Phædone. Claudianus de Raptu Proſerpinæ lib. 1.-- Audaci promere cantu Mens congeſta iubet. Vide Brodæum Miſcellaneorum lib. 1. cap. 4.

Mentis integritas, i. ſanitas. Labeo D. lib. 28. Tit. i. l. 2. In eo qui teſtatur, eius temporis quo teſtamentum facit, integritas mentis non corporis ſanitas exigenda eſt.

Menſor machinarius, qui Ciceroni agri priuati publicique decempedator. Sic dictus à machinula qua vtitur. Vide Vitru. in præfat. lib. 10. & Budæum in pand. D. lib. 11. Tit. 6. l. 7. Si menſor machinarius fefellerit.

Mentiri ad aliquem, ψεύδεσθαι πρός τινα. Gellius lib. 15. cap. 22. de Sertorio: Is in temporibus difficilimis mentiebatur ad milites.

Mercatores olearij, Vlpianus D. lib. vlt. Tit. 4. l. 5.

Mercuriolus, Diminutiuum à Mercurius, apud Apuleium in Apologia. Ita minutatim ex tabellis compacta craſsitudine Mercuriolum expediri potuiſſe.

Merendarius. apud Senecam Controuerſ. lib. 10. in 4. Baſſus: Oſtende nobis merendarios tuos. Labienus commodiùs, Oſtende nobis alumnos tuos.

Meritiſsimus. Plinius Epiſtol. lib. 5. Pontio: Quod mihi cognitum eſt nō fama, qua alioquin optima, & meritiſsima fruitur, ſed longis magníſque experimentis.

Meritiſſimè, ἀξιωτάτως. Plinius Epiſtol. lib. 9. Mōtano: Vt ſingularis induſtriæ fructum meritiſſimè ferat.

Meritiſsimò, ἀξιωτάτως. Apuleius de deo Sacratis: Nam quod quidam aues aëri attribuat falſum ſentire meritiſsimò dixeris.

Merops, apiaſtra, μέροψ Ariſtoteli Hiſtor. lib. 9. In Creta à comedendis apibus μελισσοφάγος: Gallicè Gueſpier, al. Perroquet de montagne: Italicè Gaulo, Ieuolo, & Neapoli Lupo de l'api: in Sicilia Picciaferro. Auis eſt maior ſturno, ſimilis Alcyoni, coloris elegantia pſittacis vix cedens. Plinius lib. 10. cap. 33. Merops vocatur genitores ſuos reconditos paſcens, pallido intus colore pennarum, ſupernè cyaneo, primori ſubrutilo. Nidificat in ſpecu ſed pedum defoſſa altitudine. Seruius in Georg. Virgil. Meropes aues vocantur apiaſtræ, quia apes comedunt.

Prol us, Mer ɔpes dicuntur aues, quas in Italia vocant barbaros: alij legunt Dardos (quia ſic Bononiæ) vel dardaros.

Merula, vel *merulus*, κόσσυφος & κόψιχος: Gallis Merle: Italis Merlo: Hiſpanis Mierla, & Luſitanis Melroa: Anglis Blaz byrd. Auis nota eſt. Eſt & Merula fuſca, κόσσυφος, βαιός, Ariſtoteli Hiſtor. libro 9. capite 19. Gallis Merle rocher. Eius generis & quæ à noſtris Merle au collier, i. merula torquata. De Merulis Plinius lib. 10. c. 29. Author. Philomelæ: Et merulus modulãs tã pulchris cõcinit odis: Nocte ruente tamẽ carmina nulla canit.

Merula piſcis, κόσσυφος, κόττυφος: Gallis Merle. Romanis Merlo: Maſsilienſibus Rochan: Venetiis, Tinca di mar. Piſcis eſt marinus ex ſaxatilium genere, Tincæ fluuiatili forma ſimilis: cui color ex indico nigreſcens (eſt enim μελάγχρους vt auis Merula) ac mutabilis: dẽtes acuti atque recurui: cauda æqualis nec bifurca. Idem hepar habet albũ, ex quo fellis veſica laxè dependet. Vide Ariſtotelem de Amia. De Merula Plinius lib. 9. cap. 15. & lib. 32. cap. vlt.

Meſpilus, μέσπιλος Dioſcoridi, & μεσπίλη Theophraſto, Gallis Neflier: Italis Neſpolo: Duæ ſpecies: Prima foliis apij, ſiue oxiacanthæ, ἀρωνία, τρίκκος Dioſcor. ἀνθηδὼν Theophraſti: Italorũ Azzarolo, vel Tricoco, vel Pomo imperiale. Secunda Italica quæ noſtras, ἐπιμηλίς vel σατάνιος Dioſcoridis, ἀνθηνοειδὴς Theophraſti. Ea vnedo Latinorum, non arbutus vt perperàm Plinius: de quo in noſtro Lexico, in verbo Ἐπιμηλίς, & ἀμαμηλίς. Eſt & Cotonaſter Cordi Epimelidis ſpecies. Meſpili quoque ſpecies κράταιγος, de qua in Lexico.

Meſſura, θερισμός: Diomedes Grammat. lib. 1. Metor meteris, cùm ad fructum, ex quo perfectum fit meſſus, non metitus ſum, meſſuram enim dicimus non metionem. Et futurum actiuo meſſurus, paſsiuo metendus.

Meus ſtupor, quomodò vulgò dicimus mon lourdaut. Catullus in Epigram. ad Coloniã. de ſtolido municipe ſuo: Talis iſte meus ſtupor nil videt, nil audit. Vbi vitij nomen pro vitioſo. Sic dictus olim à Bibaculo Orbilius Literarum obliuio.

Meu, ſiue meum, μεῖον, Gallis Meu, fenoil de mõtagne: Italis Finochiella (vt Mutinæ) & in Calabria Imperatrice, alibi Spicura: Hiſpanis Pinillo. Herba de qua præter Dioſcoridem Plinius lib. 20. cap. 23. Copioſè prouenit Meum odoratiſsimum (quale laudatiſsimum Athamanticum) in Sabaudiæ montibus Gennabi, & in Allobrogum & Sequanorum montibus.

Miagron,

Miagron,vide in noſtro Lexico Μελάμπυρον. Eſt verò Italorum Semenziua,vel Durella.

Mileſius ſermo,i.voluptuarius,à Mileſiorum moribus laſciuis. Apuleius in Aſino aureo: At ego tibi ſermone iſto Mileſio, varias fabellas conſeram, aureſque tuas beneuolas lepido ſuſurro permulceam.Vnde & Mileſiæ deliciæ. Martianus Capella: Nam certè mythos, poëticæ etiam diuerſitatis delicias Mileſias, &c. Et μιλησιακῶν librorum impudicorum author Ariſtides apud Plutarch. in Craſſo: de quibus Ouidius in Epiſt. ad Auguſtum: Vertit Ariſtidem Cicena, nec obfuit illi Hiſtoriæ turpes inſeruiſſe iocos.

Militia pro authoramentis militiæque ſtipendiis. Celſus D.lib.31.Tit.1.l.22.Lucius Titius in teſtamēto ſuo Publio Mænio militiam ſuam reliquit, ſiue pecuniam quæcunque redigi ex venditione eius potuerit, cum ſuis cōmodis. Ibid.militiam vendere,exigere,i.prætium militiæ.

Militia,ordo militaris,ac dignitas.Scæuola D.lib.32.l.120. Sempronio alumno meo illud & illud, & cùm per ætatem licuerit,militiam illam cum introitu (i. quod pro introitu erogari ſolet) comparari volo. Ibid. Scio liberto meo militiam do lego.

Militariter.præter Liuium Arrius Menander D.lib.49.Tit. 16.l.4.Militariter puniendi.

Milium,κέγχρος: Gallicè mil, vel millet:Italicè miglio. Milium ſylueſtre, κέγχρος ἄγειος Galeni libro 2. de Antidotis, eſt Iſchæmon Plinij, ἴσχαιμος Theophraſti, vt in Lexico oſtendimus.

Milium nigrum agnouit & Oribaſius.

Milium Indicum, Gallis mil d'Inde: Italis Melica vel Melega, Sorgo,& Saggina in Hetruria. Plinius lib.18.cap.7.Milium intra hos decem annos ex India in Italiam inuectum eſt, nigrum colore,amplum grano, harundineum culmo. Adoleſcit ad pedes altitudine ſeptem prægrandibus culmis, lobas vocant: Omnium frugum fertiliſsimum. Sed legendum fobas, vt in Lexico oſtendimus in voce φόβη. Granum ex rufo nigreſcit. Ex culmis, & radicum capillamentis fiunt paruæ ſcopæ veſtibus, & capiti detergendis. Quod autem in India appellatur Hoba (vt in Vraba) & Mahiz, genus eſt tritici, quod nos falſo vocamus Blé de Turquie.

Millo, τειόρχης vel τείορχος, auis quæ Buteo Plinio. Vi-

de Triorches. Marcellus Empeiricus: Qui in Venerem infirmior erit, teſticulos millonis ex aqua fontana quæ perennis eſt, cum melle decoctos edet ieiunus per triduum, ſtatim remediabitur.

Miluago ſiue miluus, ac Lucerna piſcis, Græcorum ἱέραξ, ſiue Ionicè ἴρηξ, ac ἱέραξ Doricè: Northmanis Gournault: Accolis ſinus Adriatici Lucerna: Romæ, Nibio, aut Capone: Maſsiliæ Beluga: Monſpelij Cabote. Piſcis eſt rufus, ſine ſquamis, cuti aſperiore, pinniſque longis latiſque fermè hirundinis piſcis inſtar. Coruo cuculóque piſcibus non diſsimilis, ſed vt & ſcribit Athenæus lib. 8. ὁ δ᾽ἱέραξ σκληρόσαρκότερος μὲν κόκκυγος. Plinius lib. 32. cap. 2. Miluago quoties cernatur extra aquam volitans, tempeſtates mutari, Trebius Niger author eſt. Idem lib. 9. cap. 27. Subit in ſumma maria, piſcis ex argumento appellatur lucerna, linguaque ignea per os exerta, tranquillis noctibus relucet. Vbi legendum, Item miluus (ex ſuperiori capite malè diſcerpto) ſubit, &c. Et Oppianus Halieut. lib. 1. ἴρηκες δ᾽ αὐτῆς ἅλμης σχεδὸν ἠερέθονται, &c. Lucernæ recens captæ noctu lucent oculi. Vulgò Grecorum Lucerna, λύχνος.

Miluus piſcis, vide Miluago.

Mimiambus. Macrobius Satur. lib. 1. cap. 4. Matius homo impenſè doctus, in mimiambis pro eo dicit.

Mimiambus: Scribunt Mimographi mimiambos comœdiáſbue verſibus iambicis, vt Laberius, Virgilius Romanus, dequo Plinius Epiſtol. lib. 6. Caninio: Scripſit Mimiambos tenuiter, argutè, venuſte: atque in hoc genere eloquentiſſimè.

Minacißimus. Suetonius in Caligula: Aduerſus quoque barbaros minacisſimus.

Minimo defungi. Vlpianus D. lib. 19. Tit. 1. l. 11. Ait, emptorem noxali iudicio condemnatum, ex empto actione id tãtum conſequi, quanti minimo defungi potuit. id eſt, quanti explicari poteſt, cum minimo explicatur, & quanti diligentiſsimus ſe explicare potuiſſet. Nam defungi, eſt explicari aliquo negotio moleſtiáque liberari.

Miniſterium accommodare. Vlpianus D. lib. vlt. Tit. 14. l. 3. Et miniſterium quale quale accommodauerunt.

Minoratus, diminutus. Scæuola D. lib. 18. Tit. 7. l. vlt. Minorato pretio vendidit.

Minus frequentantur, & in deſuetudinem abierunt. D. lib. 11. Tit. 1. l. 1.

Minu-

Minutiſſimus. Suetonius in Caligula: Tandē flagitante popu lo propoſuit quidem legē, ſed & minutiſſimis literis, & anguſtiſſimo loco. vti ne cui deſcribere liceret. Minuti verſus, (vt longi verſus, i. heroici Ennio) hēdecaſyllabi, dicti ab Sentio Au gurino in Epigram. apud Plinium Iuniorem: Canto carmina verſibus minutis, His olim quibus & meus Catullus, Et Caluus, veteréſque.

Minutulus. præter Plautum Macrobius Satur. lib. 7. cap. 3. irridendo eorum minutulas quæſtiones.

Miſericordiam exercere. Vlpianus D. lib. 16. Tit. 3. l. 7. Intempeſtiuè miſericordiam exercuit.

Miſtura virtutū. Suetonius in Domitiano: Miſtura quoque inæquabili vitiorum, atque virtutum, donec virtutes quoque in vitia deflexit.

Mitificus, πραϋντικὸς, & mitis. Apuleius lib. de Mundo: Vltrix neceſſitas, vindex futura, quam ille facit mitificam, qui ſtatim à tenero & ipſis incunabulis intellexit, &c.

Mitilare, vide Acredula.

Mittere manum ad arma, vt vulgò mettre la main aux armes, quod περὶ ξιφουλκίας dicitur. Seneca lib. 2. de Ira. Alexandrum ait, Xenophanto canente manum ad arma miſiſſe.

Mixtiſſimus, Superlat. Velleius Paterculus 2. hiſtor. Ac prædicandum eſt, eſſe mores eius vigore ac lenitate mixtiſſimos.

Moderamenta vocum, vide Accentiunculæ.

Moderatiſſimus, Superlat. Iulius Capitolinus in M. Antonino: fuitq; per omnia moderatiſſimus in hominibus deterrendis à malo.

Modi (i. ſpatij, Iulio Paulo & Aggeno) renuntiatio. D. lib. 11. Titulo, Si menſor falſum modum dixerit: l. 1. Nam intereſt noſtra ne fallamur in modi renuntiatione.

Modificatio verborum. Gellius lib. 10. cap. 3. Sed ſi quis eſt tā agreſti aure, ac tam hiſpida, quem lux iſta & amœnitas orationis verborumq́ue modificatio parum delectat.

Modus pronunciatiuus, i. Indicatiuus, authore Probo in inſtit. artium.

Modulato carmine canere. Suetonius in Caligula: puellis carmine modulato, laudes virtutum eius canentibus.

Modulatior. Gellius lib. 1. cap. 11. Sed contrà, vt moderatiores (animi) modulatioreſque fierent.

Modulamentum, modulamen. Gellius lib. 1. cap. 7. Id potius

ἐμμέλεια τῶν λέξεων modulamẽtis orationis M. Tullij cõneniſſe.

Mollities frontis, nimius pudor ac verecũdia qualis etiã ſæpiſſimè vel doctiſsimis naturaliter inſita eſt, qui cõtrà ac præduri oris homines nec ingenij nec doctrinæ ſuæ fiduciam habentes ſubinde erubeſcunt, vbi ſui ſpecimen exhibẽdum. Plinius Epiſtol. lib. 6. Quadrato: Nec verò Iſocrati quò minus haberetur ſummus Orator offecit, quòd infirmitate vocis, mollitie frõtis, ne in publico diceret, impediebatur. Cicero 2. de Oratore: vt ille pater eloquẽtiæ de ſe Iſocrates ſcripſit (nẽpe in opere, cuius inſcriptio παναθηναϊκὸς) ipſe pudore à dicendo, & timiditate ingenua refugiſti. Sũpſit Plinius ex Quintiliano qui lib. 6. c. 4. de bona altercatione loquẽs, in qua audendũ & fortiter impudentiæ reſiſtendum, ſic tradit: Non eſt res animi iacentis, & mollis ſupra modum frontis: fallitque plerunque quod probitas vocatur, quæ eſt imbecillitas.

Mollitiis fluere. Velleius Paterculus Hiſtor. lib. 1. Satdanapalũ eorum regem mollitiis fluentem, &c.

Molliuſculus, vt Molliculus Catullo. Plinius Epiſtol. lib. 1. Facit verſus quoſdam ſanè ſed data opera molliuſculos, leniuſculoſque, duriuſculos quoſdam.

Molo, præterit. molui. Pomponius: Neque molis molui, neq; palmis pinſui: apud Diomedem Grammatices lib. 1.

Momentarius, πρόσκαιρος, vt & momentoſus Quintiliano. Papinianus D. lib. 34. Tit. 1. l. 8. Diuerſa cauſa eſt eius, cui legatorum diuiſio mandatur. nam ea res præſentem ac momentariam curam iniungit. Alimentorum verò præbendorum neceſsitas oneribus menſtruis atque annuis, verecundiã quoque pulſantibus aſtringitur. *Monedula*, vide Gracculus.

Moneta, etiam forma eſt typuſque monetæ. Macrobius pro vtero tranſlatè ita vſurpauit lib. 1. Comment. cap. 6. Verum ſemine ſemel intra formãdi hominis monetam locato, hoc primum artifex natura molitur.

Monodium. Diomed. Grãm. li. 3. Sed quod paribus tibiis vel imparibus inuenimus ſcriptũ, hoc ſignificat, quod ſi quãdo monodio agebat, vnam tibiã inflabat: ſi quando ſynodio, vtrãque.

Monolores, Vopiſc⁹ in Aureliano: Paragaudas veſtes ipſe primus militibus dedit, cùm antè nõ niſi rectas purpureas accepiſſent: & quidẽ aliis monolores, aliis dilores, trilores aliis, & vſq; ad pentelores, quales hodie lineæ ſunt. facta compoſitio à loro.

Monumentarius, ταφικός, vt monumentarij ceraulæ, i. τυμβαύλοι

λοι Æliano, ſiticines Gellio lib.20.cap.2. Apuleius Floridorum lib.1. Antigenidas tibicen cum eſſet in tibicinio apprimè nobilis, nihil æquè ſe laborare & animo angi & mente dicebat, quàm quod monumentarij ceraulæ tibicines dicerentur.

Moralitas, ἠθοποιΐα. Macrobius Satur.lib.5.cap.1. Sunt præterea ſtyli dicendi duo, diſpari moralitate diuerſi.

Morare pro morari, vt patio pro patior: demolio, auxilio, populo, digno, pro demolior, auxilior, populor, dignor. Næuius in Proiecto: Quid moras? Pacuuius in Hermione: Paucis abſoluit: ne moraret diutius. Ennius: An aliquid, quod dono illi morares, ſed accipire. Ex Diomede Grammat. lib.1.

Moratio, χρόνισις. Iul. Firmicus Matheſeos lib.7. Qui terrã in medio collocatam æquata moratione ſuſtentat.

Moratius Compart. à mora. Seneca Quæſt. Natur.6. cap.14. Neque enim in nobis febris alias partes moratius impellit, ſed per omnes pari æqualitate diſcurrit.

Moratorius, ἀναβλητικός. Vlpianus D.lib.vlt.Tit.15.l.4. Quominus prædiũ iure pignoris diſtrahatur, oblata moratoria cautione non admittitur.

Moratoria cunctatio. Vlpianus D.lib.26. Tit.7.l.7. Debuit enim ſuis partibus fungi, non quidem præcipiti feſtinatione, ſed nec moratoria cunctatione.

Morbus tenax, i. longus ac moroſus. Suetonius in Claudio: Variis & tenacibus morbis conflictatus eſt.

Morbus ſubterculaneus, aqua intercus, ὑδρώπισις. In Epitome Sexti Aurel. Victoris in Adriano: Hic morbo ſubtercutaneo quem diu placidè pertulerat victus.

Mordeo, memordi non momordi dicebant veteres, vt pepugi, ſpepondi, Ocecurri. Ennius in Satyris: Meum non eſt, at ſi me canis memorderit. Quod & exemplis Laberij, & Nigidij comprobat Gellius lib.7.cap.9.

Mordaciter, δηκτικῶς. Macrobius Satur.lib.7.cap.3. Ait ille nimis mordaciter.

Mormyr, us, vel mormyrus. μόρμυρος & μόρμυλος (Athenæo, & Oppiano, melius verò παροξυτόνως ſcribitur μορμύρος & μορμύλος, qui & Epicharmo μύρμος) In Gallia Narbonenſi Morme: in Hiſpania Mormo, vt & Maſsiliæ & in toto Liguriæ ſinu: Romæ Mormillo, Venetiis Mormyro, vt & Conſtãtinopoli μόρμυρος. Piſcis eſt marinus, litoralis, auratæ ſimilis, corpore minus rotundo, compreſſo, capite longiore: roſtro

acutiore & magis compreſſo: cuius color argenteus (in dorſóque ex albo cæruleus) qui tranſuerſis lineis fuſcis adũbratur & variatur:indéque ab Oppiano dictus, μορμύλος αἰόλος ἰχθύς. Cauda quoque bifurca, ac branchiæ quaternæ. Ouidius de piſcibus: Et rarus faber, & pictæ mormyres, & auri, &c. Meminit Plinius lib. 32. cap. vlt.

Moroſiſſimè, Suetonius in Auguſto: Amicorum tamen ſuprema iudicia moroſiſsimè penſitauit.

Mortis cauſam præſtare, i. mortis cauſam eſſe: vt apud Virgil. Mortis heu tibi cauſa fui. Vlpianus D. lib. 9. Tit. 2. l. 7. Celſus autem multum intereſſe dicit, occiderit, an mortis cauſam præſtiterit.

Mortalitas, pro mors. D. lib. 23. Tit. 4. l. 2. Vlpianus: Cum mariti mortalitas interuenit.

Motacilla, æ, σεισοπυγὶς, σείσουρα, κίλλυρος Heſych. (legend. κίλλουρος: nam κίλλειν Cillere, i. mouere) κίγκλος, & κίγκαλος Menandro: Gallis Bergerette, Bergeronnette, Hochequeuë, Northmanis Battemare: Italis Codatremola, Squaſacoa, Balarina, Venetiíſque Vcciello dineue: Hiſpanis Pezpitalo, Aguza nieue: Vulgo Græcorum Σισοῦρα, & κολοσοῦσα. Auicula eſt coloris cinerei, alis rubro ac nigro hinc inde colore diſtinctis, quæ clunes ſemper agitat ac ex cauda tremula ſibi nomen inuenit. Varro de lingua Lat. Sic Galerita & Motacilla: altera quòd in capite habet plumam alatã: Altera, quòd ſemper mouet caudam. Arnobius contra gentes lib. 7. Motacillæ formiculis paſcuntur. Eſt & Motacilla alba, Gallicè circa Monſpeſſulum Enguane-paſtre: Italicè circa lacum Verbanum Geron: Sabaudicè Colapa. Eſt & flaua, Aueloa Luſitanis.

Motiunculis leuibus tentari, dixit quoque Suetonius in Veſpaſiano, de leui morbi acceſsiuncula: imitatus Senecam.

Mugil, ſiue Mugilis Horatio, piſcis cuius diuerſa genera, vt Ceſtreus, κεστρεὺς ſiue νῆστις ἄσπος Platoni, πελαίας & σαργῖνος dictus: à Gallis Same: Cui lineæ ternæ. Alterum genus, Capito, κέφαλος: Gallis Mulet, & à Monſpelienſibus Cabot. Venetiis Ceuola. Ex Cephalis maioribus (nunc Græci Coclanos vocãt: Padi accolæ, Mieſine, fortè à μύξινος) fiunt Botarghæ. Cephalus diſtinguitur lineis pluribus, capite maiore ſed breuiore quam reliquis. Tertium Mugilum genus: Myxon, μύζων ſiue μύξων vel μύξινος: Qui in Gallia Narbonenſi, Muge: in Prouincia & Liguria, Maxon: dictus & à Græcis antiquis

βάκχος

βάχος,& βλεννὸς apud Athenæũ.Hodie in Græcia μυξαλίθεα. Huic caput rubeſcit circa labia & branchias, & τῷ κεστρεῖ ſimilis,lineis modò Labeoni ſimilior. Plinius lib.32.cap.7. Banchi (legendũ Bacchi) quem quidam myxona vocant. Rurſus li.35. cap.12. Tripatinum, inquit Feneſtella, appellabatur ſumma cœnarum lautitia. Vna erat murenarum, altera luporum,tertia myxonis piſcis. Quartum, Labeo, χειλὼν ſiue χίλων, qui & Diphilo βάκχος(non vt Plinius,cui Bacchus myxon) in Gallia Narbonenſi,Caluc,vel Calug:aliis(quia virgatus)vergadelle. Cephalo ſimilis eſt: capite minore, lineiſque nigricantibus diſtinguitur myxoni ſimilioribus, & labris prominentibus.Id omnibus mugilibus commune, carere dentibus. Eſt & inter has ſpecies,Mugil alatus,quem Agatenſes falconem marinum vocant. Piſcis eſt marinus, litoralis, pinnis longiſſimis, vt hirundinis,alioqui Ceſtreo ſimilis. Mugil quoque niger inuenitur, lineis etiam nigris exaratus ac deſcriptus non minus ſenis. Mugil rurſus etiam fluuiatilis,qui λευκίσκος Galeno(licet mugilũ genus λευκίσκον ſtatuat Hiceſius apud Athenæum) lib.3.Aliment.Gallis Gardon:RomanisLaſcha: Placentinis Agulla: Mediolanenſibus Oladiga. Cephalo ſimilis eſt, capite minore:Cui dorſum cæruleum, ceruixque vireſcens,oculi flaui.Nunquam ad Cyprini magnitudinem accedit. Altera Leuciſci ſpecies qui in Gallia Narbonenſi Sophio vocatur, à Santonibus & Pictonibus Dard, ab aliis Vaudoiſe, & Lugduni Suiſſe:vulgo Græcorum Leucorino. Ex fuſco partim viridis eſt,partim flauus, ſquamíſque mediis tegitur, quæ lineolis diſtinctæ ſunt. Inter Mugiles fluuiatiles etiam piſcis frequens riuulis fluuiíſque qui ex montibus Cemeneis labuntur, qui vulgò Siego appellatur.Rurſus & piſciculus,qui Lugdunenſibus Friton & Fritean. Vterque ſine lineis, alioqui mugilis ſimilis.

Mulgere pro abſorbêre,vide Emulgere.

Mulier graui vtero,pro grauida.Papinianus D.lib.29.Tit.7.l. 11.Qui graui vtero vxorem eſſe ignorabat.

Mulionicus, Adiect.idem quod Mulionius Cicer. Lampridius in Heliogab. tectus cucullione mulionico ne agnoſceretur.

Mullus piſcis, τρίγλη, & τρίγλα Oppiano:Gallis Surmulet: Burdegalæ Barbeau, Baïonæ Barbarini: alibi Moil: Romæ Trigla: Venetiis Barban. Cretẽſes compoſitè dicunt τριγληπαρ-

μπόνυ ex Græco & Veneto(efferunt n.*β*,per *μπ*) nomine corrupto.Muli elingues atque edentuli ſunt : quorum alij barbati dicuntur à Varrone & barbatuli à Cicerone. & *γενειάτιδες* Sophroni apud Athenæum: alij imberbes.Mulus barbatus piſcis marinus eſt,pedalis longitudinis: cuius color purpureus lineis aureis diſtinctus:oculi rufi.Ex inferioris maxillæ extremo cirri duo,molles,candidíque dependent,quas *ἀποφύσεις* ſiue appendices barbam vocat Plinius lib.9. cap.17. Muli, inquit, barba gemina inſigniuntur inferiori labro.Mulus imberbis,Monſpelij dicitur Imbriago.cuius caput ſtellulis ornatum eſt,oculi magni, oſque paruum intus cinnabaris colore, vt & hirundinis. eſt & Mulus aſper imberbis,qui in Gallia Narbonenſi Cauillone vocatur:Cui ſquamæ paruæ, ſerratæ, obliquè ſitæ, coloris purpurej cum extenſa linea. Denique mulorum villiſſimum genus, mulus lutarius Plinio ibidem, qui *τειγλὶς*. Oppianus, *τειγλίδες ἐν πηλοῖσι, καὶ ἐν τενάγεσσι θαλάσσης φέρβονται* De muli expirantis verſicolori quadam & numeroſa varietate,legendus Seneca Quæſt. Natur.li.3.c.17.& Plinius lib.9.cap.17.Et de eiuſdem luxurioſa mercatura, idem Plinius, ac Seneca Epiſt. 96.& Macrobius Saturnal.lib.3.cap.16.

Multa ſuprema,(cui opponitur minima, i.ouis vnius: in ſingulâſque oues æris deni:in boues æris centeni)id eſt ſumma& maxima,inſtituta in ſingulos dies, duarũ ouium, triginta boum. (Vide Ouis.)Gellius lib.11.cap.1.Multam facere,pro multam dicere.M.Cato 4.Originum:Imperator noſter,ſi quis extra ordinem depugnatum iuit,ei multam facit.

Multibibus, *πολυπότης*, vel *πολύποτος*, bibax,præter Plautum vtitur Macrob.Satur.li.5.c.21.de Hercule: Et multibibum Heroa iſtum fuiſſe,vt taceam quæ vulgo nota ſunt, illud non obſcurum argumentum eſt.

Multiplex in virtutib. Velleius Paterculus Hiſtor.2.præfeciſſet virum multiplicem in virtutibus, nauum, agilem, prouidum,&c.

Multiſcius,qui multa ſcit, *πολυμαθής*. Apuleius in Apologia: Meminerat Homerum poëtam multiſcium, vel potius cũctarum rerum apprimè peritum.

Munerari Paſſiuè. Spartianus in Adriano : Quandoquidem indulſiſſe vino ſe dicit Traiani morib.obſequentem, atque ob hoc ſe à Traiano locupletiſſimè muneratum.

Munerarius,a,um, Adiect. Seneca Quæſt.natural.ca.vlt.Iam ſpe-

ſpeculum ornatus tantùm cauſa adhibitum, nulli nō vitio munerario, neceſſarium factum eſt.

Muneratio, δωρεὰ, δῶσις. Vlpianus D. libr.27. Tit.3.l.1. Si munus nuptiale matri pupilli miſerit, non eum pupillo imputaturum Labeo ſcripſit. nec perquam neceſſaria eſt iſta muneratio.

Munificentiam exercere. Iulianus D. libr.39. Tit.5. Et propter nullam aliam cauſam facit, quàm vt liberalitatem & munificentiam exerceat.

Munificentiam exhibere. Suetonius in Tiberio: Publicè munificentiam bis omninò exhibuit.

Muræna, *æ*, μύραινα, & σμύραινα (& ἔλλοψ Oppiano, ob lubricitatem) à Gallis, Morene, ſimilitérque ab Italis & Hiſpanis. Piſcis eſt pelagius interdúmque litoralis ad duorum cubitorum longitudinem accedens, corporíſque habitu lampredæ (quæ muſtella Plinij, & σμύραινα ποτάμιος, i, muræna fluuialis Dorionis) affinis, vel potius anguillæ ſimilior, ſed latior: cuius oris rictus magnus: lingua imperfecta: dentes etiam in palato recurui: oculi albi. Habet vtrinque foramen rotundum branchiarum (quas imperfectas dixit Ariſtoteles, Plinius falsò nullas) color fuſcus (vnde χελώνην vocat Oppianus) albicantibus maculis, dorſúmque cultellatum. Eius morſus venenatus. Murænas cum ſerpentibus coïre falſum (licet hoc traditum à multis, vt Nicandro, Oppiano aliiſque de quo Plinius lib.31. cap.2.) Eſt enim earum mas, myrus ſiue ſmyrus, σμύρος Ariſtoteli, ſiue μύρος: de quo Ariſtoteles Hiſtor. lib.5. cap.10. Plinius lib.9. cap.23. & lib.32. cap. vlt. Noſtri piſcatores ſerpentem putant. Eſt enim magis ſerpenti ſimilis, quàm murænæ, roſtro acuto, longo corpore, nigricante, tenui, rotūdo, ſine maculis, & ſquamis. In vtroque latere tamen à ceruice punctis aliquot aureis inſignitur. Lege Athenæum lib.7. Ego & ſmyrum eſſe puto, qui Ophidion etiam Plinio. Vide ſuo loco. Muræna fluta, μύραινα πλωτή. Vide Fluta in Dictionariis.

Murex piſcis, κῆρυξ, i. buccinū. Vide Buccinū. Murex etiā aliquādo generis nomē eſt, cui ſubiiciuntur Concha venerea, Buccinum, Colycia. Vide Plinium li.9. c.25. & lib.32. c.7. Muricum varietates multæ. Eſt n. Murex marmoreus, alius lacteus dictus, alius triangularis, & qui coracoïdes appellatur.

Muribrachia, Iuſtinus Hiſtor. lib.5.

Murmuratio γογγυσμός. Seneca de Beneficiis lib.5. ca.15. Nec

eſt quòd hanc tantùm noſtram murmurationem putes, pro peſſimo prauóque numerantium, quicquid citra recti formulam cecidit.

Murrhina vaſa, de quibus Plinius lib. 37. cap. 2. Sunt Græcorum καλλίνα ὄστρακα: Hodie corrupto vocabulo vocantur Porcelana adiecta prima ſyllaba. Laudatiſſima ex India: quia impoſito veneno confringuntur. Exquiſitiſſima, quæ plus tranſlucent. fiunt ex miſtura teſtarum ouium, ac conchyliorum ad annos complurimos ſub terra defoſſa.

Mus marinus, de teſtitudine, vide Teſtudo.

Muſcarium etiam equi cauda Vegetio de re veterinaria, quæ σόβη Græcis in Hippiatria: Ital. paramoſche.

Muſcerda Varroni, murinus fimus Plin. μυόχοδον Traliano, μυσχέλευθρα Polluci apud quem & μυσχέλεθρον.

Muſcus arborum, odoratus, βρύον: in Officinis Vſnea. Vide in noſtro Lexico βρύον. De moſco autem ex animali, in voce Μόσχος.

Muſculus piſcis dux ſiue ἡγητὴρ vel ἡγεμὼν τῆς φαλαίνης, i. balenæ, μυσίκητος Ariſtoteli libr. 3. Hiſtor. Animal. cap. 12. De quo Ælianus lib. 10. cap. 6. ex Oppiano Halieut. lib. 5. & Plutarchus libello, vtrum prudent. terrena. Plinius belluam facit, at alij piſciculum. Noſtri piſcatores hoc de muſculo fabuloſum eſſe affirmant.

Muſium opus, à Muſéis, de quibus Plinius libro 36. capi. 21. Non prætermittenda eſt & pumicum natura, appellãtur quidem ita & cætera ſaxa eroſa annis: in ædificiis muſea vocant, dependentia ad imaginem ſpecus arte reddendam. Spartianus in Nigro: Hunc in Commodianis hortis in porticu curua pictum de muſino inter Commodi amiciſſimos videmus ſacra Iſidis ferentem. Hodie Moſaïcum opus vocant. Hinc Muſearij dicti. Vide & Auguſt. de Ciuit. Dei. Rurſus Spartian. in Tetrico, picturatam de muſino.

Muſtella piſcis Plinio & Auſonio, βδέλλα θαλασσία Straboni, i. hirudo marina: ποταμία μύραινα Dorioni apud Athenæũ, i. fluuialis muræna: & ἐχέτνις Oppiani: atque Archeſtrati ἔγχελυς ἀπύρηνος, i. anguilla exos: quam Lampetram vel lampredam vocant, noſtrique lamproye, & paruam Lamproyon. Ex genere Cartilagineorum eſt, elinguis, & exos (pro ſpina enim vt ſturio cartilaginem habet, æſtate duriorem, quam nos chordam vocamus: vnde tunc lãproye cordeé) cum vtrinque branchia·

chiarum ſeptenis foraminibus,alioquin anguillis ſimilior.Marina eſt,& fluuiatilis. Cætera in Dictionariis. Recentioribus etiam muſtella fluuiatilis vocatur hic piſcis. qui Gallis Lote vel Barbote:Sabaudis monſtelle,vel monttoille:Italis Botola, vel Bota.

Muteſcere. Velleius Paterculus Hiſtor. 2.agentes gratias, quòd ea Romana iuſticia finiret,feritáſque ſua nouitate incognitæ diſciplinæ muteſceret.

Mutua recognitione facta,Gellius lib.5.cap.14. τῆς ἀναγνωρίσεως εἰς ἀλλήλους ἐπιτευομένης.

Mutuatus,mutuo ſumptus,δεδανεισμένος.Plinius lib.2.cap. 9.de Luna ac Sole : ſiquidem in totum mutuata ab eo luce fulgere.

Mutuaticus, δανειστικός, mutuus. Gellius lib.20.cap.1. Maximæque in pecuniæ mutuaticæ vſu,atque commercio.

Myrrha, σμύρνα. Vera affertur, ſed pauca atque rariſſima. Quæ proſtat in officinis factitia,aut καυκαλίς, vel quæ peſſima ἐργάσιμη Dioſcoridis. De ſtacte, vide στακτή in noſtro Lexico, & σύραξ.

Myrtus, μυῤῥίνη vel μυρσίνη, Gallis Meurte:Italis Mortella, Mirtella,& Smartella Venetiis: vbi tria videntur myrti genera: Prima στενόφυλλος,anguſtifolia,in opere topiario tonſilis, foliis nigrioribus: ramoſa,ſed ramis gracilibus ac lentis. Hoc genus Myrtus eſt Tarētina Plinij. Secunda Illyrica, πλατύφυλλος, latifolia , item ramoſa,ſed minus gracilis.Hæc Catonis Coniugula. Tertia Hiſpanica,ſiue Exotica Plinij: Venetiis Smyrton d'Iſpagna:folio omnium latiſſimo , viridiſſimo atque odoratiſſimo: De quibus in obſeruationum libris fuſiùs.

Myrus, vide Muræna.

Myxon,vide Mugil.

Mys, mytulus, & myſcus apud Plinium lib. 32. cap.vlt. Nos vocamus Moles,quibus ſimiles Venetorum Muſſoli,ſed limo ſi (qui Galeni μύες πηλώδεις:)Eſtque,non generis , ſed ſpeciei differentia.Sunt myes,αἱ μύες vel μύες:& Mytuli,μύακες Dioſcoridi,qui maiores:Muſculi verò Plauto,ſiue myſci Plinio,οἱ μύες Athenæo, μύσκοι , vel ἰλάτ[?]ς μύες Ariſtoteli. Græcorum vulgus nunc vocat μύδια.

Mythiſtoria,hiſtoria fabuloſa.Iul.Capitolinus in Macrino:libros mythiſtoriis repleuit talia ſcribendo.

Myxa, μύξα vel μυξάρια,quæ in Officinis Sebeſten,pruno-

rum genus, de quibus in noſtro Lexico in voce Μύξα. Arbor ipſa Myxa Plinio lib.17.cap.10.qui & de myxæ fructibus,i. myxis lib.13.cap. 5.

NAEuulus,i. σπιλάδιον, κηλίδιον, parua macula, Gelli⁹ lib.12.cap.1. An tu quoque,inquit,putas naturam fœminis mammarum vbera, quaſi quoſdam næuulos venuſtiores,non liberorum alendorum,ſed ornandi pectoris cauſa dediſſe?

Nanque pro non primo loco, γάρ, cauſaliſque. Plinius lib. 2.cap.11.Defectus eius (nempe ſolis) lunæ magnitudinẽ haud dubia ratione declarat, ſicut terræ paruitatem ipſa deficiens. Nanque cum ſint, &c. Sic enim legi debere in Adnotat.docuimus.

Napus,βουνιάς, Gal.naueau,& nauet in Northmania:Ital.Na uone,& napone. Aliud eſt Bunium, vt in Lexico oſtendimus in voce βούνιον: vbi detectus error Plinij.

N*arcaphthum*,vide in noſtro Lexico νάρκαφθον.

Nardus vel *nardum*,νάρδος,in officinis ſpica nardi: Hiſpanis Azumbar, & Eſpiga ſil. Nardi folium celebratur. (ſimpliciterque folium vocatur à Plinio:) & ſpica ſiue ariſta, νάρδου στάχυς: quæ ſpicæ ſimilis eſt,non ſpica,ſed nardi radix. Noſtra ſpica officinarum eſt γαγγῖτις nardus dioſcoridis, ſiue Ozenitis Plinij lib.12.Ea mirè delectantur feles ac viſa geſtiunt.

Nardum Celticum, νάρδος κελτική, quæ Liguribus σαλιούγκα, inquit Dioſcorides:ſed alij legunt ἀλιούγκα: nec enim Saluinca Plinij lib.21.cap.7.Cum Gallico Nardo naſcitur Herba τράγος Dioſcorid.Plinio Hirculus, à grauitate odoris & ſimilitudine, qua maximè adulteratur: lib.12. cap.12. Nardum ruſticum Plinij libr. 21.capit. 6. Videtur eſſe nardus montana ſiue ὀρεινὴ νάρδος Dioſcoridis, quam & Baccar vocarunt, licet Baccar ſit ἄσαρον.

Hirculus herba,vide Nardum Celticum.

Narica,vide Apua.

Naſatus,vt bene naſatus,qualis Priapus membroſior æquo: Lampridius in Heliogabalo.

Nauplij ſecunda ſpecies, nunc à Græcis vocatur ἀρμενιστὴς à velo quod nauigãdo erigit. Velificatur enim more nauiũ,protenſa

tenſa ac ſublata membranula ſiue tunica. Eius concha nõ maior cochleæ,ſed ſubtiliſſima ac pellucida : cuius hiatus oblongus vt in conchis venereis.

Nautea,vide Anagyris.

Nautilus,vide Nauplius.

Naxius lapis,ἀκόνη ναξία Dioſcoridi:ſpecies cotis(quæ Italis Cote,Gallis queũe, & pierre eſguiſſereſſe) aquariæ, ex Cypro inſula.:Plinius lib.36.ca.de marmoribus:Signis è marmore poliendis,gemmiſque etiam ſcalpendis atque limandis Naxium diu placuit ante alia: Ita vocantur cotes in inſula Cypro genitæ. Aliud Coticula,vide Lydius lapis.

Ne pro vti. Diomedes Grammat.lib.2. Verùm hoc totum genus reprehenſionis eiuſmodi eſt, ne ſi calumniatores iſtos audiamus,ſit conticeſcendum.

Nec pro nõ veterum more.Cicero in 3.de Legib. Magiſtratus nec obedientem, & noxium ciuem mulcta, vinculis, verberibúſque coercento.Catullus ad Alphenum: Nec facta impia fallacum hominum cælicolis placent.

Nec ſapit pueri inſtar, apud Catullum in Epigram.in Coloniam, i. νήπιός ἐστι καὶ ἄφρων. Sic obiurgat Græcos Neſtor apud Homer.Iliad.2.ἦ δὴ παισὶν ἐοικότες ἀγοράασθε Νηπιάχοις.

Necare ſub crate. Liuius Decad.1. lib. 4. Ad vociferationem eorum quos necari ſub crate iuſſerat. Plautus in Pœnulo : ſub cratim vt iubeas ſeſe ſupponi,atque eò lapides imponi multos, vt ſeſe neces. Tacitus in Opuſculo de morib. Germanorum: Ignauos & imbelles,& corpore infames,cœno ac palude,iniecta iuſuper crate,mergunt. Hoc ſupplicij genus Carthaginienſibus peculiare fuiſſe,memoriæ à nonnullis proditur:Brodæus Miſcellan.lib.1.cap.28.

Necator, occiſor,interfector ανδρειφόντης, ἀνδροφόνος. Macrob. Satur.lib.1.cap.12. Marti eſſet dicatus, deo plærunque hominum necatori.

Neceſſitas pro neceſſitudine,i.iure affinitatis, quo qui coniuncti ſunt neceſſarij dicuntur. C. Cæſar in Oratione, qua Plautiam rogationem ſuaſit: Equidem mihi videor pro noſtra neceſſitate,non labore,non opera,non induſtria defuiſſe. Ex Gellio lib.13.cap.3.

Naſutiſſimus, ſuperlat. Seneca in vlt. Suaſoria: Cæſtius homo naſutiſſimus diſſimulauit exaudiſſe ſe.

Natalitia ſardonyce,quæ natalitiis ab amicis datur.PerſiusSa

tyra,1.Et natalitia tandem cum ſardonyce albus.

Natrix, cis, hydrus, ὕδρος, χέρσυδρος, & Enhydris Plinio (at ἐνυδρὶς Ariſtoteli Lutra) vulgò couleuure d'eau: ſerpens aquaticus, qui deſcribitur à Virgilio Georg. 3. Vbi ſic: Eſt etiam ille malus Calabris in ſaltibus anguis Squamea conuoluens ſublato pectore terga, Atque notis longam maculoſus grandibus aluum: Qui dum amnes vlli rumpuntur fontibus, & dum Vere madent vdo terræ ac pluuialibus Auſtris, Stagna colit, ripiſque habitans: hic piſcibus atram Improbus ingluuiem raniſque loquacibus explet. Poſtquam exhauſta palus: terræque ardore dehiſcunt Exilit in ſiccum: & flammantia lumina torquens Sæuit agris, aſperque ſiti atque exterritus æſtu. Natricis voce vſi ſunt Cicero, Collumella, Lucanus. Hydri verò Plinius lib.29.cap.4. In orbe terrarum pulcherrimum anguium genus eſt, quod in aqua viuit, hydri vocantur, nullis ſerpentium inferiores veneno. Horum iecur ſeruatum aduerſus precuſſos ab his auxilium eſt. Sunt & Hydri marini vicenûm cubitorum, de quibus idem lib.6. cap. 26. De Enhydride verò lib.30 cap.3.& lib.32.cap.7. Enhydris vocatur à Græcis ſerpens in aquis viuens.

Nauia. vide Linter.

Nauis perempta, i.amiſſa. D. lib.22. Tit.2.l.6. Ibid. perſecutio pignotum perempta eſt.

Nauicularis, ναυτικὸς. Hermogenianus D.lib.vlt. Tit.4.l.1. Pattrimonij ſunt muñera rei vehicularis, item nauicularis, decemprimatus.

Nauplius, ſiuè nautilis. ναυτίλος Ariſtoteli Hiſtor.lib.4 cap. 1. (ὁ καὶ ναυτικὸς, inquit, & à nonnullis ᾠὸν πολύποδος: Neapoli vocatur Muſcardino, & Muſcarolo. Piſcis eſt ſimilis bolitænis ac ſepiolis, cuius concha pectinatim ſtriata ac carinata liburnicæ modo. Maris Indici nauplij carina multò latior, quàm aliorum, vt Venetiis obſeruaui. Secundum nautili genus cochleæ comparatur à Philoſopho. Lege Plinium lib. 9.cap.29.& 30. Athenæum lib.7. Oppianum Halieut.lib. 1. Nauplij concham Græci nunc vocant θαλάμην τεχταποδίου, i. polythalamum ſiue teſtam.

Nedum geminatum eleganter. Velleius Patercul. Hiſtor. 2. Quæ magnificentia triumphorum eius, quæ fuerit munerum, nedum in operis ſiquidem iuſti materia, nedum huius tam tociſi dignè exprimi poteſt.

Nefas

Nefas vltimum, i. parricidium. Seneca lib. 1. de Clement. cap. 23. Parer ruus plures intra quinquennium culeo inſuir, quàm omnibus ſeculis inſutos accepimus. Mulro minus audebant liberi nefas vltimum admittere, quandiu ſine lege crimen fuit.

Nefandiſſimus, ſuperlat. Iuſtinus Hiſtor. lib. 18. Auſus ne es, nefandiſſimum caput, iſta purpura & auro ornatus, in conſpectum tot miſerorum ciuium venire? lib. 16. nefandiſsima quæque tyrannicæ crudelitatis exercuit.

Negatorius, ἀποφατικός: Vlpianus D. libro 5. Tit. 6. l. 5. Sicut fructuario in rem confeſſoriam agenti fructus præſtandi ſunt, ita & proprietaris domino, ſi negatoria actione vtatur.

Neglıgo, neglexi, quin & neglegi. Æmilius Macer: Omniũ veſtrum neglegerit autoritatem: quod analogiæ propius, quia & legerit dicimus: Ex Diomede Grammarices lib. 1.

Negotiarius, Adiect. Spartianus in Firmo: naues quoque ad Indos negotiarias ſæpe miſit. Lampridius in Alex. Seuero: Aurum negotiatorium, & coronarium Romæ remiſit, i. quod negotiatores principib. pendere ſolebant.

Negotioſior, Comparat. Seneca 2. de Ira cap. 11. Quid crudelitate negorioſius?

Negotiatrix. Paulus D. lib. 34. Tit. 2. l. 32. (Cùm teſtatrix negotiatrix fuerit.

Neotericè, Aduerb. νεωτερικῶς, nouè: Aſconius Pædian. in Diuinat. Hoc quod leuiter à Cicerone dictum & neotericè putant.

Nequam, *Nequitia*. Vide Gellium lib. 7. cap. 11.

Nerita, νηρίτης Ariſtoteli (ſcribitur & νηρείτης) ἀνηρείτης & ἀνάρτης apud Athenæum, Narex Feſto: Northmanis Ran, & virli: Armoricis Bigornet & bigorneau. Piſcis, cuius conchula turbinati generis, læuis, non diſsimilis Buccinis, (ſed non nigro papauere, qui μήκων, veùm rubro) in qua & cancellus hoſpitatur. Adhærent Neritæ, vt læpades. De eo Ariſtoteles Hiſtor. lib. & cap. 4. Er diuerſè quidem Ælianus, qui paruum dicit, cùm Ariſtoteles magnum. Sed diuerſas eſſe ſpecies nihil prohibet, vt illa eſt cochlea punctis nigris eleganter diſtincta, reſta intus purpurea, in margine candida. Meminitque eiuſdē Plinius li. 9. cap. 33. Neritæ Venetis Caragoli: vulgo Græcorum σειφουλίδης, parui.

Nerium, νήριον, ῥοδόδενδρον vel ῥοδοδάφνη (vt & adhuc in Creta) Italis Oleandro, & Nandro. frutex ſemper viridis: in floribus differentia. Sunt enim & rubei, ac candidi: quorum odor inſuauis. Deſcribit Plinius ex Dioſcoride lib.24.cap.11. & lib.16.cap.20.

Netus, νενησμένος, vt lana neta, Vlpianus D.li.32. Tit.1. l.70.

Nihil moror, vox Conſulis dimittentis Senatum. Iul. Capitolinus in M. Antonino: Comitiis præterea etiã vſque ad noctem frequenter interfuit, neque vnquam receſſit de curia, niſi Conſul dixiſſet, Nihil vos moramur Patres conſcripti.

Nimbus peditum. Virgilius lib.7. Æneid. Inſequitur nimbus peditum. Quod ex Homero ad verbum Iliad. 4. ἅμα δὲ νέφος εἵπετο πεζῶν.

Nimiè præter Plautum, Macrobius lib.6. cap.6. Erat non nimiè, ſed pulchrè dictum.

Nimium quantum audacter. Gellius lib.16.cap.6. Atque ille nihil cunctatus, ſed nimium quantum audacter.

Nimium quantò. Gellius lib.18.cap.3. Sed lingua tunc atque facundia nimium quantò præſtabilis.

Niſi vt, ſicut niſi ſi, pro niſi ſimpliciter. Suetonius in Claudio: Sed nihil æquæ quàm timidus, ac diffidens fuit. Primis imperij diebus. quanquam (vt diximus) iactator ciuilitatis, neque cõuiuia inire auſus eſt, niſi vt ſpiculatores cum lanceis circunſtarent.

Nocticolor. Vide pudoricolor.

Nobiliſſimus in malam partem. Sext. Aur. Victor in Philippo: Is Philippus humillimo ortus loco fuit, pater nobiliſſimo latronum ductore.

Noctua, γλαὺξ, Gallis Ciuette, Cheueſche: Italis Ciuetta, Venetiis Zuëta, Ziuetta: Hiſpanis Lechúza, Luſitanis Mocho: vulgo Græcorum κουκουβάγια: & Heſychio Κοκκοβάρη. Auis eſt nocturna, varia, cui crura plumoſa, caput ingens, roſtrum curuum, oculi glauci: Niſi magnitudo. Author Philomelæ. Noctua lucifuga cucubat in tenebris. Plautus in Menæch. Vin' afferri noctuam, quæ tutu, vſque dicat tibi? Hinc τυτὼ dicta. Serus & intortus noctuæ cantus, Apuleius.

Nodus linguæ, vitiũ quod Æginetæ ἀγκυλόγλωσσον: de quo Cornel. Celſus lib.7.cap.12. Lingua verò quibuſdam cum ſubiecta parte à primo natali die iũcta eſt, qui ob id ne loqui quidẽ poſſunt. Gellius lib.5. c.9. Filius Crœſi regis, cùm iam per ætatẽ fari

fari poſſet, infans erat: & cùm iam multum adoleuiſſet, item nihil fari quibat. Mutus autẽ & elinguis diu habitus eſt. -diduxit adoleſcens os, clamare nitens, eóque nixu atque impetu ſpiritus vitium nodumque linguæ rupit, planéque & articulatè elocutus eſt. Vide Valer. Max. Ibidem, Oris vinculum vocat, quod linguæ adhæſio.

Nomen pro familia, gente, ac populo. Catullus in Epithal. --non decet Tam vetus ſine liberis Nomen eſſe. Vergil. in 6. Illuſtres animas, noſtrumque in nomen ituras. Liuius in 1. Per ſe ipſum nomen Ceninum impetum facit.

Nomen aduerbij loco Græcorũ more. Horatius: ſiue viuat ineptus. Catullus: Nec quæ fugit, ſectare: nec miſer viue. Idem: Sed tu inſulſa male, & moleſta viuis.

Nominalis, ὀνομαστικὸς. Diomedes Grãmatices lib. 1. Vbique enim deficit Latinus ſermo, ideo quia duo ablatiui nominales ſunt copulati.

Nominator. Vlpianus D. lib. 27. Tit. 8. l. 1. Nec nominatores magiſtratuum ex hac cauſa tenebuntur.

Non aſsis facere: non aſſis æſtimare: non teruncij facere, i. floccipendere Catoni, οὐθενίζειν, ὀλιγωρεῖν. Auctor obſcœni carminis: Nõ aſsis faciunt, euntque recta. Catullus. Omnes vnius æſtimemus aſsis. Plautus in Capt. Neque ridiculos iam teruncij faciunt.

Mon meum iudicium eſt, pro eo quod eſt, non intereſt mea iudicium facere ac pronuntiare: Cùm tamẽ meum iudicium eſt, apud Ciceronem ſignificet exiſtimo ac iudico. Aul. Gellius lib. 1. cap. 18. Sed ea res fugeritne tunc Varronis memoriam, an contrà aptius & cohærentius putarit furem à furuo, i nigro, appellari, in hac re de viro tam excellentis doctrinæ non meum iudicium eſt.

Non pote eſt, impoſsibile eſt: vt, pote eſt, i. poſsibile eſt. Catullus ad Seipſum: Hoc facies, ſiue id non pote, ſiue pote. Cicero 10. ad Attic. Sit iam nobis aut finis omnino, ſi pote eſt: aut moderatio quædam, quod profecto pote eſt, i. δυνατόν ἐστι.

Nonani, milites nonæ legionis. Cornel. Tacitus lib. 14. Nonani legionario milite ſuppleti ſunt.

Normare (vnde normatus Columellæ: & Denormare Horat.) γνωμοτυπεῖν. Diomedes Gram. lib. 1. Ex numeri pluralis imagine, dualis declinatio formata normatur.

Notæ corporis, i. lineamenta. Paterculus Hiſtor. 2. Quidam

magi ex notis corporis reſpondiſſent cœleſtem eius vitam & memoriam futuram.

Notoria indicia, quæ elogia dicuntur l. ea quidem C. de accuſat. De his D.lib.48.Tit.16.l.6.

Nouacula piſcis (Numenius *ἀκονίας* piſces apud Athenæum dixit fortè pro nouaculis,) qui vulgò Raſon. Marinus eſt (Rhodi, ac in Melita inſula frequens) ſquamoſus, palmi magnitudine ac trium digitorum latitudine, vniuſque ſpiſſitate: cuius dorſum cultellatū, pinna vnica continua munitū. Ab oculis ad os obliquæ lineæ purpureæ atque cæruleæ deſcendūt: ſquamiſque rubeſcentibus tegitur. Plinius lib.32.cap.2. Nouacula piſce quæ tacta ſunt, ferrum olent.

Nouatio eſt prioris debiti in aliam obligationē vel ciuilem vel naturalem transfuſio atque tranſlatio. hoc eſt cùm ex præcedenti cauſa ita noua conſtituitur, vt prior perimatur. Nouatio enim à nouo nomen accepit, & à noua obligatione: Vlpianus D. lib.46.Tit.2.l.1.

Nouator, vt verborum nouator. Nam Cicero verba nouare & facere, dixit. Gellius lib.1.cap.15. Quòd loquentia nouatori verborum Salluſtio maximè congrueret.

Noxam nocere, præter Liuium, Iulianus dixit D.lib.9.Tit.4 l.2. Si ſeruus furtum faxit, noxamve nocuit.

Noxæ dedere, eſt animal tradere viuum, inquit Vlpianus D. lib.9.Tit.1.l.1.

Noxiam committere. Vlpianus D.lib.9.Tit.1.l.1. Si quadrupes pauperiem feciſſe dicetur, actio ex lege 12. tabularum deſcēdit: quæ lex voluit, aut dari quod nocuit, id eſt animal quod noxiam commiſit: aut æſtimationem noxiæ offerre. Noxia autem eſt ipſum delictum.

Noxior, Comparat. à noxius. Seneca lib.1.de Clement. cap. 13. Omnibus reis noxior ac ſolicitior.

Noxiiſſimus. à noxius, noxior noxiiſſimus, vt à pius piiſſimus (quo vtitur Curtius, licet Cicero in Philippicis vſitatum eſſe neget) Seneca in fine 7. de Clement. Si ſerpentibus in nos, ac noxiiſſimo cuique animali daretur poteſtas. Sic manuſcripti libri: editi, noxioſiſſimo.

Nudus fundus. In Epitom. Sext. Aurel. Victoris in Theodoſio: Cùm benigni principes, & quidem vix fundos ſolerent nudos, ac deformata prædia concedere.

Numeratim, Aduerb. apud Diomedem Grammat. lib.1.

Numeroſiſſimè. Apuleius de Deo Socratis: Familias numeroſiſſimè comparant.

Numeroſitas, πολυαριθμία. Macrobius Satur. lib. 5 cap. 20. Sed Ariſtophanes adiecit Gargara ad ſignificationem numeroſitatis innumeræ.

Nummi ſteriles, quorum nulla vſura penditur (οἱ οὐ τίκτουσι. quia τόκος vſura) vt ſunt otioſi ac vacui. Papinianus D. lib. 22. Tit. 1. l. 7. Quòd ſi poſtea conuentus vt ſolueret, moram fecerit: nũmi ſteriles ex eo tempore non erunt, i. Vſuræ current. Alibi, pecuniæ vſuras pariunt.

Numulariolus apud Senecam ἐν ἀποκολοκυνθώσει. & 9. Cõtrouerſ. Menſularius.

Nuncupatio de operis dedicatione. Plinius in Præfat. operis: Sed hæc ego mihi nunc patrocinia ademi nuncupatione.

Nuncupatio, hæredis inſtitutio. Suetonius in Caligula: Quo metu, cùm iam & ab ignotis inter familiares, & à parentibus inter liberos palàm heres nuncuparetur: deriſores vocabat: quòd poſt nuncupationem viuere perſeuerarent: & multis venenatas mactéas miſit.

Nundinatus Paſſ. vt apud Iul. Firmicum Matheſeos lib. 6. detrimentum nundinati pudoris & proſtituti corporis gratia. Apud quem etiam, pudorem nundinare, pro nundinari legitur.

Nuntiator, vide nuntiatio operis noui.

Nuntiator, index, accuſator, denuntiator, κατήγορος. Paulus D. lib. 48. Tit. 16. l. 16. Nuntiatores, qui per notoria indicia produnt, notoriis ſuis adſiſtere iubentur.

Nuptias facere, i. cõficere nupt. Iuſtinus Hiſtor. lib. 7. Amore filiæ Amyntę captus, omiſſo bello nuptias facit.

Nutare tranſlatè: Catullus ad Varrum: Hæc cùm legas, tum bellus ille & vrbanus Suffenus vnus, caprimulgus, aut foſſor Rurſus videtur: tantum abhorret ac nutat. Gellius 2. cap. lib. 23. Sed enim poſtquam in munus Menander venit, à principio ſtatim, di boni, quantum ſtupere, ac frigere, quãtumque nutare à Menandro Cæcilius viſus eſt.

Nux moſcata, noſtris noix muſcade: indicta Græcis ac Latinis: nec enim eſt χρυσοβάλανος.

Nux Græca, amygdalus. Vide in noſtro Lexico κάρυον.

Nycticorax, coruus nocturnus, νυκτικόραξ, Gallicè Corbeau de nuict. Sic appellatur aliquando diuerſa auis Noctua, vt ab

Ariſtotele,& D. Ambroſio aliiſque. Eſt autem propriè Nyćticorax auis lucifuga, vt noctua, cuius vox, eho, (aliàs choho) volatuſque velociſsimus. Circa diruta ædificia apparet.

Nyćtoſtrategi, νυκτοςρατηγοί, nocturni magiſtratus qui armati noctu vrbem perluſtrant publicæ quietis gratia, qui Venetiis Signori di note appellãtur: Pariſiis les Cheualiers du guet. Arcadius D. lib. vlt. Tit. 4. l. 18. Nyćtoſtrategi, & piſtrinorum curatores perſonale munus ineunt.

Cum au, commercium eſt: itaque apud veteres plodo, cloſtra, coda, pro plaudo, clauſtra, cauda. Ex Diomede Grammatices lib. 1.

Ob ſubterfugiendum ius fiſci, Suetonius in Veſpaſiano, i. vt ſubterfugeret.

Obcantatus, ἐπαοιδείς. Apuleius in Apologia: Dic tu quibus verbis epiſtolam finierit mulier obcantata, vecors, amẽs, amãs.

Obfrenare. Apuleius in Apologia: Quid multis? iuuenem ſimplicem, præterea nouæ nuptæ illecebris obfrenatum, ſuo arbitratu de via deflectit.

Obiectamenta, probra obiecta, vt προφέρειν ὀνείδεα dicit Homerus. Apuleius in Apologia: Quæ ego cùm intelligerem, nõ tam crimina iudicis, quàm obiectamenta iurgio prolata, vltrò eos ad accuſandum crebris flagitationibus prouocaui.

Obiraſcor, plus eſt quàm iraſcor, ἐξοργίζομαι. Apuleius in Apologia: Eſt enim pudentis animi & verecundi, vt mea opinio fert, vel falſa vituperatione grauari, cùm etiam hi qui ſibi delicti alicuius conſcii ſunt, tamen cùm male audiunt, impendio commoueantur, & obiraſcantur. Seneca lib. 1. de Tranquilit. cap. 2. Obiraſcens fortunæ animus.

Obiurgare etiam cum Datiuo. Diomedes Grammat. lib. 1. Idiomata, quæ veteres quidem per accuſatiuum protulerunt, nos autem per datiuum ſecundum Græcos effeti mus. Obiurgo filium veteres dicebant: nos autem obiurgo filio per datiuum, vt Græci.

Obiurgari ferulis, i. caſtigari. Suetonius in Caligula: Eos autẽ qui maximè diſplicuiſſent, ſcripta ſua ſpõgia, linguáue delere iuſſos, niſi ferulis obiurgari, aut flumine proximo mergi maluiſſent.

Oblatio. Vlpianus D.lib.24. Tit.1.l.5. Proinde & ſi maritus ad oblationẽ Dei vxori donauit. Infra: vt donũ Deo detur.

Oblectator, ψυχαγωγὸς: Apuleius Floridor.lib.3. Orpheus exilio deſolatus, Arion nauigio præcipitatus, ille immanium beſtiarum delinitor, hic miſericordium belluarum oblectator.

Oblidi pondere, opprimi. Plinius Epiſtolarum libro 6. Tacito: Ciuis multus & grauis: hunc identidem aſſurgentes excutiebamus, operti alioquin, atque de cælo oblidi pondere eſſemus.

Obligare ſe furti: quod Terentius, furti ſe alligare. Apud Senecam, ſceleri ſe obligare: malim ſceleris (nempe crimine) aut ſcelere: vt ſe ſcelere alligare apud Cicer. D. lib.12. Tit.6. l.36. Si is qui pignori accepiſſet, alienã ſcit apud ſe pignori deponi, furti eum ſe obligaſſe.

Obligatorius. Gaius D.lib.17. Tit.1.l.2. Cuius generis mandatum magis conſilium eſt quàm mandatum: & ob id non eſt obligatorium: quia nemo ex conſilio obligatur, etiam ſi non expediat ei cui dabitur. Quia liberũ eſt cuique apud ſe explorare, an expediat ſibi conſilium.

Obliquatio, πλαγιασμὸς Hermogeni: Macrobius Satur. lib.7. c. 1. Feriet Philoſophia nõ ſentiẽtes, vt Liber pater thyrſo ferit per obliquationem circunfuſæ hederæ latente mucrone.

Oblituit, quod fit à latere. Seneca Natur. Quæſt. lib.7. cap.29. De Comete: erigenſque curſum ſuum oblituit.

Oblongulus, ὑπομήκης. Gellius lib.17. cap.9. Surculi duo erant teretes, oblonguli, pari craſſamento.

Obluctatio, ἀνταγώνισμα. Iul. Firmicus Matheſ. lib.3. faciet crebris obluctationibus miſeros.

Obmurmurare. præter Ouid. Suetonius in Othone: Identidem obmurmuraſſe.

Obreptum eſt iudici. Vlpianus D.lib.27. Tit.9.l.5. Manet actio pupillo, ſi poſtea poterit probari, obreptum eſſe prætori.

Obructare. Apuleius in Apologia: Animaduerti ſatis notabiliter in medio foro tibi Æuigliane obructantem.

Obſcœniſſimus, Superlat. Velleius Paterculus Hiſtor.2. Obſcœniſſimarum rerum author & miniſter.

Obſecrationem preire. Suetonius in Claudio: Vtque ob dira aut in vrbe, aut in Capitolio viſa, obſecratio haberetur, eamque ipſe iure Max. Pont. commonito pro roſtris populo, præiret.

Obſeruanter, παφυλαγμένως, ex obſeruatu. Macrobius lib. 1. Comm. in Somn. Scip. Idem igitur obſeruanter ſecutus eſt, in illis præcipuè voluminibus, quibus ſtatum Reip. formandum recepit.

Obſeruator, ris Plinius in Panegyrico: Nemo obſeruator, nemo caſtigator adſiſtet.

Obſoleſieri, cõtaminari. Suetonius in Auguſto: Componi tamen aliquid de ſe niſi & ſerio, & à præſtantiſſimis offendebatur. Admonebatque prætores, ne paterentur nomen ſuum cõmiſsionibus obſoleſieri.

Obſoletiſsimus, Apuleius Floridor. lib. 4. Aſpexit circunſtare omnes triſtiſsimos, & obſoletiſsimos veſtitu.

Obſopio. Diomedes Grammatices lib. 1. Item quod vulgò obſopio dicimus, veteres obſopo dixerunt. Cæcilius: Muliercu lam ego illam huic deſpóndebo, ex nato ſaltem obſopam.

Obſtaturus, D. de pactis l. 27.

Obſtinatius, pertinacius, αὐθαδέστέρως: Cõpatat. ab obſtinatè. Suetonius. in Cæſare: Sed cùm obſtinatius omnia agi videret.

Obſtinatiſsimè: Suetonius in Tiberio: Et ne in acta ſua iuraretur obſtinatiſsimè recuſaſſe, i. pertinaciſsimè, vt in Calig.

Obſtinatiſsimè. Suetonius in Galba: In domo ſua hærentem obſtinatiſsimè retinuit.

Obſtrepitare. Claudianus lib. 2. de Raptu: Ne turbida ſacris Obſtrepitent lamenta choris.

Obſutus. præter Ouid. Suetonius in Tiberio: Obſuta lectica.

Obtinere pro obtinere cauſam, vel litem, i. vincere. D. lib. 5. Tit. 3. l. 47. Lucius Titius cum in falſi teſtamenti propinqui accuſatione non obtinuerit.

Obtrectare aliquem. Cornel. Tacitus in Dialogo: Nam quod inuicem ſe obtrectauerũt. Sic Detrectare perſonæ accuſatiuũ attribuit in eodem lib. Non detrectaſſe nominatim antiquos oratores contentus, neminem ſequentiam laudare auſus eſt.

Obturbator, is, qui obturbat. Aſconius Pædianus in Diuinat. Obturbatores quoſdam ſordidoſque cauſidicos ſignificat, qui adhibeãtur ad moram faciendam, dum meliores aduocati recrearentur, & ſe denuo compararent ad dicendum.

Obuiare, ἐναντιοῦσθαι, repugnare, reſiſtere. Macrobius libro 2. Comment. capite 14. Ex his vt collectum ſit, eſſe aliquid immobile, nullus obuiat vel refellit. Vide adnotationem noſtram in Salluſt. pag. 53.

Obuo-

Obuolutio, περίληξις vel περιείλησις. Macrob. Comment. lib. 1. ca. 11. In ſingulis enim ſphæris, quæ cœlo ſubiectæ ſunt, ætherea obuolutione veſtitur.

Ocecurri pro occurri, quod fuit occucurri: vt peposci pro poposci, memordi, ſpepondi. Helius Tubero lib. ad C. Oppium, (vt adnotauit Probus referente Gellio lib. 7. cap. 9.) Si generalis ſpecies ocec urrit.

Occino in præterito occini, & occinuj. Diomedes Grammatices lib. 1. Occino occini: eſt enim à cano cecini, & in compoſitione amittit vnam ſyllabam. Sed Salluſtius in primo Hiſtor. dixit: Iuſſu Metelli cornicines ôccanuere. legẽdum occinuere, vt apud Liuium.

Occurſaculum, ἀπάντημα, ſpectra occurrẽtia. Apuleius in Apologia: Omnia noctium occurſacula: omnia buſtorum formidamina: omnia ſepulchrorum terriculamenta.

Ocellulus. ab oculus, ocellus, ocellulus: Diomedes Grammati. lib. 1.

Ocimum, ὤκιμον Dioſc. μισόδουλος Sotionis apud Conſtant. in Geopon. βασιλικὸν Heſych. Gal. Baſelic: Ital. Baſilico.

Octominutalis. Lampridius in Alex. Seuero: Cum fuiſſet octominutalis libra, ad duos vnaquæque vtriuſque carnis libra redigeretur.

Octophorum (vt Exaphorum) ab octo ad lecticam hominibus id eſt lecticariis: quod innuit Catullus in Epigram. de Vari ſcorto: Non poſſem octo homines parare rectos, i. proceros.

Oculus traſlatè. Catullus: Peninſularum Sirmio, inſularúmque Ocelle. Sic ὀφθαλμὸς Græcis. Achilles Statius in 2. de Leucippes & Clitophontis amoribus: γῆς ἐστι κόσμος, φυτῶν ἀγλάϊσμα, ὀφθαλμὸς ἀνθέων.

Oculi imperatoris, ὀφθαλμοὶ βασίλεως. Vide Aures regiæ.

Oculata, vide Melanurus.

Odibilis, Adiect. μισητός. Lampridius in Heliogabalo: Vita, moribus, improbitate ita odibilis eſt factus, vt eius nomen ſenatus eraſerit.

Oenanthe auis, vide Pardalus.

Oeſtrus, οἶστρος Ariſtoteli, Aſylus Gazæ: paſſer τρωγλοδύτης Aetij lib. 11. cap. 11. & Æginetæ lib. 3. cap. 45. Gallis Piquemouſche. Vermiculis victitat. lege Ariſtot. hiſtor. li. 8. cap. 3. Eſt & Aſilus maior, qui noſtris, grand chanteur, κνιπολόγος quibuſdã.

Offector,is,Cornel.Fronto lib.de nom.verborúmque differ. Offector officio obeſt.

Offenſus fortuitus,Macrobius Satur.lib.3.cap.13.

Offenſatio, προσκομμα.Seneca lib.5.de Benefic. cap.vlt.Sed vt magiſtri puerorum diſcentium patienter ferre offenſationes memoriæ labentis.

Offerre cautionem.Vlpianus D.lib.45.T.1.l.10.Si dubitet creditor,an fideiuſſores ſoluendo ſint,& vnus ab eo electus paratus ſit offerre cautionem.Ibid.Satiſdationes offerre.

Officialis: qua voce, præter Apuleium, vſus eſt Modeſtinus D.libro.12. Tit. 1. le. 34.Præſidis prouinciæ officiales qui perpetui ſunt,mutuam pecuniam dare, & fœnebrem exercere poſſunt.

Officioſus de pathico atque obſcœno.Seneca Controuerſiarum 4.in Proem. Memini illum(cum libertinum reum defenderet,cui obiiciebatur,quòd patroni concubinus fuiſſet) dixiſſe: Impudicitia in ingenuo crimen eſt, in ſeruo neceſſitas,in liberto officium. Res in iocos abiit, non facis mihi officium: & multum ille & hic in officiis verſatur: Ex eo impudici & obſcœni, aliquandiu officioſi vocitati ſunt. Vide χαρίζεσθαι. Sic & Gratioſus ſumitur, vide ſuo loco.

Offuſcare.Iuſtinus Hiſtor.lib. 12. Ne victoriæ gloria ſæuitiæ macula offuſcaretur.

Oggerere,(rectè dicitur vt ſuggerere) pro obiicere: quo vſus præter Plautum Apuleius in Apologia: Pro iſto mendacio, deus iſte ſuperûm & inferum commeator(i.Mercurius) quicquid vmbrarum eſt vſquam,quicquid eſt lemurum, quicquid manium,quicquid laruarum oculis tuis oggerat.

Olenticetum: ſterquilinium atque oleti locus. Apuleius in Apologia:Lingua mendaciorũ & amaritudinum præminiſtra ſemper in fœtutinis,& olenticetis ſuis iaceat.

Olo,olis pro oleo,oles. Plautus in Cornicula: Olunt ædes Arabicas.

Olyra ſiue Arnica Plinio,ὄλυρα: ſpecies Zeæ, quæ in Italia Scandella.

Omnicanus.Apuleius Floridor. lib. 2.Sed enim philoſophi ratio & oratio tempore iugis eſt,& auditu venerabilis,& intellectu vtilis,& modo omnicana.

Omniformis,παντόμορφος.Apule. in Hermetis Aſclepio: Horum οὐσιάρχης vel princeps eſt, quem παντόμορφον vel omnifor

mem

mem vocant, qui diuerſis ſpeciebus diuerſas formas facit.

Omnipotentiſſimus, vt omnipotentiſſimus Deus, apud Macrobium Comment. lib. 1. cap. 17.

Omnipotentia. Macrobius Comment. libr. 1. cap. 6. Hæc ab illa omnipotentia ſolitaria, in corporis intelligibilis lineam prima defluxit.

Onerosum, etiã quod vt inſolens inuidiam facit, φορτικὸν. Plinius in Panegyrico: Meritò necne, neutrã in partem decernere audeamus: Quia nec fas eſt affirmationi tuæ derogare: & onerosũ cõfiteri vera eſſe, quæ de nobis præſertim, tã magnifica dixiſti, i. φορτικὸν ἐστι atq; inuidia onerat, vt inſolentius dictum.

Onocrotalus, Truo, ὀνοκρόταλος (ab aſini ſtrepitu) Gallicè Poche (ab alterius vteri genere, quæ ingluuies ſiue προλοβος manticulæ vel ſacculi veſtiũ inſtar,) & Sabaudicè Gottreuſe, i. gutturoſa: Italicè Grotto, Aggrotto, Molinare: Croto vt Hiſpanicè, auis eſt palmipes cygno ſimilis magnitudine ac colore: cuius roſtrum magnum, prælongum, ac validũ, ex cuius inferiore parte ingluuies, vt gutturoſis, latioris ſacculi inſtar ante pectus propendet: Pedes coloris cinerei dura pelle contecti. Plinius. lib. 10. c. 47. Olorum ſimilitudinem Onocrotali habẽt: nec diſtare exiſtimarentur omnino, niſi faucibus ipſis ineſſet alterius vteri genus. Huc omnia inexplebile animal congerit, mira vt ſit capacitas. Mox perfecta rapina ſenſim inde in os reddita, in veram aluum ruminantis modo refert. Gallia hos Septentrionalis proxima Oceano mittit. Sextus Pompeius libr. 18. Truo auis, onocrotalus. Cæcilius irridens magnitudinem naſi: Prò dij immortales, vnde hic perrepſit truo? Qui πελεκῖνος Oppiani. Vide Platea.

Ononis, ὄνωνις Theophr. & ὠνώνις Dioſcoridi: herba ſpinoſa, cuius ſpecies (inodora tamen) Areſta bouis herbariorum, Gallorum Arreſte bœuf, vel Bugraue ſiue Bugrunde: Italorum Bonaga, ſiue Bugnaghe. Deſcribitur à Plinio li. 21. ca. 16. (ex Theophraſto hiſtor. l. 6. c. 5.) vbi legendũ, ſequitur à frugib⁹ (quia æſtate germinare incipit, Autumnóq; perficitur) aratro inimicũ. At lib. 27. c. 4. (vbi deſcribit ex Dioſcoride) ſcriptũ: Odore iucũdo, poſt ver ſpinoſa. Sed pro Ver, reponendũ Ter. Sic optimorum authorũ libri corrigẽdi, potius quàm ſcriptores erroris arguẽdi Legat hæc Matheolus, & Plinium abſoluat criminis intentati.

Onyx, vide Oſtracium.

Opera conſulta, conſultò, compoſitò, ἐπιτηδὲς: Gellius li. 6. c.

vlt. Non ſponte, neque opera conſulta, ſed à militibus forte auxiliariis incenſa ſunt.

Operis noui nuntiatio, eſt aut iuris noſtri conſeruandi cauſa, aut damni depellendi, aut publici iuris tuendi gratia interceſſio aduerſus nouum opus in ſolo molientem. Opus autem nouum facere videtur, qui aut ædificando, aut detrahendo aliquid, priſtinam faciem operis mutat. Nos dicimus vulgò, Cas de ſaiſine & nouuellete. De quo Titulus D. lib. 39. initio. Vbi Nuntiator vocatur, qui opus nouum facientem prohibet. Ibidem, Nuntiationis remiſſio, i. relaxatio atque liberatio.

Operis continentia, i. σύλληψις, περιοχὴ, comprehenſio. Macrobius Comment. libr. 2. cap. 12. Nam vt breuiter à principio omnem operis continentiam reuoluamus.

Operis noui nuntiatio. D. lib. 4. Tit. 7. Opus nouum ſi tibi nuntiauerim.--ex operis noui nunciatione agere.

Operoſitas. Vopiſcus in Tacito: Vitreorum diuerſitate atque operoſitate vehementer eſt delectatus.

Opercula defungi. Vlpianus D. lib. vlt. Tit. 13. l. 3. negotij in quo opercula iſta defuncti ſunt.

Operio facit præterit. operui, quin & operi, teſte Diomede Grammatices lib. 1.

Operatur venenum. Lampridius in Commodo: Primum ei venenum dederũt, quod cum minus operaretur, per athletam eum ſtrangularunt.

Opertus, us, ui, ἐπικάλυψις. Apuleius in Apologia: Sed enim mundiſſima lini ſeges, inter optimas fruges terra exortas, non modo indutui, & amictui ſanctiſſimis Ægyptiorum ſacerdotibus, ſed opertui quoque inde rebus ſacris vſurpatur.

Opertis oculis, i. ſine conſyderatione. Seneca de Benefic. lib. 4. cap. 37. Multa interim reges, in bello præſertim, opertis oculis donant.

Operte, ἐπικεκαλυμμένως, κρυφίως, tecte: Gellius lib. 4. cap. 11. Eóſque more Pythagoræ operte atque ſymbolice κυάμους appellatos.

Ophidion, piſciculus congro ſimilis, inquit Plinius lib. 32. c. 9. qui vrinæ incontinentiam emendat cum lilij radice. Ego murænæ marem expono, qui myrus, & ſmyrus dicitur: de quo pluribus in Muræna. Ponitur opidion etiam in cenſu piſcium à Plinio lib. 32 cap. vlt.

Ophioſcorodon, vide Alum.

Ophites, genus eſt marmoris maculoſi, cinerei coloris (alteriuſque) diſcurſantibus lineis albis ac nigris. Ex ophite vas habui ſatis capax, oppigneratum ducentis aureis. Compertiſſimum, aquam tepidam in ophitis vas infuſam, incorruptam aſſeruari, & aduerſus hauſta venena præſentiſſimum eſſe remedium. De ophite præter Dioſcoridem Plinius lib.36.cap.7. Italorum Serpentino, non eſt Ophites, ſed Iaſpidis maculoſi ſpecies: vel potius eiuſdem Plinij marmor Lacedæmonium, viride, cunctiſque hilarius.

Ophthalmias piſcis (non ophthalmia: vt Anthias) de quo Plautus in Captiuis, eſt Melanurus ſiue Oculata. Vide Melanurus.

Opinatò, Aduerbium teſte Diomede Grammat. lib.1. vnde ex nec opinatò apud Liuium.

Opinamentum, δόγμα. Apuleius de deo Socratis. Aliquando eorum nonnulla etiam opinamenta habere.

Opitulatio, auxilium; βοήθεια. D. de minorib. l.1. Auxilium eis Prætor hoc edicto pollicitus eſt & aduerſus captiones opitulationem.

Oppetiturus, i. moriturus, Macrobius Satur. lib.3. cap.7.

Opportuniſſimè. Cæſar lib.3. de bello ciuili: Sed opportuniſſimè nuntiis allatis oppidum fuit defenſum. Suetonius in Nerone: produxit quo opportuniſſimè potuit. ſubaudi die.

Oppoſitus, pro oppigneratus, oppoſitus pignori. Iuuenalis Sat.11. Lancibus oppoſitis.

Optio fabricæ. D. lib. vlt. Tit.6. l. vlt. qui adiutor ac vicarius architecti.

Opulentiæ. Gellius lib.20. ca.4. Quippe doctrina anteire malim, quàm copiis, atque opulentiis.

Opulentè, πλουσίως, opulenter. Apuleius in Apologia: Domus opulentè ornata.

Opuntia, plãta quæ affertur ex India latiſſimo atque craſſiſſimo folio ſoleæ inſtar proueniens, (ac folia ex foliis caulis vice, aut trunci propagando) ferenſque ficus aculeatos: Indi Tunas vocant. Plinius lib.21. ca.17. Circa Opuntem Opuntia eſt herba, etiam homini dulcis. Mirumque è folio eius radicem fieri, ac ſic eam naſci.

Oratio obliqua, cum hiſtoricus habitæ concionis ſenſum tantùm refert: Directa, cum orantis perſonam inducit. Iuſtinus Hiſtor. lib.38. Quam orationem dignum duxi, cuius exẽplum

breuitati huius operis inſererem, quam obliquam Pompeius Trogus expoſuit: Quoniam in Liuio & Salluſtio reprehēdit, quòd conciones directas pro ſua oratione operi ſuo inſerendo hiſtoriæ modum exceſſerint.

Oratio manufacta, i.nimis culta & cōpoſita. Seneca Epiſtol. 116. Oratio cultus animi eſt, ſi circuntunſa eſt, & fucata, & manufacta, oſtendit illum quoque non eſſe ſyncerum, & habere aliquid fracti.

Oratorius, ῥητορικὸς, qui orator eſſe poteſt. Fab. Victorinus in 2. Rhetor. Cicer. Ergo natura accidens res eſt, quæ aptiorem hominem ad vnumquodque facit. Itaque non orator natura eſt, ſed oratorius, i. qui orator eſſe poſſit.

Oratus ſis, pro quæſo ſine te exorari. Macrobius Satur. lib. 5. cap. 1. Et Prætextatus, Oratus ſis, inquit, Euſtathi, vt hæc quoque communicata nobiſcum velis.

Orbis Romanus. Vlpianus D. lib. 1. T. 5. l. 17. In orbe Romano, qui ſunt ex conſtitutione imperatoris Antonini ciues Romani effecti ſunt.

Orbis piſcis, vulgo Græcorum φλασκοψαρὸ, (quaſi lagenæ piſcis) Gallis Balle: Venetiis Peſce colūbo. Piſcis eſt marinus orbiculatus excepta cauda, ſine ſquamis, cutis duriſſimæ, atq; aculeis horridæ: cui os anguſtum, dentibus quaternis latis munitū. Ennius apud Apuleiū in 1. Apologia, videtur Caluariā marinam appellaſſe. Plinius lib. 32. c. 2. Duriſſimum eſſe piſcium conſtat, qui Orchis (at melius veteres codices Orbis, vt & Iſidorus legit) vocetur: Rotundus eſt, & ſine ſquamis totuſque capite conſtat: potius ventre. Edulem eſſe negant. Ego mortuos tantùm vidi venetiis, alterum follis mediocris amplitudine: alterum maximæ magnitudine.

Orbona, aut vt alij *Orbana*, dea Romanorum, in metu orbitatis liberorum inuocata. Plinius lib. 2. cap. 7. Orbonæ ad ædem Larium ara.

Orca piſcis, (ὄρυξ vt putatur apud Strabonem) Santonibus Eſpaular. dictus orca ab orcæ vaſis (quod nobis vrne, & Tholoſæ Dorne) ſimilitudine. Bellua marina eſt cætacei generis, cuius roſtrum, fiſtula, pinnæ & cauda delphino ſimilia, corpus verò multoties vaſtius: dentes latiſſimi, ſerrati, & acuti. Eius caro ad mile pondo excreſcens, ob ſimilitudinem pro Turſione venditur, eodemque nomine à noſtris Marſouin appellatur. De Orca Plinius libro 9. cap. 6. Græci, nunc Orcam,

cam, falſò ζύγαιναν vocant. Eſt enim longè diuerſus piſcis. Vide Zygæna.

Orcinus, qui directò libertatem accipit ex eo tempore, quo teſtator ad orcum miſſus eſt, ſiue mortuus. Vlpianus D. lib. 26. Tit. 4. l. 3. Quod quidem in omnibus orcinis libertis locum habet teſtamento manumiſſis.

Orcynus, vide Thynnus.

Ordinatior, Comparat. Seneca Epiſt. 75. Non dices virum iuſtiorem ſaluis liberis, quàm amicis, nec ordinatiorem, nec prudentiorem, κοσμιώτερον. Et lib. 3. de Ira: Pars ſuperior mundi & ordinatior, &c.

Ordinatius, τακτικωτέρως. Apul. in Apologia: Præſertim cum ordinatius & coibilius, eadem græcè & latinè adnitar conſcribere.

Ordinatiſſimus, τακτικώτατος. Apuleius de deo Socratis: Stellæ quæ indeflexo curſu meatus longè ordinatiſſimos diuinis vicibus æternos efficiunt.

Ordinatiua qualitas, Diomedes Grammatices lib. 1.

Ore in vtrumque ſexum pollutus, i. fellator & liguritor, Lampridius in Commodo.

Originalis ſpecies, ἰδέα, prima notio. Macrobius lib. 1. Comment. in Som. Scip. cap. 2. Originales rerum ſpecies, quæ ἰδέαι dictæ ſunt.

Orminos agrios, corruda, Vide aſparagus.

Ornator, ris, κοσμητής. Iul. Firmicus Matheſ. lib. 3. Ornatores deorum vel fabricatores templorum.

Ornus, fraxinus ſylueſtris: Gallis fraiſne de montagne: Italis Orniello, Orneogloſſo, à ſemine quod lingua auis in officinis dicitur.

Orobanche. ὀροβάγχη Dioſcoridis, & λεοντεία βοτάνη ſiue λεόντος πόα Conſtantini, & ὀσπρολέων Geopon. lib. 2. Gallicè queuë de regnard, vel leon aliis: Italicè Coda di leone, herba tora, Torina, Nega, fiammina, & herba lupa. Sed Theophraſti ὀροβάγχη alia herba eſt (de qua hiſtor. lib. 8. & de Cauſis lib. 5. cap. 22.) Dioſcoridiſque Helxine Cyſſampelos, Gallis cloches de noſtre dame: Italis Vilucchio, Minutola, & Broeggia Patauij. Vide Conuoluulus, & volubilis, & Scammonia parua.

Orphaicus; Adiect. ab Orphæus. Macrobius Comment. lib. 1. cap. 12. Liberum patrem Orphaïci νοῦν ὑλικὸν ſuſpicantur intelligi.

Orphus, ὀρφὼς vel Atticè ὀρφὼς (Gaza vertit Ceruuam) & ὀρφακῖνι paruus orphus apud Athenæum libr.7. Piſcis eſt marinus, litoralis, pagro non diſſimilis: cui oculi magni, dentes ſerrati, pinnæ pagri, color ex purpureo rubeſcens. De eo præter Ariſtotelem, Athenæum lib. 7. & 8. Oppianum Halieut.1. & Ælianũ de Animal.li.12. Plin.li.9.c.16. Hyeme nõ capti præterquã ſtatis dieb⁹ paucis, & iiſdẽ ſemper. Itẽ muræna & Orphus, conger, percæ, & ſaxatiles omnes. Rurſus lib.32.cap.vltimo.

Orthragoriſcus, vide Porcus marinus.

Ortygometra, ὀρτυγομήτρα, Gallis Raſle, & paluſtris, Roy des cailles: Sic & Italis, Rei de le caîlle. Eius generis eſt Glottis, noſtris Iaſle fauue.

Os conſuere. Seneca 47. Epiſtol. de ſeruis: At illis qui non tantum coram dominis, ſed cũ ipſis erat ſermo, quorum os non conſuebatur, parati erant pro domino porrigere ceruicem.

Os purpureum. Catullus de Acme: Et dulcis pueri ebrios ocellos Illo purpureo ore ſuauiata. Sic Simonides apud Athenæũ in 14. Πορφυρέου ἀπὸ στόματος ἱεῖσα φωνάν. Horatius. Purpureo bibit ore nectar.

Oris vinculum, vide Nodus linguæ.

Oris duritia, impudentia: os duriſſimum, & os ferreum dicit Cicero. Seneca libro 2. de vitæ tranquillitate. capit. 17. Si ille hoc potuit duritia oris, qui aſſiduis conuitiis depudere didicerat.

Oſcula iacere. Cornel. Tacitus lib. 17. Otho protendens manus, adorare vulgum, iacere oſcula, & omnia ſeruiliter pro dominatione.

Oſcula manu reddere, Plinius in Panegyrico: Non tu ciuium amplexus ad pedes tuos deprimis: nec oſculum manu reddis.

Oſculum delibatum digitis ad os ſuum referre. Suetonius in Auguſto: Qui mos oſculationis in Italia frequens: vbi oſcula manibus dantur.

Oſculum offerre, i. porrigere oſculum Ouid. Iuſtinus Hiſtor. libr.34 Cùm in Ægypto eum inueniſſet, oſculúmque ei rex obtuliſſet.

Oſtentarius τερατοσκόπος. Macrobius Saturnaliorum libro 3. cap. 7. Eſt ſuper hoc liber Tarquinij tranſcriptus, ex oſtentario Tuſco.

Oſtentatrix. Macrob. Satur.lib.7.c.4. Superba ac contumax, & ve-

&c veluti ſui oſtentatrix continentia.

Oſtentatrix, quæ ſe oſtentat ac venditat, κομπαςής. Apuleius in Apologia: Quàm improba iuuenum circunſpectatrix: quàm immodica ſui oſtentatrix.

Oſtentionales milites. Lampridius in Alex. Seuero: Milites quos oſtentionales vocant, non pretioſis, ſed ſpecioſis claris veſtibus ornabat.

Oſtenturus, pro oſtenſurus, participium ex perfecto paſſiuo. Oſtentus pro oſtenſus, à verbo Oſtendor, quoniam ſit Tēdor tentus. P. Lucilius ad populum: Ex hoc ſpero me oſtenturum. Ex Diomede Grammatices lib. 1.

Oſtiaria. Cæſar belli Ciuilis lib. 3. Columnaria, oſtiaria, frumentum, milites, remiges, arma, tormenta, vecturæ imperabantur. Locus mihi ſuſpectus, fortè ſcriptum fuit, Colonis æra, veſtiaria, &c.

Oſtracium, ὀςράκιον, conchylium, & ipſius operculum, quod ὄνυξ Dioſcoridi. Eſt verò onyx πῶμα τοῦ κογχυλίου: In Officinis vnguis odoratus, & Serapionis Blatta Byzantia. Suauem ſpirat odorem dum vritur primò, (vt & purpuræ operculum) poſtea caſtorei virus: quod relictum inſtar fungi lucernarum linteo, vel chartæ obtritum lineas purpureas exprimit, vt ſumus experti: Lege Dioſcoridem lib. 2. cap. 10. & confer cum Plinio lib. 32. cap. 10. Vide Conchylium.

Oſtreoſus, oſtreoſior: abundans oſtreis: Terentianus Maurus in exemplo Priapei carminis: Nam te præcipuè in ſuis vrbibus colit ora Helleſponſia, cæteris oſtreoſior oris.

Oſtrum, Vide Purpura.

Oſyris, linaria herbariorum, ὄσυρις (& nunc vulgò Græcorū ἄξυρις) eſtque Linaria maior Italorum Beluedere, ex qua verrendis areis fiunt ſcopæ, quem vſum πρὸς κορήματα tradit Galenus. Deſcribit Plinius lib. 27. cap. 12. non quidem ex Dioſcoride, (quod conferenti manifeſtum) ſed ex alio quopiam, vt Cratena: Fruſtraque hoc in loco Mattheolus conatur Plinium arrodere.

Otacuſtæ, Aures regiæ, ὠτακουσταί: Vide Aures reg.

Othone, ſiue *Othona*, ὀθόνη vel ὀθόννα, non eſt ſpecies Chryſantheni, ſed ea herba, cuius flores vocamus oeillets d'Inde: Itali Garofani d'India. De ea in noſtro Lexico in voce Ὀθόνα.

Otia, lepades feræ. Vide Lepas.

Otioſiſsimus, Plinius Epiſtol.lib.1.Soſio.

Otus, vide Aſio.

Oua irrita Plin. vel hypenemia, vel Zephyria, ᾠὰ ὑπηνέμια vel ζεφύρια Ariſtot. & ἀνεμιαῖα καὶ αὐτόματα, ſiue ἀνεμίδια Platoni: Gal.oeufz ſans germe: Ital. voui ſanza gallo. Ea ad pullationem inepta, quod ſine maris coïtu edita ſint. Aliud verò Oua vrina ſiue ſynoſura Plin. κυνόσουρα & οὔρια Ariſtot. Gal. oeufz couués: quæ fiunt incubatione derelicta. Vide κυνόσουρα in noſtro Lexico.

Ouipara. Vide Vinipara.

Ouis. Gellius lib.11.cap.1. Quando igitur nunc quoque à magiſtratibus P. R. more maiorum multa dicitur vel minima (i. ouis vnius: conſtituti verò in oues ſingulas æris deni:in boues æris centeni, quæ multa ſuprema) vel ſuprema, obſeruari ſolet, vt Oues genere virili appellentur. Atque ita M. Varro verba hæc legitima, quibus minima multa diceretur, cōcepit: M.Terentio, quando citatus, neque reſpondit, neque excuſatus eſt, ego ei vnum ouem multam dico: ac niſi eo genere diceretur, negauerunt iuſtam videri multam.

Oues feræ, apud Iul. Capitolinum in Gordiano, Camelopardales, quas gyraphas vocant.

Ozæna polypi ſpecies. Vide Polypus piſcis.

Oxyacantha, vide Spina alba.

P*Ace* etiam cū Genitiuo rei & perſonæ. Velleius Patercul. Hiſtor. 1. Ego pace diligentiæ Catoni dixerim, vix crediderim, &c.

Pacificari, idē quod pacificare. Iuſtinus Hiſtor. lib.5. Pacificari cum altero ſtatuit.

Pacificator habitus. Quintilianus: Fit & ille habitus, qui eſſe in ſtatuis pacificator ſolet, qui inclinato in humerum dextrum capite, brachioque ab aure protenſo, manum infeſto pollice protendit, quiquidem maximè placet iis, qui ſe dicere ſublata manu iactant. De quo Statius in Syluula prima, quæ in equum maximum ſcripta eſt: —Iuuat ora tueri Mixta notis belli, placidamque gerentia pacem. Tum idem: Dextra vetat pugnas.

Pedagium, cubiculum puerorū, i. ſeruorum. Plinius Epiſtol. lib.7.

lib.7.Ruſo:Puer in pædagio mixtus pluribus dormiebat.

Pædicator, παιδεραστής. Licinius apud Suetonium in Cæſare: Bithynia quicquid & pædicator Cæſaris Vnquam habuit.

Paganus. Refert Dionyſius Halicar. lib. 4. quòd Roma diuiſa in quatuor tribus, quas pagos vocitabant: in quibus habitantes pagani dicebantur: qui in nullam habitationem transferri poterant: hinc factum, vt Paganus pro ciue ſumatur, qui nunquam militauerit. Et Pagano Miles opponitur. Paulus Iuriſconſ. fiat teſtamentum exēplo eius, qui paganus fuit, deinde militare cœpit. Ob id à Hieronymo cæteriſque Eccleſiaſticis ſcriptoribus Pagani appellati Ethnici, qui non ſub Chriſti vexillo militarent. Apud Plinium pagana lex, qua ruſtici vtuntur.

Pagrus vel *Phagrus*, πάγρος vel φάγρος Oppiano (& à φάγος φάγρος, vt ὄστρεον ab ὀστέον) In Gallia Narbonenſi Pagre: Italis Pagro: Hiſpanis Bezogo: Dalmatis & Luſitanis Pagros. Piſcis eſt marinus paruæ auratæ ſimilis, ſed Erythrini colore, qui tamen hyeme è ruffo purpuraſcit, cum ille ſemper rubeat. De eo præter Plinium Athenæus lib. 7.

Pagurus, πάγουρος, Gallis Chabre: Northmanis Rouſſeau: In Prouincia ſquinado, Gritta, ſquaranchon, Grampella: Maſsiliæ Carbaſſe, fagule: Venetiis Grancipore: & ab Hiſpanis Chabro dicitur. Nomen retinent adhuc Græci: & à Gallis maris mediterranei accolis Pagul, à paguro vocatur. Eſt verò de genere cancrorum, poſt mæam maximus: de quo Plinius lib. 9. cap. 31.

Palaris ſylua, ex qua palandis vitibus materies cæditur. D. libro ſeptimo. Titul. 1. l. 9. Niſi forte ſalicti ei, vel ſyluæ palaris, vel arundineti vſusfructus ſit legatus.

Paliurus, παλίουρος (quia vrinam ciet. nam πάλος à πάλλω τὸ σείω, & οὖρον vrina: οὖρα δὲ ἄγει, inquit Dioſcorides) cuius fructus latus, ἐν λόβῳ τινὶ καθάπερ φύλλῳ, in folliculo quodam folioſo, vt Theophraſtus habet libro tertio hiſtor. capite 17. Ex quo loco Dioſcorides tranſcripſit quæ de paliuro prodidit: Habet enim οὗ τὸ σπέρμα λιπαρὸν καὶ λιγνυῶδες εὑρίσκεται. ὅπερ πινόμενον βῆχιν ἀρήγει. vbi emendandum pro λιγνυῶδες fuliginoſum, γλισχρῶδες viſcoſum ac tenax. Nam ſic Theophraſtus, χρῶνται δὲ αὐτῷ πρὸς τοὺς βῆχας οἱ ἰατροὶ κόπτοντες. ἔχει γάρ τινα γλισχρότητα καὶ λίπος.

Ego verò aſſero hunc paliurum Rhamni tertiam eſſe ſpeciem, quam ſine imitatione Dioſcorides inter Rhamnos poſuit: de quo ita, καρπὸς δὲ πλατὺς, λευκὸς, λεπτὸς ὡς θυλακώδης, ἐοικὼς σφονδύλῳ, fructus verò latus, albus, tenuis, inſtar folliculi, ſimilis verticillo. Vide Rhamnus. Paliurus exoticus qui in Libya prouenit, eſt Zizyphus ſylueſtris, arbor (inquit Theophraſtus hiſtor. lib. 4. cap. 4. loto fruticoſior: cuius folia ſimilia noſtratis: fructus verò differens: nec enim latus, ſed teres ac rubeus, magnitudine cedri aut paulo maior: nucleum habet, non quidem vt in punicis ſimul edulem, fructũ verò ſuauem. Quòd ſi quis vinum affuderit, aiunt & ipſi, & vino ſuauitatem conciliari. Quæ nos expoſuimus, vt & Plinij mutuatio intelligatur, ita ſcribentis lib. 13. cap. 19. Cyrenaica regio lotum ſuæ poſtponit paliuro. fruticoſior hæc fructuque magis rubens, cuius nucleus non ſimul manditur (tacuit de punicis, quorum & ſemẽ πυρὴν dicitur à Dioſcoride, licet hoc erranter negarit vir doctiſſimus Anguillara) iucundus per ſe, atque ſuauior è vino, quin & vina ſucco ſuo commendans. Hunc Paliurum eſſe Aquifoliam (quæ ἀγρία Theophraſto) vacillanter magis quàm affirmatè, nec rectè opinatur Mattheolus, nunquam nominandus ſine honoris præfatione. Paliurus Agatoclis Cyziceni apud Atheneum lib. 14. cap. 20. eſt Lizyphus domeſtica, (licet Zyzyphum alii perperàm ſcripſerint, lotum eſſe Polybij. Vide Lotus) de qua ſuo loco.

Palmæ prima pars Celſo brachiale, καρπὸς Polluci, & κτεὶς Heſych. Gall. poignet: Ital. manile. Eſt autem iunctura illa qua brachium cum manu committitur, cuius & ornamentum brachiale vocatur à Plinio. Brachialia vocant Græci vel teſte Polluce, περικάρπια, ἐχίνους, ἀμφιδέας, ὄφεις, ψέλλια, χελιδόνας & ἐσυβάλια.

Palumbes (pro quo & palumbus, palumba) φάσσα, vel φάττα: Gallicè grand ramier: Italis Columbo torquato, vel fauoro: Hiſpanicè Palóma torcaz. Eſt & palumbus minor, φὰψ Ariſtoteli hiſtor. lib. 9. cap. 3. noſtris petit ramier. Euſtathio Phaps mediã eſt magnitudine inter columbam & œnadem: Phatra vero magnitudine gallinacei, coloris cinerei: Eius generis eſt Oenas, οἰνὰς Ariſtoteli (licet aliis ἰνὰς ἀπὸ τῶν ἰνῶν fibriſque carnis. fibroſa enim ac dura Vinago Gazæ: Gallis Biſſet, aliis Tarragon, & Angel circa Monſpeſſulum: Alchata Auicennæ, que aliis perdix Damaſcena. Auis hæc gregalis eſt ſimillima

ma perdici, ſed roſtro ac pedibus nigris, plumis ex fuſco colore in nigrum vergentibus,& luteis in ruffum.Conſpicitur ac capitur Autumno. Palūbes à noſtris capi nocte ſolent, ipſis decidentibus ex ramis arborum nolarum ſonitu, aut tympanorum vel crepitaculorum maximo ſtrepitu. De palūbo fero Plinius:de palumbe torquato Martialis.

Pancration, παγκράτιον, ſcylla puſilla Plin. coloris eſt ruffi. Hæc eſt ſcylla Officinarum (vera autem ſcylla albiſſima) ac cæpa canina Græcorum noſtri ſeculi. Hanc venenatam putant: cùm tamen ſcyllæ & pancratij vires eædem teſte Dioſcoride.

Pandurizare, verbum à πανδοῦρα de quo in Lexico Græco. Lampridius in Heliogabalo, Pandurizauit, organo modulatus eſt.

Pantomimicus, Adiectiuum. Seneca Epiſtol. 1. libro 4. Si intrante te clamor,plauſus, & pantomimica ornamenta obſtrepuerint.

Parare pro emere, πρίασθαι. Catullus. Non poſſem octo homines parare rectos. Horatius: Opinor, pretio maiore parandi. Plinius libro 37. cap.2. ccc. ſeſtertiis capidem vnam parando.

Parco in præterito peperci, quinetiam Parſi, vnde Parſimonia. Terentius: Ego ne vitam parſi perdere? Plautus: Duorum labori ego hominum parſiſſem libens. Sic enim melius veteres parſi declinabant, inquit Diomedes Grammatices lib. primo.

Parcæ ſcientiæ moderatéque eloquens. In Epitome Sexti Aurel. Victoris in Traiano: Simpliciora ingenia aut eruditiſſimos, quamuis ipſe parcæ eſſet ſcientiæ, moderatéque eloquens, diligebat.

Parcus etiam de homine puſilli & anguſti animi. Seneca libro 2. de Benefic. Parſimonia eſt ſcienria vitandi ſumptus ſuperuacuos, aut ars re familiari moderatè vtendi: parciſſimum tamen hominem vocamus puſilli animi & contracti, cùm infinitum interſit inter modum & anguſtias.

Parcitas, φειδωλή, Macrobius Comment. lib. 1. cap. 8. Moderatio, parcitas, ſobrietas: i. frugalitas.

Pardalus, πάρδαλος vel πάρδαλις, auicula, quæ magna ex parte gregatim volat, coloris tota cinerei: minor turdo. Non poteſt eſſe auis quæ à noſtris Piuoine appellatur, &

vulgo Græcorum ἀπεῤῥοκολος (quaſi albicilla à podice albo: contraria ſignificatione) οἰνάνθη Ariſtotelis: cuius caput, & cauda parſque corporis nigra eſt. Aliis Oenanthe, Gallicè Vitrec, id eſt Parra Plinio lib. 18. cap. 29.

Pareas, æ, παρείας & Apollodoro παρούας: Serpens innoxius, qui Venetiis ab Agyrtis ſiue Marſis oſtenditur, vocaturque Baronis nomine: cui caput pro magnitudine ac longitudine corporis paruum, tamen ita bucculentum, tãtóque rictu hiat, vt correptum paſſerem, immò columbi pullum deglutiat. Lucanus lib. 9. Et contentus iter cauda ſulcare Pareas. Sic legendum cum Iſidoro, non pharias. De Parea lege Ælianum lib. Animal. cap. 57. Vbi innocuum, atque Æſculapio ſacrum fuiſſe tradit: quæ de Angui ſpecialiter dicto, Plinius lib. 29. cap. 4. Qui circa Bononiam (ab angue) Ange, vel biſſe Ange: aliis Aucca.

Papilio, tentorium. Lampridius in Alex. Seuero: In procinctu, atque in expeditionibus, apertis papilionibus prandit.

Pariatio, ea ſcriptura eſt, qua apparet ſatisfactum eſſe creditori. Vide Alciat. lib. 1. Parergôn cap. 24. Et Pariator, qui paria fecit, nec reliquator eſt.

Parire pro parere. Ennius: Oua parire ſolet, pennis genus condecoratum. Ex Diomede Grammatices lib. i. Sic ridunt pro rident. Vide Irridunt.

Parra, vide Pardalus. Eſt & Parra, αἰγωλιός, vlula, Ægolius Plinio lib. 10. cap. 60. ex Ariſtotele Hiſtor. lib. 6. cap. 6. Gallicè, la Dame: Italicè Barbaiano: Auis eſt lucifuga, cui vngues adũci, color ruffus nigro conſperſus, oculi prægrandes, cuius vox lugubris vlulatu. Parræ præter Horatium 3. Car. Ode. 27. meminit Feſtus Pompeius.

Parricidiale ſcelus, Iuſtinus Hiſtor. lib. 27.

Pars virilis, contra hæreditariã diſtinguitur. Iulianus D. lib. 28. Tit. 6. l. 32. Reſpondi, Titium virilem partem, cæteros hæreditarias, habituros eſſe, &c.

Partem facere, venire in partem: facere vt ſolidum in partes diuidatur. Gaius D. lib. 34. Tit. 5. l. 7. Vtrum ita poſthumus partem faciat, ſi natus ſit: an & ſi natus non ſit, quæritur. Ego cõmodius dici puto, ſi quidem natus non eſt, minimè eum partem facere, ſed totum ad te pertinere, quaſi ab initio tibi ſolido relicto.

Partitio pretij, de eo qui pretiũ participat. Hermogenianus D. lib.

D.lib.40 Tit. 12. l.40. Cum pacto partitionis prætij maior viginti annis venalem ſe præbuit.

Participatus, us, Iulianus Capitolinus in Macrino: arripuit imperium filio Diadumeno in participatum aſcito. Idem in Ælio Vero: Marcus in eum omnia contulit participatu etiam Imperatoriæ poteſtatis indulto.

Participialis, μετοχικός. Diomedes Grammatices lib.1. Vbique enim deficit latinus ſermo, ideo quia duo ablatiui nominales ſunt copulati, quod ſi vnus participialis ſit, nō deficit latinus ſermo.

Participialis modus, i. ſupinum. Diomedes Grammatices lib. 1. Participialis modus verborū dictus eſt, quòd eius verba ſunt participiis per omnia ſimilia, nec tamen participia ſunt, vt legendi legendo legendum, lectum, lectu. Probus ſupina appellat. Vide Abſolutiua.

Parthenij apud Spartanos vocati ſunt ob notam materni pudoris, nati ex promiſcuo omnium fœminarum concubitu, conceſſóque iuuenibus, ne per virorum abſentiam ex viduitate ceſſaret fœcunditas muliebris. Vide Iuſtinum Hiſtor. libro tertio. Partheniatæ dicuntur à Seruio, quære in voce Tarentum.

Parthenium, vide Perdicium.

Parus, αἰγίθαλος Ariſtoteli: vulgò Græcorum γίταλος: Gallis Meſangue: Italis Parizola, Parruza, Zinzin: Orbeſina: Auicula eſt admodum fœcunda, cuius variæ ſpecies, quæ ferè omnes iuxta oculos maculas albas habent. Paro maximo pectus luteum: Cæteri albo, nigro, pallido & cyaneo colore diſtinguntur. Pari genus maius, αἰγίθαλος σπιζίτης Ariſtoteli, fringillago maxima, pulchra, inferius ex luteo vireſcens, in vertice nigricans. Parus montanus cæruleus, noſtris Marenge: Sabaudiſque Moyne, vel Moyneton: Italis Paruſſolin, vel Parozolina: Hiſpanis Chamaris, Alioinne, Milheiro: cæteris minor eſt. Eſt & Parus ater. Parus paluſtris: Parus μακρόκερκος & caudatus: Parus ſubcæruleus, Gallicè Monnier: Parus ſyluaticus: Paruſque criſtatus, Gallicè Meſangue hupee: de quo Plinius libro 37. In capite paucis animalium, nec niſi volucribus apices---præterea paro, atque ab illo Galerita appellata.

Paſchienus, pathicus, παθικός: vnde Luciano in Alectryone, παθικισμός. Sic dicta ἐμπεσοῦσα, inquit Demoſth. pro Corona,

ἐκ τοῦ πάντα ποιεῖν καὶ πάσχειν. Sineca libro 1. Declamat.10. Nulli non impreſſum aliquid,quod effugere non poſſet. Ille Paſſieno, prima eius ſyllaba in Græcum mutata, obſcænum nomen impoſuit. Xiphilinus: *ὥστε καὶ ἰσόρροπον τῇ φήμῃ δῶρων αὐτὸν ὄντα παχυπάσσας.*

Paſſer rubi, *βάτις* Ariſtoteli Hiſtor.animal.lib.8.cap.3. Rubetra Gazæ: Gallis Traquet, Roncier, & Perceuenne Lugdunenſibus: Italis Barada. Auicula eſt dumos frequentans, victitanſque vermiculis.

Paſſer piſcis, *ψῆττα* (quod generis nomen rhombóque commune. *στρουθός*, i. paſſer etiam de piſce apud Ariſtotel. Animal. 2.cap. 15. & apud Ælianum lib.15.cap.3. pro paſſeris piſcis ſpecie) Ariſtoteli: Gallis Plye: in Gallia Narb. plane (aliis Platuſc) ſicque in Italia, ſed Venetiis paſſere. Rhombo ſimilis eſt, niſi quod contractior, ſituſque dorſi contrarius, quòd pronis læuũ, Rhombo: dextrum paſſeri. Sicque intelligendus Plinius ita ſcribens lib.9. cap.22. Marinorum alii ſunt plani, vt rhombi, ſoleæ ac paſſeres, qui à rhombis ſitu tantùm corporũ differunt: dexter reſupinatus (potius reſupinatis) eſt illis, paſſeri læuus. Oculos autẽ habent in prona parte, natantque vt ſtrabones ingrediuntur, ſéq; arenis obtegunt inſidiantes piſciculis. Eſt & Paſſerum genus, qui Gallis Quarrelet: Northmanis Flondre: multis ruffis, vel ſubflauis maculis notatus. Rurſus & qui Gallicè Limãde, ab Anglis Brut, ſquamis aſperitatéque à ſuperiore differens. Et qui noſtris Flex, coloris nigri, munitus oſsiculis parti ſupinæ.

Paſſer Troglodytes, *στρουθὸς τρωγλοδύτης*, vulgo Græcorum *τουργλίδα*: in Creta Trilato, Gallis Roytelet (alia tamen eſt Regulus, *τροχῖλος* ſiue *πρέσβυς*, & *κήρυξ*, rex auium) ob Reguli ſimilitudinem, vel Roybertault: Northmanis Rebetre: Italis Reillo, Scricciola, Reatin, Reatino, circa Verbanum lacum Aryotin. Auicula eſt excepto Regulo omnium minima, quæ circa vepres ſubſultat, ſemper criſſans ac caudam ſubrigens. Eius vſum mirificè prædicat Aëtius libro 11. & capite. 11. in cura calculi & renum & veſicæ. Vide Regaliolus.

Paſſer marinus, vide ſtruthio.

Paſsio, *nis*, *πάθος*, Apuleius in Hermetis Aſclepio: Incredibiles enim poſt delicta cogentur credere, non verbis, ſed exẽplis: nec minis, ſed ipſa paſsione pœnarũ. Apuleius de Deo Socratis. Sũt n. inter homines ac deos, vt loco regionis, ita ingenio mẽtis

inter-

interſiti habentes communem cum ſuperis immortalitatem, cum inferis paſſionem. Macrobius Comment. libr.1. capi. 8. Fortitudinis, paſſiones ignorare, non vincere, vt neſciat iraſci, cupiat nihil.

Paſſiuus, patibilis, παθητός. Apuleius de Deo Socratis: Dæmones animo paſſiua, corpore aëria, tempore æterna. Et infrà. Quæ propterea paſſiua, non abſurde, vt arbitror, nominaui, quia ſunt iiſdem, quibus nos perturbationibus obnoxij.

Paſſiui amatores, παθικοὶ, apud Iul. Firmicum Matheſeos libr.7.

Paſſiui in coitu, dicuntur à Iulio Firmico Matheſeos libr. 4. qui Græcis παθικοὶ, paſſieni Senecæ, qui muliebria patiuntur: quibus cum Sodomis paratum exitium, & æternum inferni incendium.

Paſtinaca marina, τρύγων, & τρυγόνιον Oppiano, Turtur etiam Diuo ambroſio: Monſpelienſibus Paſtenago: Siculis Baſtonago: Prouincialibus Baſtango vel Vaſtango: Maſſiliæ Bougnette: Burdegalæ Tare ronde: Romæ Brucco: Genuæ Ferrazza. Pariſiis à rais non dicernitur. Piſcis eſt planus cartilaginei generis, læuis, ſine ſquamis: in cui᷒ cauda κέντρον (vnde Epicharmus ipſam ὀπισθόκεντρον appellauit) .i. radius Plinio, aculeus Celſo, vel ſpiculum, & acus oſſea Marcello Empirico (Orus τὴν ἐν τῇ οὐρᾷ ἄκανθαν vocat) quod telum venenatum. De Paſtinaca præter Plinium lib.9 cap.42. & lib. 32.cap.5. & 7. Oppianus, & Ælianus lib.8.ca.26. Eſt etiam paſtinacæ ſpecies, quæ Monſpelii glorieuſe: ab Aquitanis Tarefranke: Romæ & Neapoli Aquila: Genuæ Roſpo, & peſce ratto, nonnulliſque Ratepenade, quæ capite bufonem refert, & alis expanſis veſpertilionem. Paſtinacæ radius ſupra caudam.

Patens mundus, Macrobius Satur. lib. 1. cap. 16. Sed & cum Mundus patet, nefas eſt prælium ſumere. Infrà, nec patente Mundo, quod ſacrum Diti patri & Proſerpinæ dicatum eſt: meliúſque occluſa Plutonis fauce, eundum ad prælium putauerunt. Vnde & Varro ita ſcribit: Mūdus cum patet, Deorum triſtium, atque inferum quaſi ianua patet.

Pati quæſtionem. Vlpianus D.lib.11. T.7.l.14. Oportebit igitur teſtari quem quo animo funerat: ne poſtea patiatur quæſtionem.

Patio, pro patior, vt fruſtro pro fruſtror: moro, demolio, auxilio, populo, digno, pro maror, demolior, auxilior, populor, di-

Hh.iij.

gnor. Næuius in Proiecto: Populus patit, tu patias modo. Ex Diomede Grammat. lib. 1.

Patientia obſcœnè de pathicis. Seneca Controuerſ. lib. 10. in 4 Principes, inquit, viri contra naturam diuitias ſuas exercent, caſtratorũ greges habent, exoletos ſuos vt ad longiorem impudicitiæ patientiam idonei ſint, amputant.

Patientiam præſtare, Marcellus D. lib. 39. T. 1. l. 1. Debet hæres eius patientiam deſtruendi operis aduerſario præſtare.

Paticiſſimus Adiectiuum à Patico, vt apud Catullum cinædior à Cinædo. Martialis in 12. ad Rufum: Muſæi paticiſſimos libellos.

Patrator, vt necis patrator, id eſt, interfector. Cornelius Tacitus libro 14. Et viſus idoneus maternæ necis patrator Amicetus.

Patratio. Velleius Paterculus 2. Hiſtor. Nunc expugnationibus in priſtinum pacis redegit modum, eiúſque patratione Aſiæ ſecuritatem, Macedoniæ pacem reddidit.

Patrocinium præbere. Aſconius Pædian. in Diuinat. Quorum familia proximè Siculis patrocinium præbuit.

Patronalis. Marcellus D. lib. 39. Tit. 5. l. 2. Ne pars ex legibus verecundiæ patronali debita minuatur.

Patronatus. Paulus D. lib. 19. Tit. 1. l. 45. Si non Areſcuſa elegerit emptoris patronatum.

Paucillatim, Aduerb. apud Diomedem Grammat. lib. 1.

Pauitatio, trepidatio, παλμὸς: Apuleius lib. de Mundo: Palmatiæ (venti) appellantur, quorum pauitatione illa quæ trepidant, ſine inclinationis periculo nutant.

Pauo vel *pauus* piſcis, Vide Scarus.

Pauperatus, pauperior effectus. Iulius Firmicus Matheſ. lib. 1. de luna: Quando pauperata luminibus iacturam propriæ maieſtatis agnoſcat.

Pauperiem facere. Vlpianus D. libr. 9. Tit. 1. l. 1. Ait prætor: Si quadrupes pauperiẽ feciſſe dicetur. Pauperies eſt damnum ſine iniuria facientis datum. nec enim poteſt animal iniuriam feciſſe, quod ſenſu caret.

Paupertinus. Cum Varrore etiam vſus eſt Gellius lib. 14. cap. 6. Et librum hunc opulentiſſimum recipe, nihil prorſus ad noſtras paupertinas literas congruentem.

Pauſa (cuius origo è Græco παῦσις) non ſolum vſurpatum à poetis vocabulum, ſed etiam ab aliis, vt hiſtoricis. Quintus

Claudius primo Annalium apud Gellium lib.9.cap.13.Pugnæ facta pauſa eſt.

Peccatu pro peccato à Cicerone dictum, vt auribus inſeruiret, adnotauit Gellius lib.13.cap.19.

Pecten Veneris, vide Anthriſcum.

Pectines piſces, κτένες Ariſtoteli (& pectunculi, κτενίδια Tral liano) Gallis coquilles de Sainct Iaques, al. grandes coquilles: Venetiis Cappe di San Pierro (& paruæ, Cappe ſante) Teſtis conſtat binis, ſtriatis, quibus aures geminæ. Teſtarum altera plana, ſubincurua, foris & in ora interna ruſa. Altera concaua & candida: Vtraque tam concinna compage cluſilis, vt & inanes aptatæ claudantur arctiſſimè. De his Ariſtoteles Hiſtor.lib.4.cap.4, Plinius lib.9.cap.33. & lib.32.cap. vlt. Pectinum genus etiam, quod Itali Romiam vocāt, amplioribus latioribuſque auribus, concháque longiore & anguſtiore. Sunt & pectunculi, κτενίδια Hippocrati, qui vulgò Petūcles vel Hannōns: Romæ Gongole: Venetiis Pedocchi. Sunt exigui pectines, quorum conchulæ ſtriatæ, vtræque cauæ, aculeiſque armatæ, ſaporis gratiſſimi: quibus vnica auricula. Plinius quidē de pectunculis lib.32.ca.vlt.atque alibi: ſed ipſi, aliud nempe Tellinæ, τελλῖναι Diſcoridi (nam Plinius lib.32. cap.7. pectunculis tribuit, quæ Tellinis Dioſcorides) quæ & μύτλοι ſiue μύτιλοι apud Athenæum (ſic enim Romanos vocaſſe ſcribit li.3. Aliud tamen, Mytuli) Noſtris Flions: In Narbonenſi Gallia Romæque Tellinarum nomine: Venetiis: Capperoſole. Tellinæ, (ſiue pectunculorum id genus) binis teſtis clauduntur, ſimilibus, cauis, læuibus, nigris lineis ſuccinctis, & in ambitu ſerratis. Harum ſpeciem tenuiorem, τελλίνας regias vocat Athenæus.

Pectus inuſtis maculis deformatum. Lucianus in Tyranno, eorum animis, qui magnis ſe facinoribus, dum vitam agerent, obſtrinxerunt, maculas inuſtas eſſe docet. Claudianus libro in Ruff. ſecundo Quid demens manifeſta negas? en pectus iniuſtæ Deformāt maculæ. VideBrodæum Miſcellaneorum lib.1.cap.4.

Pecuniā exercere, dare ſub vſuris, aut quoquomodo efficere ne numi vacui ſint: dare fœnori vſuráſque conſequi. Vlpianus D.lib.17.Tit.1.l.10. Quòd ſi procurator non exercuit pecuniam, ſed ad vſus ſuos conuertit, in vſuras conuenietur, quæ legitimo modo in regionibus frequentantur.

Pecuniæ conſpectus, de rationum ſubducta ſumma, (quæ con ſummatio Pomponio) vno conſpectu repræſentata. Gellius lib. 19. cap. 10. Interrogauit, quantus eſſet pecuniæ conſpectus, ad id totum opus abſoluendum.

Pecuniæ quæ vſuras pariunt, D. lib. 22. Tit. 1. l. 33. (Quibus opponuntur, Numi ſteriles l. 7.) i. ſub vſuris datæ, & quarum debitor, vſurarius debitor vocatur à Papiniano ibid.

Pecuniariè, vel *pecuniariter*. Vlpianus D. lib. 47. T. 1. l. 3. Siquidem pecuniariter agere velit.

Pedatus. Suetonius in Othone: Fuiſſe enim traditur & modicæ ſtaturæ, & malè pedatus, ὐκ ἀρτίπους, pedibus malè fultus.

Pediculus marinus, φθεὶρ θαλάττιος, Gallicè Pouil de mer. Inſectum eſt (eſt autem & piſcis eius nominis apud Ariſtotelem) fabæ magnitudine ac latitudine ſcarabeis terreſtribus, vel mil lepedis (τοῖς ὄνοις τοῖς πολύποσι) ſimilq́, quod ex limo generatur: cui velut cornicula, vtrinque pedes multi incurui, cauda lata. Piſcibus vt pulex, infeſtus eſt. De quo Ariſtoteles Hiſtor. lib. 5. ca. 31. Et Plinius lib. 9. c. 47. Adeóque nihil non gignitur in ma ri, vt cauponarum etiam æſtiua animalia (pulices) pernici moleſta ſaltu: Aut quæ capillus maximè celat (pediculi) exiſtant: & circunglobata eſcæ ſæpe extrahuntur (à piſcatoribus) quæ cauſa ſomnum piſcium in mari noctibus infeſtare exiſtimatur. Pulex autem marinus (quem ψύλλον θαλάττιον Ariſtote les Hiſtor. lib. 4. cap. 10.) beſtiola eſt tenui cruſta cōtecta per litus ſaliens: in cuius cauda appendices paruulæ locuſtæ, & ſquillæ modo. Horum & maxima copia ſtagnis marinis. Qui verò & pediculus piſcis, φθεὶρ Æliano, paraſitus eſt delphini.

Pedulis, vt faſciæ crurales peduleſque apud Vlpianum D. lib. 34. Tit. 2. l. 25.

Pedule, is. ὑποπόδιον. Pedule ſub pedibus præſtat vtilitatem, Cornel. Fronto lib. de nom. verborúmque differ.

Pegmares (al. pegmates) gladiatores, apud Suetonium in Caligula.

Peierare cum adiuncto vt iurare. Suetonius in Nerone: Sum miſſis Conſularibus viris, qui regio genere ortam peierarent.

Pelamys, vide Thynnus.

Pellicius, Adiect. ex pellib. apud Lampridium in Heliogabalo: Sella pellicia.

Pendens vindemia, vt pendens vinum dixit Cato. Iulianus D. lib.

D.lib. 19.T.1.l.25. Qui pendentem vindemiam emit, ſi vuam legere prohibeatur, &c.

Penelops, πηνέλοψ (& apud Athenæum πανέλοπες dicuntur ab Ibyco αἰολόδειροι & ποικιλόδειροι, cognominatque φοινικολέγυας, à coli varietate & colore puniceo) auis de anſerũ genere, vt Chenalopeces (eſt verò χηναλώπηξ Ariſtoteli, ſiue χηνέλοψ Heſychio, Gallis creuant: aliiſque Bieure) quæ circa lacus amnéſque verſatur. Præter Ariſtotelem de Hiſtor. lib.8.cap.3. Plinius lib.37.cap.2. Et lib.10.cap.22. vbi ſic legendum cum antiquis codicibus: Anſerum generis ſunt Penelopes: & quibus lautiores epulas non nouit Britannia, Chenalopeces fero anſere minores. In Anglia Chenalopex, i. vulpanſer, vocatur Bergander: de cuius aſtutia atque in prolem amore, Ælianus.

Penetral pro penetrale, Macrobius Satur. lib.7.cap.1.

Penetratio, *nis*, πίεσμος. Apuleius Floridor. lib.4. Vice ſpinarum, quas ventus cum voluerit inter ſe cohercere, paribus vtrinque aculeis, ſimili penetratione, mutuo vulnere.

Penitus Adiect. præter Plaut. Catullus in Epithalam. Pectore vritur intimo, Flamma ſed penita magis.

Penitiſſimus: etiam cum Plauto vſus eſt Macrobius Satur. li. 5. cap. 19. Sed de Græcorum penitiſſimis literis hanc hiſtoriam eruit Maro.

Peniſſimè præter Plautũ, Apuleius. in Apologia: Nam quod peniſſimè oblitus ſum.

Penſatio, compenſatio. D.lib.3. Tit.5.l.8. Quòd ſi poſt examinationem reprobatæ fuerint penſationes.

Penſiculatè, ἐξητασμένως, rebus expenſis, cogitatè atque conſideratè. Gellius lib.1.cap.3. Quæ à Theophraſto penſiculatè, atque enucleatè ſcripta ſunt.

Penu pro penus ἀκλίτως. Diomedes initio Grammatices: Supereſt vt ſingula recolendo, memoriæ penu mandentur, ne fruſtrà cum tempore euaneſcat labor.

Penus eſculenta, D. lib.33. Tit.9.l.1. Quid propriè penus, & vnde nominis origo, vide apud Gellium lib. 4. cap.1. Maximè hoc in loco: Nam quæ ad edendum bibendúmque in dies ſingulos prandij, aut cœnæ cauſa parantur, penus non ſunt: Sed ea potius, quæ huiuſce generis longæ vſionis gratia contrahuntur & recunduntur, ex eo quod non in promptu ſint, ſed intus, & penitus habeantur, penus dicta ſunt. Poculenta penus, D. ibid. Separare in penum, ibid. l.4. Sed ea ſolùm quæ

ſibi in penum ſeparabat.

Peplus imperatorius. Spartianus in Saturnino: Hic ea die, qua eſt amictus à militibus peplo imperatorio dixiſſe fertur. Idem in Celſo: Celſum imperatorem appellauerunt peplo deæ cœleſtis ornatum.

Pepones, vide Melones.

Per pro inter. Virgilius 1. Georgicorum. Circum, perque duas in morem fluminis Arctos. vide Macrob. Comment. lib. 2. cap. 8.

Per, compoſitione diſſoluta διὰ τμῆσιν, cum interpoſitione vocis eleganter ponitur. Gellius libr. 12. capit. 6. Per hercle antiquum, perque lepidum, tributus verſibus ſenariis compoſitum ænigma.

Per caput pedéſque. Sic poëtæ dicunt totum volentes exprimere. Horatius in Serm. Aliena negotia centum Per caput atque pedes ſaliunt. Quod ex imitatione Catulli, qui in Epigr. ad Coloniam: Quendam municipem meum de tuo volo pon te Ire præcipitem in lutum, per capútque pedéſque.

Per contrarium, κατ᾽ ἐναντίον. Vlpianus D. lib. 5. Tit. 8. l. 4. Nam per contrarium, quin vxor cum marito poſſit habitare, nec fuit dubitatum.

Per corbem menſuram facere. Eſt enim & corbis menſuræ genus quoddam. Vlpianus D. lib. 18. T. 6. l. 1. Si doliare vinum emeris, nec de tradendo quicquam cõuenerit, id videri actum, vt ante euacuarentur, quàm ad vindemiam opera eorum futura ſit neceſſaria. Quod ſi non ſint euacuata, faciendũ quod veteres putauerunt, per corbem venditorem menſuram facere, & effundere. Vide Plinium lib. 18. cap. 31. circa finem.

Per defectionem dictum, ἐλλειπτικῶς, (i. defectiuè) λεγόμενον. Gellius lib. 5. cap. 8. Parum animaduertit ſic hoc eſſe dictum, vt pleraque dici per defectionem ſolent.

Per genium, modus obſecrandi, quinetiam iurãdi. Vlpianus D. lib. 12. Tit. 2. l. 13. Si quis iurauerit in re pecuniaria per geniũ principis. Vbi talis periurij pœna, fuſtuarium: & ita ei ſuperindicitur, προπετῶς μὴ ὄμνυε.

Per luſum iocúmque, Author Phalici carminis: Nolite omnia quæ loquor, putare. Per luſum mihi, per iocúmque dici. Catullus dixit: Reddens mutua per iocum, atque vinum.

Per mediocritatem cauſam dirimere, (mediè nẽpe benigniuſq; iudicando) Paulus D. lib. 36. Tit. 2. l. 7. id eſt μετρίως καὶ ἐπιεικῶς.

Per na-

Per naturam, κατὰ φύσιν, naturaliter. Gellius lib.16.ca.6. Vbi terrarum quæſo te, inquam, duos ſolos per naturam dentes habere ouem vidiſti?

Per ſtillicidia, quaſi ſtillatim, guttatim ac ſenſim. Seneca Epiſtol.102. Inuenitur aliquis, qui malit inter ſupplicia tabeſcere, & perire membratim, & toties per ſtillicidia amittere animam quàm ſemel exhalare.

Per ſequelam, κατὰ παρακολούθησιν. Gellius lib.6. ca. 1. Eáque non per naturam, ſed per ſequelas quaſdam neceſſarias facta dicit, quod ipſe appellat κατὰ παρακολούθησιν.

Per virtutem dimicare, i. virtute. Hirtius de bello Africo: Contra Gallos homines apertos, miniméque inſidioſos: qui per virtutem, non per dolum dimicare conſueuerunt.

Perambulare. Cùm dicit Catullus in Iul. Cæſ. Perambulabit omnium cubilia: reminiſcendum eius quod alibi: tremulíque quaſſa lecti Argutatio, inambulatióque.

Perblandè, Macrobius Satur. lib.1. cap.2. Obuiam procedere ac perblandè ſalutare.

Perca, πέρκη, & περκὶς: Gallis perche: Italis Perſico, vel perſeco, in Hetruria Perſega: Romæ Cerna. Piſcis eſt fluuiatilis, & marinus. Perca fluuiatilis ſiue lacuſtris, cui os paruum abſque dentibus, pinnæ duæ in dorſo erectæ: corpus latum, color varius cum maculis à dorſo ad ventrẽ: ſquamæ paruæ. Auſonius in Moſella: Nec te delicias menſarũ perca ſilebo Amnigenos inter piſces dignande marinis. Perca marina, ſaxatilis eſt, cui dentes acuti, branchiæ vtrinque quaternæ, ac duplices excepta vltima: pinna dorſi continua: corpus coloris rufi, lineis multis tum nigris, tum purpureis inſigne, ob idque Epicharmo ἀνθεσίχρως, & γραμμοποικίλος, apud Athenæum appellatur. Eſt enim πέρκη Ariſtoteli τῶν γραμμοποικίλων πλαγίαις τε ταῖς ῥάβδοις κεχρωσμένων: Lege Ariſt. Hiſt. lib.2. cap. 17. & Athenæũ li. 7.

Percarus, περιφιλής: Cor. Tacitus lib.5. Quẽ Druſo fratri percarum in cohortem ſuam tranſtulerat.

Percellere, violare, labefactare. Suetonius in Nerone, Nullũ adeò neceſſitudinis genus eſt, quod non ſcelere perculerit.

Percenſere, pro cenſoria virgula grauiter notare, Cenſoria animaduerſione ſeuerè caſtigare. Gellius lib.7. cap.3. de Tirone, Sibimet viſus eſt orationem iſtam pro Rhodienſib. acri, ſubtilique ingenio & iudicio percenſuiſſe.

Percerpere. Gelli. l.2. ca. vlt. Cuius rei cauſam, cum Ariſtotelis

libros Problematum percerpſimus,notaui.

Percharus. Iuſtinus Hiſtor.lib.12.Vnus ex amicis eius Ephæſtion decedit,dotibus primò formæ pueritiæq;,mox obſequiis regi percharus.

Percipere pilam. Alfenus Digeſt.li.9.T.2.l.42.Cùm pila com plures luderent,quidam ex his ſeruulum cum pilam percipere conaretur,impulit,ſeruus cecidit,& crus fregit.

Percludere. Paulus D. lib. 20. Tit.2. l. 9. Inhabitantes autem manumittimus: Scilicet antequam penſionis nomine percludamur.

Percucurrit. Suetonius in Nerone.Reſtitutus in patriam,am pliſſimos honores percucurrit.Ibidem,Decucurrit.

Perdicium ſiue Muralium,partheniõ,παρθένιον,Gallis Eſpargoutte: Italis Amarella: Officinarum matricaria. De qua ex Dioſcoride Plinius lib.21.cap.30.

Perditum ducere, pro perdito habere Feſto in verbo Valleſcit.Catullus in Epigr.ad ſeipſum:MiſerCatulle,deſinas inepti re,Et,quod vides periiſſe,perditum ducas.Plautus in Ciſtellaria:Quod periit,periit.

Perdolitum eſt, valde doluit. Quintus Claudius 1.Annalium apud Gellium lib.9.cap.13.Gallus irridere cœpit, atq; linguam exertare.Id ſubitò perdolitum eſt cuidam Tito Manlio.

Perductus,totus inductus ac deletus. Vlpianus D.lib.29.tit. 4.l.1.Sed nolẽtibus inducta accipiendũ eſt, & ſi perducta ſint.

Peregrinæ conditionis homines, qui ciues Romani nõ eſſent. Suetonius in Claudio: Peregrinæ conditionis homines vetuit vſurpare nomina duntaxat gentilitia.

Peregrinitatis reus. Suetonius in Claudio,Peregrinitatis reũ orta inter aduocatos leui contentione, togatúmne, an palliatum dicere cauſam oporteret: quaſi æquitatem integram oſtentans,mutare habitum ſæpius, & prout accuſaretur,defendereturque,iuſſit. In peregrinitatem redigere. Suetonius in Claudio: Splẽdidum virum,Græciæque prouinciæ principem, verùm Latini ſermonis ignarum,non modò albo iudicum eraſit: ſed etiam in peregrinitatem redegit.

Perfacundus,δεινότατος. Apuleius Floridor.lib.4. Protagoras, qui ſophiſta fuit longè multiſcius, & cum primis Rhetoricæ re pertoribus perfacundus.

Perfacundus. Iuſtinus Hiſtor.lib.22.In concionib. perfacundus habebatur.

Perſe-

Perfectiſſimè, τελειοτάτως. Gellius lib. 11. cap. 16. Quod à Græcis perfectiſſimè vno verbo, & planiſsimè dicitur.

Perfidioſius. Suetonius in Auguſto: Neque aut crebius, aut perfidioſius rebellantes grauiore vnquam multatus eſt pœna.

Perforatus animus. Seneca Epiſtol. 100. Acquieſcamus his quæ iam hauſimus, ſi modò non perforato animo hauriebamus, & tranſmittente quicquid acceperat.

Perfoſſor, is, qui parietes perfodit, τειχώρυκτος. Apuleius in Apologia: Eo quidẽ pacto, & qui myoparones quæſierit, pyrata erit? & qui vectem perfoſſor? malè editum profoſſor.

Pergnarus, vt apud Apuleium in Apologia: Magia ars colẽdi deos ac venerandi pergnara.

Periclymenos, περικλύμενον, Gallis Cheurefueille, Northmanis Suchetz (exuguntur enim flores à pueris mira ſuauitate, Italis Matriſelua, Vinciboſco: Caprifolium Officinarum. In opere topiario, propter flexibilitatem atque folia plæriſque locis non decidua etiam hyeme maximè expetitur. Viuaciſsimus frutex eſt, rubi atque hederæ modo ſeſe propagans, quique defixis flagellorum capitibus parietum foraminibus mirabiliter radicatur. Aqua ex floribus ac foliis, anginæ præſtãtiſsimum remedium. In Dioſcoridis codice, verborum ordo confuſus ac perturbatus, ita reſtituendus eſt: καὶ σπλῆνα τήκει, καὶ κόπον λύει, καὶ οὖρα ἄγει ἀπὸ τῆς ἕκτης ἡμέρας αἱματώδη. ὀρθόπνοιαν ὠφελεῖ καὶ λυγμόν. Cui lectioni etiã adſtipulatur Plinius lib. 27. cap. 12. Dubitatio: Deſydero in matriſylua folia hederæ, ſiue ſmilacis aſperæ, quæ Periclymeno Dioſcoridis.

Perimere actionem, D. de Pactis lege 51. Neque tibi aduerſus tuum debitorem, neque ipſi aduerſus ſuum actio perempta, i. ſublata.

Periniurius, valde iniurioſus. Apuleius in Apologia: Atqui periniurium eſt, ei fidem in peioribus habere, cui in melioribus non haberes.

Perluſorius, vt perluſorium iudicium, i. in quo partes in necẽ alterius colluſerunt. Vlpianus D. lib. 49. Tit. 1. l. 14. Si perluſorio iudicio actum ſit aduerſus teſtamentum, an ius faciat iudex, videndum. Alij codices minus rectè proluſorio.

Permanare tranſlatè de Amore, vide Dimanare.

Permilitare. D. lib. 27. Tit. 1. l. 8. Modeſtinus: Plane ſi quis in cohortibus vrbanis permilitauit. & l. 9. Vlpianus: Si tribunus in cohortibus prætoriis permilitauerit.

Permittere,διαπέμπειν.ad te permittam,Seneca Epiſt. ſexageſima ſeptima.

Permodicus,vt permodica dos, Vlpianus Digeſtorū libro 11. Tit.7.l.20.

Permodica res familiaris,apud Sueton.in Tiberio.

Perna piſcis, quæ pinna minor. Vide Pinna piſcis. De Pernis Athenæus lib.3. ex Theophraſto de lapidibus, in hūc ſenſum: Inter gemmas pretioſas margaritæ ſunt, natura pellucidæ, ex quibus fiunt ſumptuoſiſſima monilia. Eas generat oſtreū Pinnis ſimile,ſed minus,tam magnas,quàm eſt magnus piſcis oculus.Plinius lib.32.cap.vltimo. Appellantur & pernæ concharū generis, circa Pontias inſulas frequētiſsimæ. Stant velut ſuillo crure lōgo in harena defixæ, hiantéſque quà limpitudo eſt pedali non minus ſpacio.Cibum venantur(Locus deprauatus ſic reſtituendus:Hianteſque (quà amplitudo eſt pedali nō minus ſpatio) cibum venantur.)Dentes in circuitu marginum habēt pectinatim ſpiſſatos.Intus pro ſpondilo grandis caro eſt.Perna ſtriis differt à Pinna,& magnitudine. Nā pinnas quinque habui bipedales.Vide Pinna.

Perpendiculator,ris, qui perpendiculo vtitur, vt faber materiarius,vel cæmentarius. Sext. Aurel. Victor in Adriano:Namque ad ſpecimen legionum militarium fabros, perpendiculatores,architectos,genúſque cunctum extruē dorum mœnium, ſeu decorandorum in cohortes centuriauerat.

Perpenſatio,ἐξέτασις.Gellius lib.2.cap,2.Cū ſumma (dij boni) honorum atque officiorum perpenſatione.

Perpetim pro perpetuo,præter Plinium Apuleius in Apologia: Non quin ego Pudentillā iam anno perpetim aſsiduo cōuictu probe ſpectaſſem.

Perpetuus modus,i.infinitiuus,apud Probum.

Perpetuus modus, id eſt infinitiuus, Diomedes Grammatices lib. primo quem & imperſonariuum & inſignificatiuum dixerunt.

Perpetuari.Paulus D.lib.vigeſimo ſeptimo Tit.7.l.8. Pœnales actiones tranſmittuntur ab vtraque parte, & temporales perpetuantur.

Perproſper.Suetonius in Claudio:Valetudine ſicut olim graui,ita princeps perproſpera vſus eſt.

Perſeueratio,διαμονὴ, perſeuerantia. Apuleius in Hermetis Aſclepio:Cognouimus te æterna perſeueratio.

Perſeueratio, perſeuerantia, διαμονή. Iulius Firmicus Matheſ. lib. 3. Humorum ſtatiua perſeueratio.

Perſeueratio, i. perſeuerãtia. Fabius Victorinus in 2. Rhetor. Cicer. Afficimur induſtria ac conſtantia, & perſeueratione.

Perſolata, ſpecies perſonatæ herbæ maioris, quam aliqui petaſitem ſecundam appellant. Plinius libro 25. cap. 9. Perſolata quam nemo ignorat, Græci verò Arcion vocant, folia habet maiora etiã cucurbitis, & hirſutiora nigrioraque & craſsiora: radicem albam & grandem.

Perſolennis. Suetonius in Nerone: cum dote & flammeo perſolenni.

Perſona, larua, à perſonando dicta, o, litera propter vocabuli formam productiore, vide Gellium lib. 5. cap. 7.

Perſonæ ſplendidiores, vel honeſtiores, & qui in aliquo honore poſiti, humilioribus, plebeis, & priuatis opponuntur, vt D. lib. 47. Tit. 12. l. 11. & ſequentib.

Pertenuiſsimus, Superlat. Seneca. Queſtion. natur. libro 2. cap. 10.

Pertinaciſsimè. præter Quintil. Suetonius in Cæſare: Authorem, propugnatoremque ſe pertinaciſſimè præſtitit.

Pertinaciſsimè. Præter Quintil. Suetonius in Cæſare: comperit equorum greges pertinaciſsimè papulo abſtinere.

Pertinet ad animum meum, amo ex animo. Scæuola D. lib. 17. Tit. Mandati. l. 60. Semproniam pertinere ad animum meum cognouiſti.

Perturbatiſsimus, Superlat. Seneca Quæſt. Nat. 7. cap. 10. violentiſſimum & perturbatiſſimum tempeſtatis genus.

Peruicaciter. Vlpianus D. lib. 26. Tit. vlt. l. 3. Qui pecuniam ad prædiorum emptionem conferre, neque pecuniã deponere peruicaciter perſtant.

Peruigilia, æ, peruigilium ſiue peruigilatio Cicer. Iuſtinus Hiſtor. lib. 24. Maximum peruigiliæ malum.

Peruulgatè, διατεθρυλλημένως. Gellius lib. 18. cap. 18. Sed vt video, peruulgatè magis, quàm inſcitè locutus es. Idẽ Gellius lib. 17. cap. 10. Dixit peruulgatè & impropriè.

Peſtilentioſus, λοιμώδης, peſtilens. Vlpianus D. lib. 43. Tit. 8. l. 2. Si odore ſoli locus peſtilentioſus fiat.

Petitor, ris, candidatus. Macrobius Satur. lib. 3. cap. 14. In orat. Scipionis: puerum bullatum petitoris filium---- Vides quemadmodum ingemuit Africanus, quod vidiſſet cum cro-

talis ſaltantem filium petitoris, id eſt, candidati.

Petitrix, cis. Paulus D. lib. 36. Tit. 1. l. 74. Contra petitricē pronuntiauit.

Petulans, pro eo quod eſt, ad aliquid faciendum procliuis & audax. Gellius libro 17. cap. 20. Atque vti quædam animalium parua & vilia, ad imitandum ſunt quas reſcunque audierint, viderintve, petulantia.

Phagus, in Glandifera.

Phalacrocorax, ſiue ὑδρόκοραξ, vide Ibis.

Phalaris vel *Phaleris*, φαλαρὶς vel φαληρὶς, auis aquatica, cuius mas minor. Eius roſtrum anguſtum, corpus compactius rotundiuſque, dorſum cum ventre cinericij coloris eſt, teſte Athenæo lib. 9. cap. 18. Gallicè Iodelle, poulle d'eau.

Phallouitroboli, potoria vaſa ex vitro propriè (licet inde & ex alia materia) oblonga, & inſtar priapi, apud Iul. Capitolinū in Pertinace.

Phellodrys, in Glandifera.

Phillyrea, φιλλυρέα: arbuſcula liguſtro ſimilis, ſed foliis ſemper virentibus, politis ac læuibus. Etiam, vt liguſtrum ramulo ſata prouenit. Copioſa in Illyria. Vidi primùm Venetiis in hortulo Contareni viri clariſſimi, & naturalis hiſtoriæ amantiſſimi. Plinius libro 24. capite 8. Tiliæ, i. τῇ φιλύρᾳ, ſiue φιλλύρᾳ (quæ Gallis Til, vel Tillet: Italis Teia, & Tiglia) Vires τῆς φιλλυρέας falſò attribuit. Deceptus eſt vocum ſimilitudine: ſed plura legit quàm nunc in codice Dioſcoridis.

Philoſophia, σοφίσματα. Gellius. lib. 4. cap. 1. Philoſophias, inquit, ego non didici nec diſcere appetiui. At lib. 5. cap. 3. Philoſophias docuit, i. μαθήματα.

Phoca Virgilio, vitulus marinus Plinio, φώκη. Vide Vitulus marinus.

Phœnicopterus, φοινικόπτερος Ariſtophani in Auibus, vel ὄρνις φοινικόπτερος cratino, & φοινίκεος ὄρνις Philoſtrato in vita Apollonij libro 8. Gallis Flambant, vel Flamand. Auis eſt magnitudine ciconiæ, cuius collum oblongum, roſtrum, crura & pars allarum puniceo colore rutilat. Capitur in Flandria, & Gallia Narbonenſi. Plinius lib. 10. cap. 48. Phœnicopteri linguam præcipui ſaporis eſſe, Apicius docuit nepotum omnium altiſſimus gurges. Martialis lib. 3. Nomenque dedit, quæ rubentibus pennis. Idem: Dat mihi penna rubens nomen, ſed lingua guloſis Noſtra ſapit.. quid ſi garrula lingua foret?

Iuue-

Iuuenalis Sat.11.Phœnicopterus ingens. Vide Lampridium in Heliogabalo.

Phœnicurus, vide Erithacus.

Phu, φοῦ, dicta & ἀγρία νάρδος: Eſt Valeriana maior. Nec obſtat quod apud Dioſcoridem legitur, ἄνθη ϖερὶ τὰ τοῦ ναρκίσου, μείζω. nam legendum μείω, i. minores. De Phu Plinius lib.12. cap.12. Eſt & Valerianæ minoris, quinetiam minimæ ſpecies, à noſtris vocatur Valeriane.

Phucus marinus, vide φῦκος in noſtro Lexico.

Phycis, φυκὶς (& φύκης ac φυκὴν de mare) λελεπρεὶς Heſychio (quo nomine Neapoli, vbi leprem, aut Pittara dicitur) Gallis Mole: Hiſpanis Molere: Romanis Phyco: Venetis Lepo. Nunc in Græcia Phokida. Piſcis marinus eſt, ſaxatilis, cui os magnũ, dentes parui, oculi magni, aurei: barba ex inferiore maxilla, (labiis enim caret, vt chãna) depẽdens: pinna in dorſo primùm diuiſa, mox altera ſubſequente cõtinua ac ſpinoſa (vnde ἀκανθοσερὶς dicta ab Ariſtotele) Color varius (ob idque ποικιλόχροος ab eodem appellata) in capite ſummo pinníſque branchiarũ ex nigro rubeſcens, cum poſteriore corporis parte nigricet: & circa ventrẽ Tincæ ſimilior ſit. De eo Ariſtoteles lib.8. Hiſtor. cap.30. Et ex eo Plinius lib.9. cap.26. Mutat & Phycis, reliquo tempore candida, vere varia. Eadem piſcium ſola nidificat ex alga, atque in nido parit (hoc falſum. Idem enim faciunt gobiones, & Hippocampi.) & Ouidius, Atque auiũ dulces nidos imitata ſub vndis: πειρεασικῶς.

Phyſeter, φυσητὴρ, & φύσαλος (Eſt & phyſalus maris rubri vene natus piſcis Æliano Hiſtor. animal. lib.3. c.18.) Oppiano: Gallis Peis mular (ſic enim in Gallia Narb.) Maſſiliæ Mulaſſo: Santonibus Sedenete: Italis Capodoglio, al. Capidoglio. Belua eſt ex balænarum genere, cui os maximum, dentes ſerrati vt Orcæ (à qua differt, quòd multo longior ſit phyſeter, & dorſi pinna careat) lingua magna & carnoſa: in ſummo capitis ſupra oculos fiſtula quàm reliquis beluis amplior, qua hauſtos fluctus largiter eructat & efflat, vnde & nomen. De eo præter Plin. lib.9. cap.4. & Solinũ, Strabo Geograph. lib.15. Et Arrianus li.8. (Plinius malè lib.9. cap.3. Thynnis tribuit, quæ illi cetis ac phyſeteribus) Oppianuſque Halieut. lib.1. atque Ælianus Animal. lib. 9. cap.49. Ariſtoteli φυσητὴρ non animal, ſed fiſtula ſolùm, quo aquam reuomunt cete, hiſtor. lib.6. μυκτὴρ etiam Æliano lib.17. cap.13. & Polypi pariunt fiſtula, τῷ φυσητῆρι, qui meatus in cor-

pore, Ariſtot.& Athen.quem ἀυλὸν vocauit Oppianus.

Pica (quaſi ποικιλὶς à varietate) κίσσα ſiue κίττα: Gallis, Pie, agace, pie grieche:Italis Gazzuola,gazza:Hiſpanis Pigaza. Auis ſatis nota. Pica varia.Plinius lib.10.cap.29. Nuper & adhuc tamen rara, ab Apennino ad vrbem verſus cerni cœpere picarum genera,quæ longa inſignes cauda,variæ appellantur. Proprium his calueſcere omnibus annis cum ſeruntur rapa.& cap.33.Picæ cùm diligentius viſum ab homine nidum ſenſere, oua transferũt aliò. Pica glandaria,Gallis Gay (Vide Graculus)Italis Ghiandaia, vel giandara, Gaza verla,vel berta.Auis verſicolor eſt, maculiſque cæruleis diſtincta, voces humanas articulatè exprimens. De hoc genere,quòd glande veſcitur, Plinius lib. 10. cap.42. Eſt & ruberrima pica Barbara ſiue Braſilij,pie du Breſil.

Pictorius, Adiect.γραφικὸς, vt operæ pictoriæ. Iulianus Dig. lib.38.Tit.1.l.23.Hæ operæ, quas libertus promiſit, multum diſtant à fabrilibus vel pictoriis operis.

Picea,πίτυς(potius quàm πεύκη)Gallis Sequanis Pece, Allobrogibus Soeſte (quorundam Sapinus) qui reſinam eius vocãt Binioum: Italis Mugho (vt in Alpibus Veronæ) vt Piella in Apennino.Hæc eſt πίτυς φθειροποιὸς ſiue φθειροφόρος, vt legẽdum apud Theophraſtum ac Plinium.Vide Tæda,& Abies.

Picus, δρυοκολάπτης & δρυοκόπος Ariſtoteli, δενδροκόλαφος Meletio, & καλοτύπος ac δρυμοκόλαψ Heſych. Gallis Pic, vel Pinnar, Northmanis Eſpec.Italis, Pico, picchio: Hiſpanis Bequebò. In eo genere Picus Martius:& picus cauator arborum. Apud nos varia ſunt genera, Picus niger, viridis, luteus: alii quibus caput rubet,alii quibus clunes:Et qui à noſtris Pic martelé, vel bigarré appellatur, πίπρα minor mas, & fœmina, pipra muraria,κύανος Ariſtotelis, Plinius lib.10.cap.18.Sũt & paruæ aues vncorũ vnguiũ, vt Pici, Martio cognomine inſignes, & in auſpiciis magni. Quo in genere arborum cauatores, ſcãdentes in ſubrectum felium modò, illi verò & ſupini, percuſſi corticis ſono, pabulum ſubeſſe intelligunt. Pullos educant in cauis auium ſoli. Adactos cauernis eorum à paſtore cuneos admota quadam ab his herba, elabi creditur vulgò. Trebius autor eſt, clauum cuneúmve adactum quanta libeat vi arbori in qua nidum habeat, ſtatim exilire cum crepitu arboris, cùm inſederit clauo aut cuneo.Hæc auis vulgo Græcorũ nũc κυρκυνιστὴς appellatur. Picus niger, Italis ſgaia. Picus viridis Gallis Piuert,

κολοιὸς Ariſtotelis. Eſt & Picus cinereus. pic cẽdré, *σίτταν* ſiue *σίττη* Ariſtot. cui pedis digiti quaterni, cum cæteris tantùm terni Vide Chlorio.

Pigitum eſt imperſonaliter, vt Puditum, & Veritum. Vide Veritum.

Piiſsimus, εὐσεβέστατος. Scæuola D. lib. 34. Tit. 4. l. 30. Iuſtiſſimũ & piiſſimum duco.

Pignus remiſſum eſſe dicitur, in quo pignotis ius extinctum eſt, nec actio pigneraticia ſupereſt. Paulus D. lib. 20. Tit. l. 10. Neque enim omni modo creditor pignus remittit. Cui opponit, ſaluum pignus eſſe creditori. Et l. 12. Ius pignoris remittere, quo pignus liberatur.

Pignus conualeſcit, quando ſine iure datum, iuſta cauſa ſubſecuta obligatur. D. lib. 20. Tit. 4. l. 10. & 11.

Pigneraticiæ poſſeſſiones, D. lib. 6. Tit. 2. l. 15.

Pigneratio. Gaius D. lib. 20. Tit. l. 9. Quod emptionẽ vẽditio nemque recipit, etiam pignerationem recipere poteſt.

Pignoriſcapio, nis. Gellius lib. 7. cap. 10. Vt hæc vſuſcapio dicitur copulato vocabulo, a litera in eo tractim pronuntiata: Pignoris capio iunctæ ſunt partes, & productè dicebãtur. Verba Varronis ſunt ex primo Epiſtolicarum quæſtionum: Pignoriſcapio ob æs militare, quod æs à Tribuno ærario miles accipere debebat, vocabulũ ſeorſum fit: per quod dilucet, hãc capionẽ, poſſe dici quaſi hanc captionem & in vſu & in pignore.

Pila fortunæ, homo multis fortunæ caſibus velut per iocum luſumque iactatus & exercitus, vt ille Vlyſſes Homericus, atq; Ælius Pertinax Imperator: de quo Sextus Aurel. Victor: Hoc exitu obiit vir ad humanæ conuerſationis exemplum per laboris genera vniuerſa abſumptus, prouectuſque eò, vt fortunæ vocaretur pila.

Pileum induere, quod libertatis ſignum. In Epitome Sexti Aurel. Victoris de Neronis morte: Cæterùm adeò cunctæ prouinciæ, omníſque Roma interitu eius exultauit, vt plebs induta pileis manumiſsionum, tanquam ſæuo exempta domino, triumpharet.

Pileati fratres, i. Caſtor & Pollux. Catullus ad Contubernales' A pileatis noua fratribus pila. Illis datus pileus, quia Lacones, quibus pileatis pugnare mos fuit: Feſtus Pompeius. Vulcano etiam pileum tribuebant. Arnobius lib. 6. aduerſus gentes: Cum pileo Vulcanus, & malleo.

Pinguis ſaliua, pro craſſa ac denſa. Seneca 3. de Ira: Cato noſter melius, cui cùm cauſam agenti in frontem mediam, quantum poterat attracta pingui ſaliua, inſpuiſſet Lentulus ille patrum noſtrorum memoria factioſus & impotens, abſterſit faciem, & affirmabo, inquit, omnibus Lentule falli eos, qui te negant os habere.

Pinna piſcis, πίννη, & πίννα apud Athenæũ, atque Arriano in Peryplo πινίκιος κόγχος: Maſsilienſibus Nacre: Venetiis Aſtura, & vulgo Græcorũ Aſtoura. & Pinna, vt & Genuæ Pinna lana, ob byſſum. Duabus grandibus patula conchis tegitur, quibus exterior color fuſcus: interior verò argẽteus. cuſpidato mucrone maris fundo depangitur atq; perſtat immobilis. Intus grãdis caro, confuſa, vt in Mytulis: De eius byſſo (quod πινικὸν Arriano) nos egimus in libris αὐτοψίας & rerũ ocularis experiẽtia: Ac de eius vnionibus. Habet intus aut ſquillã aut cancellũ, qui πιννοφύλαξ, & πιννοτὴρ Ariſtoteli, ſiue πιννοθὴρ. Lege Ariſtotelẽ lib. 5. cap. 15. Et Plinium lib. 9. cap. 42. Vide & Perna piſcis.

Pinſare. Diomedes Grammatices lib. 1. Pinſo pinſas pinſare: pinſo pinſis pinſere. Eſt apud Perſium ambiguũ: O Iane à tergo quem nulla ciconia pinſit: pinſit, an pinſat legendum ſit. Sed apud veteres reperimus n, literam additam, & pinſit ſecundum tertium ordinem, vt Ennius decimo Annal. Pinſunt ceram genibus. Huius perfectum, pinſui, vt apud Pomponium. Neque molis molui, neque palmis pinſui. Item pinſendus participiũ erit, pinſurus & pinſus: Ex Diomede Grãm. lib. 1.

Pithaules, qui canit inſtrumento quod vulgò vocamus Cornemuſe. videtur eſſe doliolum inſertis tibiis. Vtitur Vopiſcus in Carino:

Piſculenta etiam dicuntur de piſcibus ipſis, τὰ ἰχθυώδη vt de potu atque eſca poculenta atque eſculenta. Apuleius in Apologia: Cùm tamen nunquã apud eum marino aliquo & piſculento medicauit.

Piſtacia Plinio, πιστάκια Dioſcoridi. Gallis Piſtaches, arbórque Piſtachier, quæ Terebinthus Indica Theophraſti.

Piſtana, ſiue ſagitta (quia tricuſpidis ſagittæ, ὀϊστοῦ τριγλώχινος Homero, ſimilis eſt, atque huius formæ) herbá frequens locis paluſtribus, cuius caulis inanis, flores albi cum ternis foliis: Semen in pilulis quales platani: radix plantaginis aquaticæ. Plinius lib. 21. cap. 17. Item piſtanam dicit à Græcis vocari, quam inter vluas ſagittã appellamus, &c. A Gallis vocatur hæc

herba

herba, queuë d'arondelle, i. cauda hirundinis.

Piſtrilla, Diminutiuum à piſtrinum. Diomedes Grammat. li. 1. de Diminut. Sunt item quæ non ſeruant genera, quæ ex nominibus primæ poſitionis acceperunt, vt ſcutum, ſcutella: piſtrinũ, piſtrilla: canis, canicula: rana, ranunculus: vnguis, vngula, vnguelluna.

Piſtrinarius, molitor, μυλωθρός. Vlpianus D. li. 16. T. 3. l. 1. Si quis ſeruum cuſtodiendum conieccerit forte in piſtrinum, ſiquidem merces interuenit cuſtodiæ, puto eſſe actionem aduerſus piſtrinarium ex conducto.

Piſtrix piſcis, vide Serra piſcis.

Placabiliter, ἱλέως, εὐμενέως. Gellius l. 7. c. 3. Præcipitur Iudices conſiliandos eſſe, ac propitiandos laudabiliter ac placabiliter, & leniter exiſtimationi eius qui accuſatus eſt.

Placentia, *æ*, placendi ſtudium, ἀρέσκεια. Apuleius libr. de Philoſophia: In homine ad placentiam, ac mediocritatem libido reflectitur.

Plagula lectica. Suetonius in Tito: Cum inde lectica transferretur: ſuſpexiſſe dicitur dimotis plagulis cœlum.

Plantago, ἀρνόγλωσσον vel ἀρνόγλωσσος: Gal. plantain: Ital. Piantagine: & Centiuerbia in Hetrutia. Trium generum eſt: Maxima ἑπτάπλευρος, ſeptémque neruis conſtat: Mediæ folium quinque tãtùm: Minimæ verò tribus: quæ Gal. Lancelée: Ital. Lancinola. στελέφουρος ſiue ὄρτυξ apud Theophr. hiſtor. libro 7. cap. 10. plantaginis ſunt nomina, quæ repoſuit Plinius lib. 21. capite 17.

Platanus, πλάτανος vel πλατάνιστος, à latitudine, quæ πλάτος) Gallis Platane: Italis Platano. Arbor eſt patula, cuius folia lata, inciſa, vitigineiſque ſimilia: flores parui ex albo lutei: fructus ex longis pediculis pendentes, minuti, rotundi, ſcabri ac lanuginoſi: Platani pilulas vocat Plinius lib. 24. cap. 8. πλατάνου σφαιρία Dioſcorides. Vide Acer.

Platea Plinio lib. 10. ca. 40. vel Platalea Ciceroni 2 de Nat. πελεκὰν, πελεκᾶς Doricè, πελεκάνος, Pelicanus, Gallicè Pale, vel Truble (à roſtri figura) & ab aliquibus Poche falsò (eſt enim Onocrotalus, quem & πελεκῖνον vocat Oppianus de Aucupio lib. 2.) Italis Becquaroueglia. Auis eſt aquatiqua, excepto roſtro rudiculæ ſiue ſpathulæ inſtar, ardeæ ſimilis, palmipes: Cuius pedes & crura nigra: tota alioqui candida, niſi in alarũ extremitate, quæ nigricat. Eius generis eſt Pelecanus Bruxellen

ſis,Liuane de Bruxelles.

Platyphyllos in Glandifera.

Plauſtrum,currus,vehiculum tranſlatè de naui,quod Euripides in Iphigenia ναΐον ὄχημα: cui & ναΐα ἀπήνη pro ναῦς. Pacuuius, Omnem non meo Oceano fulgerat citro Abrepto plauſtroBoreas bacchatur Rheno. Attius apud Cicer. de Diuinat. Paſtor qui nauē nunquam ante vidiſſet, vt procul diuinum & nouum vehiculum Argonautarum è monte conſpexit. Catullus in Nuptiis Pelei: Ipſa leui fecit volitantem flamine currum, Pinea coniungens inflexæ texta carinæ. Ex hac tranſlatione,naui quoque auriga tribuitur, & habenæ. Vetus poeta apud Cariſium in 4. ac Diomedem in 2. de Metamophora: Tiphin aurigam celeres fecere carinæ. Virgilius Æneid. 6. Claſſique immittit habenas.

Plauſtrarius pro artifice plauſtrorum. Lampridius in Alex. Seuero. Braccariorum, linteonum, vitreariorum, pellionum, plauſtrariorum, argentariorum, aurificum, & cæterarum artium pulcherrimum vectigal inſtituit.

Plautinus,ex quo ſuperlat. Plautiniſſimus, Gellius lib.3.ca. 3.Qui verſus,quoniam ſunt,vt de illius Plauti more dicā,Plautiniſſimi, propterea & meminimus.

Plombarius,μολυβδουργός,qui in plumbo artis ſubiecto artificis operam profitetur.De plumbariis Arcadius D. lib. vlt.Tit. 6.l.6.inter eos,quibus aliquam vacationem munerum grauiorum conditio tribuit.

Plumbea, pro pila plumbea, vel plumbata. Spartianus in ſeuero:Ita vt mortuus ictu plumbeæ crederetur.

Pluuius Iupiter,Ζεὺς ὄμβριος,vel ὕων Luciano,vel ὕετιος Atriano & Phurnuto. Tibullus: Arida nec pluuio ſupplicat herba Ioui. Seneca Quæſtio. Natur. libr.4. Quidio tribuit, ibique pluuius.

Pluſquàm potuit (vt vulgò,le plus qu'il a peu) ſicut dicitur quantò plus: quantò magis.Gellius lib.3.ca.1.Aut hoc,inquit, quod dixiſti, probabile eſt, aut Salluſtius odio auaritiæ, plus quàm potuit,eam criminatus eſt.

Pluratiuus numerus, πληθυντικός, apud Gellium li.5.ca.21.

Pluratiuus numerus, πληθυντικὸς Gellius li.1.c.16.Apertéque oſtendit mille & vocabulum eſſe, & ſingulari numero dici, eiuſque pluratiuum eſſe milia.

Pluriformis,plurium formarum,πολυειδής. Apul.Floridorum. lib. 1.

lib.1.Nondum quidem tam indefeſſa anima ſono,nec tam plu riformi modo, nec tam multiforatili tibia.

Pœnæ ſubiugari pro ſubiici. D. de Receptis arbitris lc. 43. Quod ſi malignè hoc fecit,petere quidem poteſt, ſed pœnæ Subiugabitur.

Pocula ſobria,multum diluta.Tibullus in 1.-at ipſe bibebam Sobria ſuppoſita pocula victor aqua.

Polia, πωλεία, armentum, equaria Varroni. Vlpianus D. li. 21.tit.1.l.38.Nam & ſi polia venierit dicemus vnum equum qui vitioſus eſt,non omnem poliam redhiberi oportere.

Polimen, nis, ξύσμα,λέανσις,Apuleius de deo Socratis. Neque enim in emendis equis faleras conſideramus, & baltei polumina inſpicimus.

Politor,is,qui agrum expolire atque colere conſueuit, qua voce vtitur Cato de re ruſt. & Vlpianus D. libr.17. Tit. pro ſocio. l.52. ex Celſo: ſi in coeunda ſocietate, inquit, artem operámve pollicitus eſt alter, veluti cùm pecus in commune paſcendum, aut agrum politori colendum damus, in commune quærendis fructibus,nimirum ibi etiam culpa præſtanda eſt.

Politor,is,ξυστὴς,qui polit.Iulius Firmicus Matheſ. lib.4.facit etiam politores pretioſarum gemmarum.

Polygonatum, πολυγόνατον, Gallis Genouillete,) & ſigillum Solomonis vt in Officinis ſeplaſiariæ) Italis Fraſſinella, vel Ginacetto.Deſyderatur hæc nota, ſapor in foliis cotonei vel ma li punici. Sentitur enim non aſtrictio ſed amaritudo faſtidioſiſſima. Noſtrum potius ſpecies polygonati, quam ipſum Dioſcoridis, à quo rurſus diuerſum polygonatum Plinij lib.27. ca. 12.Noſtri polygonati vis efficaciſſima. Radix enim cũ axungia veteri, etiam equorum illud deſperatum feræ ſcabiei genus, (qua podagroſi fiunt & inutiles) quod nos vocamus farcin, paucis diebus profligat compertiſſimo remedio.

Polypoſus.præter Martialem Vlpianus D.lib.21.tit.1.l.12.Qui clauum habet,morboſus eſt, vt & polypoſus.

Polypus piſcis,πολύπους πώλυψ Diphilo apud Athen. ἀνόστεος Heſiodo:In Gallia Narboneſi Poulpe, alibi Poupe, & Pourpe: NorthmanisBougre:Maſſilieſibus Secchepoupe:HiſpanisPul po,vt Ital.Polpo,ſed Genuæ Porpo,& Venetiis Folpo: Nũc in Græcia Octapodi.Polypis caput,vt reliquis mollibus,inter pedes & aluum:Pedes ſiue brachia, ſiue barbæ & cirri ac flagella

Plinio,i.πλεκτάναι Ariſtoteli & πλόκαμοι (in quibus κοτυληδόνες i.acetabula, ſiue caliculi) & ἕλικες Antiphilo apud Athen. ſunt octo:duo lõgiores Plinio crines,προβοσκίδες Ariſt.vocantur in ſepiis & loliginib.ſupra vẽtriculum veſicula(quæ μήκων Ariſtoteli,papauer Gazæ)è qua atramentum(quod θολὸς)non ita nigrum vt ſepiis, ſed purpuraſcens effunditur per fiſtulam, (qua & pariunt,cum ore coeant) quæ αὐλὸς, & φυσητὴρ ac μυκτὴρ Græcis.Illis vt Chamæleonti coloris mutatio,ſed voluntaria.Polyporum autem variæ ſpecies:magnis acetabulorum ſeries duplex, quæ ſimplex paruis; inter quos polypus dictus à Plinio Ozæna,ὄζαινα Athenæo,& ἐλεδώνη,βολίταινα,ὀζόλις vel ὀσμύλος:nunc Græcis μοσχίτη ab odore moſchi:Italis Moſcarolo,vel Moſcardino,al.Muguetino : Cui corpus rotundius, braciaque longiora,quem & ὀσμυλίαν dixere ab odore. Eſt & polypus,ſed in concha, ναυτίλος ſiue ναυτικὸς Ariſtoteli, 1. Pompilus vel nauplius Plinio. Vide Nauplius. De Polypis Ariſtotel. hiſtor.lib.4.cap.1.& Plinius lib.9.cap.29.& 30.Polypi parui fœtúſque recens,πολυπόδια apud Ariſtotel.& Athenæum.

Pompalis, Adiect.Iul.Capitolinus in Gordiano:erat quidem longitudine Romana,canitie decora,& pompali vultu ,ruber magis quàm candidus.

Pompabiliter, Aduerb.Iul. Capitolinus in Galieno : Gladiatores pompabiliter ornati.

Pompilus, πομπίλος, ἱερὸς ἰχθὺς: piſcis quem Maſſilienſes Pampalum vocant. Pelagius eſt, ſquamis carens. Cui dentes parui:dorſum varium ac maculatum, cauda non lunata nec diuiſa,ad quam à branchiis linea curua protenſa eſt, ſed compluribus aliis interpunctis, & ad ventrem deſcendentibus. Color aureus in ſuperciliis, vt auratæ. Pro pelamyde venditur ob ſimilitudinem. Dicitur naues deducere , vnde Pompili nomen.Ouidius in Halieut. Tuque comes ratium,tractique per æquora ſulci, Qui ſemper ſpumas ſequeris pompile nitentes. De quo Oppianus lib.1. Halieut. Ælianus Hiſtor.Animal.lib. 12.cap.43.& 2.c.15. Athenæus lib.7.Plinius lib.9.cap.15.Et alibi corruptè Nautilus pompilus appellatur,quum ex Ariſtotele legendum ſit Polypi ouum. Vide Nautilus.

Ponere ſe in poſſeſſione. Seneca libr. 1.de Ira Nam cùm ſe in poſſeſſione poſuerunt, potentiora rectore ſunt, nec recidi ſe minuive patiuntur.

Pompilos, vide Nauplius.

Popinator, ὁ, κάπηλος. Macrobius Satur.lib.7. cap.14. Quod genus apud popinatores plæraque ſcitamentorum cernimus propoſita, ampliora ſpecie, quàm corpore.

Popinarius, popinæ dominus. Lampridius in Alex. Seuero: Cùm Chriſtiani quendam locum, qui publicus fuerat, occupaſſent, contrà popinarij dicerent ſibi eum deberi, reſcripſit melius eſſe, vt quomodocunque illic Deus colatur, quàm popinariis dedatur.

Popinarius, κάπηλος, caupo: apud Iul. Firmicum Matheſ.li.4.

Populus alba, λεύκη, & ἀχερωὶς Homero: Gallis peuplier: Italis Albara. Sterilis eſt. Populus nigra, αἴγειρος, Gallicè tremble, & Vaſconibus Pibol: Italis Oppio, Pioppa. Vuam fert ac fructum racematim. Populus Libyca, (minima folio, ac nigerrima, Plin. li.16.ca.23.) κερκὶς Theophraſto. Vide Κερκὶς in noſtro Lexico. Hæc ſiliquatur.

Populare pro populari, quo & vſus Virgilius, quia Plautus in Fœneratricio: Quæ ego populabo properè. Ex Diomede li.1.

Porcetra, ſus quæ ſemel peperit: quæ ſæpius Scropha: Meliſſus de loquendi proprietate, qui habet autorem Pomponiū in Attellana, quæ hoc eodem vocabulo inſcripta eſt. Ex Gellio lib.18.ca.6.

Porcus marinus, καπρίσκος, & μῦς Athenæo, & χοῖρος Straboni: Siculis, ac noſtris Porco. Piſcis eſt marinus pagro ſimilis. Nulli ex ſquamoſis pellis durior, vt ſquatinæ cuti comparetur. acuiſſimis validiſſimiſq; dētibus eius os armatū eſt: dorſūmq; tribus aculeis. De eo præter Strabonem li.17. Athenæum lib.8. & Oppianū Halieut.1. Plinius.li.32.c. 5. Inter venena ſunt piſcium porci marini ſpinæ in dorſo, cruciatu magno læſorum: remedio eſt limus ex reliquo piſcium eorum corpore. Eſt & alius Porcus marinus cetacei generis atq; inter σελάχια & cartilaginea, ὀρθραγορίσκος dictus, Italicè Bota, vel Bottacio. Gallis circa Mōſpelium Luna, Maſſiliēſibus Mole: Hiſpanis Bout, & Molebout quibuſdam. Piſcis maximus eſt interdū ſex cubitorū longus, latúſque: cui cutis aſpera, argētei coloris: pro branchiis foramē: cauda lunata. Noctu luminis modo elucet: totúſq; ferini odoris eſt: contemptus alioquin, niſi ob pinguedinē ad lucernas expeteretur, & cōtra articulorū dolores neruorúmq; contractionem. Plin.li.32.c.2. Appion maximum piſcium (non belluarum) eſſe tradit porcum, quem Lacedæmonij orthragoriſcum vocant. Grunire eum cùm capiatur.

Porcus Troianus, i. farctus aliis animalibus: vt apud Athenæum lib.9.cap.6.in cuius ventre turdi aliæque auiculæ, ſuminis, vuluæque fruſta, aliáque complura. Macrobius Satur.lib. 3.cap.13.Nam Cincius in ſuaſione legis Fanniæ, obiicit ſeculo,quod porcum Troianum menſis inferat. Quem illi ideo ſic vocabant,quaſi aliis incluſis animalibus grauidum, vt ille Troianus equus grauidus armatis fuit.

Porculus marinus, vide accipenſer.

Porphyretica columna,Spartianus in Antonino.

Porphyrio,πορφυρίων Ariſtoteli hiſtor.lib.8.cap.6.GallisPourpre(non verò flambant, qui Phœnicopterus) Hiſpanis Telamone. Auis eſt magnitudine gallinacei, cerulei coloris, cuius roſtrũ cum cruribus lõgis purpura rubet: Pedibus ſingulis quini ſunt digiti:collũ longum & anguſtum. De eo præter Ælianum & Athenæum lib.9.cap.12.(vbi de eius caſtitate,atque in adulteros odio)Plinius lib.10.cap.46.Porphyrio ſolus morſu bibit(σκάπτων τι πίνει,Athenęus,vel δάκνων:)Idem eſt proprio genere,omnem cibum aqua ſubinde tingens,deinde pede ad roſtrum veluti manu afferens. Laudatiſſimi in Comagene. Roſtra iis & prælonga crura rubent. In Narbonenſi prouincia viſuntur,quaternis tantùm digitis,quales picorum.

Porphyrites lapis,Gallis Porphyre:Italis Porfido:genus marmoris rubri duriſſimum.Plinius lib.36. c.7. de generibus marmorum:Rubet porphyrites in eadem Ægypto: ex eo candidis interuenientibus punctis, leucoſtictos vocatur.

Porrò,in futurum.M.Cato dierũ dictarum de conſulatu ſuo, Me ſollicitum atque exercitum habitum eſſe, atq; porrò fore. Afranius in Emãcipato (vt citat Cariſius)Pòſt narrauero, nũc eſt diſtentusanimus,vt negotiis,Porrò autẽ propero.Vbi tamẽ in hoc poſteriore exẽplo,potius pro Longius. Catullus: Nĩ te perdite amo,atq; amare porrò Omnis sũ aſſiduè parat9annos.

Portentoſiſſimus.præter Plin.Seneca Epiſt. 115.& Suetonius in Caligula:portentoſiſſima genera ciborum.

Porticus ambulatoria,Vlpianus D.l.8. Tit.5.l.8.

Portiuncula,particula,μοιρίδιον. Præter Apuleium, Vlpianus D.li.39.T.2.l.15.Si modica portiuncula ædium ampliſſimarum vitium faceret.Idem D.lib.5.T.8.l.4.Quid enim ſi tam ſpatioſæ domus vſus ſit relictus homini mediocri, vt portiuncula contentus ſit?

Portulaca,ἀνδράχνη,Græcorũ vulgo γλιστρίδα: Gallicè Pour-

pie(quaſi poullepied)Ital. Porcellana, Porcigiola, Procacchia in Hetruria.

Poſco. Pepoſci(vt memordi, ſpepondi)non popoſci veteres dicebant. Valerius Antias li. Annal. 45. Et comitiis diem à Q. Martio Prætore pepoſcit. Gellius lib. 7. ca. 9.

Poſſeſſorius, κτητικὸς, vt poſſeſſoria actio D. libro 38. Tit. 2. leg. 50.

Poſſeſſus amore. Sextus Aurel. Victor in Epitome de Auguſto: Abiecta quoque vxore Scribonia, amore alienæ coniugis poſſeſſus.

Poſſeſſus, us, κτῆσις, poſſeſſio. Apuleius in Apologia: Nam & contrà plurimis rebus poſſeſſu careo, vſu fruor.

Poſſibilitas. Fabius Victorinus in 1. Rhetoric. Ciceronis Subeat poſſibilitas.

Poſtfactum. Ex poſtfacto. Paulus D. lib. 21. tit. 1. l. 44. Neque ex poſtfacto decreſcit obligatio.

Poſtinde, poſtea, quod & veteres Poſtilla. Suetonius de Illuſtr. Grammat. in Q. Cæcilio, Poſtinde damnationem.

Poſſeſſorius, ad poſſeſſionem pertinens. Iauolenus D. lib. 8. T. 1. l. 20. Ego puto vſum eius iuris pro traditione poſſeſſionis accipiendum eſſe: Ideóque interdicta veluti poſſeſſoria conſtituta ſunt.

Poſtremum munus, ſupremum munus, vltimum donum, i. inferiæ, iuſta & exequiæ, ac tale quidpiã vt fletus funebris. Catullus, Vt te poſtremo donarẽ munere mortis. Et mutuum nequicquam alloquerer cinerem. Virgil. in 11.--egregias animas-decorate ſupremis Muneribus. Ouidius 3. Eleg. Hîc certe manibus fugiẽtis preſſit ocellos Mater, & in cineres vltima dona dedit. Ambroſius vno verbo ſuprema vocat. γέρας, i. munus atque honorarium Homerus, inquiens, Πάτροκλον κλαίωμεν. τὸ γὰρ γέρας ἐςὶ θανόντων.

Poſtremiſſimus, ὕςατος. Gracchus apud Aul. Gellium lib. 15. ca. 12. Omnium nationum poſtremiſſimum nequiſſimúmque exiſtimatote.

Poſtremiſſimus, ἐσχατώτατος, Apuleius in Apologia (Cum adoleſcentulis poſtremiſſimis inter ſcorta & pocula puer hoc æui in conuiuio agitat.

Poſtremitas, ἐσχατότης, extremitas. Macrobius Comment. lib. 1. cap. 11. In terram deſinat tam ima quàm ſumma poſtremitas.

Poſtuerta, Dea, de qua ex Varrone ita Gellius lib.16.cap.16. Quando igitur,inquit,contra naturam fortè conuerſi pueri in pedes,brachiis plerunq; diductis retineri ſolent, ægriúſq; tunc mulieres enituntur.Huius periculi deprecandi gratia,aræ ſtatutæ ſunt Romæ duab' Carmētibus,quarū altera Poſtuerta nominata eſt,Proſa altera,à recti, peruerſiq; partus & poteſtate, & nomine.Macrob.Aliam Poſtuortam facere videtur,ita ſcribens Saturnal.lib.1. Sicut Anteuorta, & Poſtuorta, diuinitatis ſcilicet aptiſſimæ comites,apud Romanos coluntur.

Poſtuorta,dea ob rerum præteritarum conſiderationem ac prudentiã à Romanis culta. Macrob. li.1.Saturnal. c.7. Pòſt ad Ianum ſolum regnum redactum eſt:qui creditur geminam faciem prætuliſſe, vt quæ ante,quæque poſt tergum eſſent intueretur. Quod proculdubio ad prudentiam regis, ſolertiámque referendum eſt: qui & prætetita noſſet, & futura proſpiceret: Sicut Anteuorta, & Poſtuorta diuinitatis ſcilicet aptiſſimæ comites,apud Romanos coluntur.

Potamogeton, ποταμογείτων: frequens in Northmania in Bellocaſſium paludibus, vbi courge vel burette d'eau appellatur.folium habet betæ,ſed ſylueſtris , id eſt limonij. Deſcribit Plinius ex Dioſcoride lib.26.ca.8.Vbi inter cætera, Vſus in foliis,cruribus vitioſis vtilia. Sed apud Dioſcoridem nō κνήμαις, ſed κνισμοῖς,i.pruriginibus.

Potatus,us,ui, potatio. Seneca Controuerſ.li.2.in 1. Neque potatus obiicis filio.

Poterion,ποτήριον,frutex ſpinoſus ſimilis Tragacantæ,quem & φρυνίον, & νευράδα vocat Dioſcorides: ex quo etiam deſcripſit Plinius lib. 27.cap.12. Vbi pro ſpinis retorrida, legendum ſpinis & horrida: Dioſcoridi eſt θάμνος ἀκανθώδης.Rurſus,flore longo,herbacei coloris: at Dioſcorides, ἄνθη μικρὰ, λευκά: flores parui,albi.Error Plinij non tollitur ſi dicas legiſſe μακρά: quia lib.25.ca.10.ita ſcripſit, & rectè. Poterion, floribus paruis. Herbacei verò,per albacei,(ſi modò extet exemplum)excuſetur.Subiungit,inuenitur in aquoſis collibus.culpa librarij. Dioſcorides ἐν ἑλώδεσι, καὶ γεωλόφοις, ergò repone, in aquoſis, & collibus. Sed hoc Plinius minus fideliter, Radices habet duas aut tres,binûm cubitorum in altitudine,----candidas. At Dioſcorides ſolùm, ῥίζαι δὲ ὑπεισι πήχεων δυοῖν, ἢ τριῶν, radices verò ſubſunt binûm, aut ternûm cubitorum. Altero inloco,& Poterio radices bene olentes tribuit, quod ſi verū,nec Dioſcorides

rides, nec Matthæolus (ſi quidem vnquam legitimum habuit) tacere debuiſſent.

Potiuncula. Suetonius in Domitiano: Vt non temere ſuper cœnam præter martianum malum, & modicam in ampulla potiunculam ſumeret.

Praacutè, admodũ acutè: Apuleius in Apologia: Et fortaſſe an præacutè repperiſſe vobis videbamini.

Praauditus, antè auditus. Vlpianus de Officio proconſulis D. libro 1. Tit. 16. Solent etiam cuſtodiarum cognitionem mandare legatis: ſcilicet vt præauditas cuſtodias ad ſe remittant.

Prabitio, πόρισις. Calliſtratus D. lib. vlt. Tit. 11. l. 2. Deſtituetur annonæ præbitio, cum auocentur ab opere ruſtici.

Praceptio, πρόληψις. D. lib. 10. Tit. 2. l. 25. Si pecunia quæ domi relicta non eſt, per præceptionem relicta ſit, vtrum vniuerſa à cohæredibus præſtanda ſit. Et l. 28. Rem pignori creditori datam ſi per præceptionem legauerit teſtator. Et l. 42. Pomponius: Si ita legatum fuerit vni ex hæredibus: Quod mihi debet præcipito: vbi præcipere, eſt præter iuſtam debitamque portionem, legatum aliquid, ante diuiſionem in re familiæ erciſcundæ, percipere præcipuumque habere. Et l. 46. Dotē præcipere debet, qui onus matrimonij poſt mortem patris ſuſtinuit.

Praceptiuus, δογματικός, Adiect. Seneca Epiſtol. 95. Ergo iſta pars præceptiua ſubmouenda eſt. id eſt quæ præcepta tradit. Epiſt. 96. Pars philoſophiæ, quã Græci παραινετικὸν vocant, nos præceptiuum dicimuus.

Pracinctura, cinctus, περιζώννυσις. Macrobius Satur. lib. 2. cap. 3. In Cæſarem quoque mordacitas Ciceronis dentes ſuos ſtrinxit. Nam primùm poſt victoriam Cæſaris interrogatus, cur in electione partis erraſſet, reſpondit: præcinctura me decepit.

Pracinere etiam dicuntur, ægris remedia præſtantes, Macrobius Comment, lib. 2. cap. 3.

Pracipitare ad ſolutionem, preſſer de payer. Vlpianus D. libro 23. Tit. 3. l. 33. Vtcunque parcendum marito, qui eum non præcipitauit ad ſolutionem, qui donauerat. Ibid. vt ſerit ad exſolutionem.

Praclariſſimè. Hirtius de bello Alexandrino: Re præclariſſimè geſta.

Præcludere, circumuenire, fallaciterque & inſidioſè intercipere, vt intra retia intercluduntur feræ. Suetonius in Nerone: Et cùm interdixiſſet vſum amethyſtini, ac tyrij coloris: ſummiſiſſetque qui nundinarum die pauculas vncias venderet: præcluſit cunctos negotiatores, i. deprehendit.

Præcogitatus, Adiect. præmeditatus. Seneca Epiſt. lib. 10. in fine: Præcogitati mali mollis ictus venit.

Præcurſorius. Plinius Epiſtol. lib. 4. Tacito: Hac quaſi præcurſoria epiſtola rogo.

Prædatio. Velleius Paterculus Hiſtor. lib. 2. Latrociniis ac prædationibus infeſtato mari.

Prædia vrbana, ruſticáque. Vlpianus D. lib. 8. Tit 4. l. 1. Ædificia vrbana quidem prædia appellamus. cæterùm & ſi in villa ædificia ſint, æquè ſeruitutes vrbanorum prædiorum conſtitui poſſunt.

Prædiatoria lex. Suetonius in Claudio: Ad eas rei familiaris anguſtias decidit: vt cùm obligatam ærario fidē liberare non poſſet: in vacuum lege prædiatoria venalis pependerit ſub ædicto præfectorum.

Prædium pignori nexum, i. pigneratum, D. de Pactis l. 52.

Præfatus, Adiect. i. dictus, antè memoratus. Iuſtinus Hiſtor. lib. 38. Sed Cappadoces crudelitate ac libidine præfatorum vexati, à Mithridate deficiunt.

Præfloratus, antè defloratus & in flore præcerptus. Apuleius in Apologia. Vidua venit iam ab alio præflorata.

Præeminere, ὑπερέχειν. Tacitus lib. 15. Vt gratia, pecunia, vi nocendi etiam aliis præemineret.

Prægustator, προγεύστης, Gal. Eſchançon: Ital. Credenziere, qui fà la credenza.

Præfocare partum. Paulus D. lib. 25. Tit. 3. l. 4. Necare videtur non tantùm is qui partum præfocat, ſed & is qui abiicit, & qui alimoniam denegat.

Prælargus, a, um. Perſius Satyr. 1. Scribimus incluſi: numeros ille: hic pede liber Grande aliquid, quod pulmo animæ prælargus anhelet, i. ſpiritus capax atque abundans.

Prælautus, valde lautus. Suetonius in Nerone: Diuitiarum & pecuniæ fructum non alium putabat, quàm profuſionem: ſordidos ac deparcos eſſe, quibus ratio impenſarū conſtaret: prælautos veréque magnificos, qui abuterentur ac perderent.

Prælegatus. D. lib. 10. Tit. 2. l. 8. prælegatæ rationes. & l. 39.

Cer-

Certos homines vnicuique prælegauit.

Prælibare tranſlatè, προλέγειν, præfari, ante iuſtam tractationem rei aliqua attingere Macrobius Comment. lib. 1. cap. 20. Vnde his prælibatis, ad tractatum menſurarum, quas promiſit, oratio reuertatur.

Prælij congreſsio, i. congreſſus. Iuſtinus Hiſtor. lib. 2. Ante naualis prælij congreſsionem miſerat Xerxes.

Prælinere, προαλείφειν. Gellius lib. 13. cap. 22. Marcus Cato villas ſuas inexcultas & rudes ne tectorio quidem prælitas fuiſſe dicit.

Præliator, μαχητὴς, πολεμιστὴς, bellator. Cor. Tacitus in Dialogo: Plures tamen bonos præliatores bella quàm pax ferunt.

Præminere, ὑπερέχειν. Cornel. Tacitus lib. 12. Quem multa proſpera extulerant, vt cæteros Britannorum imperatores præmineret.

Præminiſter, Macrobius Satur. libro 3. cap. 8. Statius Tullianus de Vocabulis rerum libro 1. ait dixiſſe Callimachum, Tuſcos Camillum appellare Mercurium, quo vocabulo ſignificat præminiſtrum Deorum. Vnde Vergilius ait Metabum Camillam appellaſſe filiam, Dianæ ſcilicet præminiſtram.

Præminiſtrare. Tiro apud Gellium lib. 12. cap. 3. Licio Tranſuerſo, quod linium appellatur, qui magiſtratibus præminiſtrabant, cincti erant.

Præmonitor, *is*, προπαραγγελτής. Apuleius de Deo Socratis, In rebus certis proſpectator, dubiis præmonitor, periculoſis vitator.

Prænauigauimus vitam, Lucili, & quemadmodum Vergilius noſter ait in mari: Terræque vrbeſque recedunt, &c. Seneca Epiſtol. 71.

Præpes, *petis*, propriè verbum ex augurali diſciplina. Nam aues præpetes, οἰωνοὶ τανυπτέρυγες Homero, quæ ingentibus alis patulæ atque porrectæ præuolant: quas potiſſimum Augures ſpectabant. πρὸ Græcè, præ: & πέτασθαι volare eſt: vnde προπέτης (præuolans προπετόμενος) ex quo Præpes. Higinus, Præpetes aues, ab Auguribus appellantur, quæ aut opportunè præuolant, aut idoneas ſedes capiunt. Auibus autẽ præpetibus contrariæ, Aues inferæ. Nigidius Figulus in lib. 1. augurij priuati: Diſcrepat dextra ſiniſtræ: præpetibus inferæ.

Ex quo eſt coniectare, Præpetes appellatas, quæ altiùs ſublimiúſque volitent: cùm differre à Præpetibus Nigidius Inferas dixerit. Præpes in ſecundaria ſignificatione, proſper, felix: & citus, ὠκυπέτης, προπετὴς. Ennius Annalium primo: Præpetibus hilares ſeſe, pulchriſque locis dant. Quoniam non ipſe tātum aues, quæ proſperiùs præuolant, ſed etiam loci, quos capiunt, Præpetes appellantur. Virgilius Æneid. 6. Prepetibus pennis auſus ſe credere cælo. Idcirco Dædali pennas præpetes dixit, quoniam ex locis in quibus periculum metuebat, in loca tutiora peruenerat: aut pro velocibus, vt alibi: Præpes Iouis armiger. Ennius iterum in 15. de pugna Cæcilij Trib. Nec reſpirandi fit copia præpete ferro. De ingruentibus in eum, imbris inſtar vndique telis. Trimatius ſecundo Iliadis: Dum dat vincenti præpes victoria palmam, i. cita, vel potius proſpera. Lege Gellium lib. 6. cap. 6.

Præpoſitiuus. Diomedes Grammat. lib. 1. T, conſonans muta, præpoſitiua liquidarum.

Præpoſitura, æ, dignitatis nomen, vt præpoſitura militaris. Lāpridius in Heliogabalo: Militaribus etiam præpoſituris, tribunatibus, & legationibus & ducatibus venditis.

Prærabidus, Adiect. Seneca lib. 1. de Ira: Nullus enim affectus vindicandi cupidior eſt, quàm ira, & ob id ipſum ad vindicādum intrabilis, prærabida & amens.

Prærigere. Cornel. Tacitus lib. 13. Annotatúſque miles, qui faſcem lignorum geſtabat ita prærriguiſſe manus, vt oneri adhærentes, truncis brachiis reciderent.

Præripia, loca præ ripa fluminis. Apuleius in Apologia. Cùm egreſſus in præripia fluminis hiauit.

Præſagio, præſagiui & præſagij. Participium futuri temporis, præſagiturus: Diomedes Grammatices lib. 1.

Præſcriptis verbis agere. In omnibus negotiis certæ erant formulæ, vt ſcribit Cicero pro Roſc. vbi autem nouum exoriebatur negotium, de quo non erat præſcripta formula, nouam formulam confingere oportebat, quam prætor iudici præſcribebat, ex quo præſcriptis verbis agi dicebatur. Papinianus D. lib. 19. Tit. de præſcriptis verbis: Nonnunquam euenit, vt ceſſantibus iudiciis proditis, & vulgaribus actionibus, cùm proprium nomen inuenire non poſſumus, facilè deſcendamus ad eas, quæ in factum appellantur. Celſus ibid. Nam cùm deficiant vulgaria atque vſitata actionum nomina, præſcriptis verbis agen-

gendum eſt: Iulianus. Ad quam neceſſe eſt confugere, quoties contractus exiſtunt, quorum appellationes nullæ iure ciuili proditæ ſunt. Vlpianus: Natura enim rerum conditum eſt, vt plura ſint negotia, quàm vocabula. Id etiam, incerti agere, dicitur, ibid. l. 6. & l. 8. Præſcriptis verbis incerti agere (cui reſpondet, incerti actione teneri:) vel In factum actionem dare, l. 13.

Præſentiam ſui facere, comparere. Paulus D. lib. 42. Tit. 1. l. 47. Si ſæpe conuenti præſentiam ſui facere noluerint. Et l. 53. Cõtumax eſt, qui tribus edictis propoſitis, vel vno pro tribus quod vulgò peremptorium appellatur, literis euocatus præſentiam ſui facere contemnit.

Præſidere in vicem alicuius. Suetonius in Claudio: Præſeditque nonnunquam ſpectaculis in Caii vicem.

Præſidalis. Adiect. Spartianus in Tetrico: Qui iure præſidali omnes Gallias rexerat. Suprà: præſidatum in Gallia regentem.

Præſidiaria toga, qua præſides vtuntur. Spartianus in Seuero: Cum rogatus ad cœnam imperatoriam palliatus veniſſet, qui togatus venire debuerat, togam præſidiariam ipſius imperatoris accepit.

Præſidatus, Præſidis dignitas. Vopiſcus in Carino: Tunc autem Præſidatum Dalmatiæ adminiſtrabat.

Præſtaurare, præſtruere. Diomedes Grammat. lib. 1. Secundo verò ſuo vſu, materiam præſtaurat primæ dicenti.

Præſtare patientiam. Marcellus D. lib. 24. Tit. vlt. l. 57. Quod ſi facultatem vſusfructus vendendi proprietatis domino mulier non habuerit patientiam quam percipiẽdi fructus præſtare ipſi debuit, etiam hæredi eius præſtat.

Præſtare obſequium, i. obſequi. Seneca Quæſt. natural. lib. 2. cap. vlt. Et carnifici noſtro præſtaremus obſequium.

Præſtare ſilentiũ. Marcianus D. lib. 29. Tit. 5. l. 14. Ita præſtitiſſe ſilentium poſtea certum erat.

Præſtare cuſtodiam. Vlpianus D. lib. 18. Tit. 6. l. 1. Sed & cuſtodiam ad diem menſuræ venditor præſtare debet.

Præſtare obſequium. Vlpianus D. lib. 38. Tit. 2. l. 1. Vt niſi ei obſequiũ præſtaret libertus, in ſocietatẽ admitteretur patronus.

Præſtare patrocinium. D. lib. 22. Tit 5. l. vlt. Arcadius: Mandatis cauetur, vt præſides attendãt, ne patroni, in cauſa cui patrocinium præſtiterunt, teſtimonium dicant.

Præſtare refugium. D.lib.11.Tit.3.l.1. Vlpianus: Quod autem Prætor ait, Recepiſſe: ita accipimus, ſi ſuſceperit ſeruum alienũ ad ſe: Et eſt propriè recipere, refugium abſcondendi cauſa ſeruo præſtare.

Præſtigioſus, θαυματοποιός, qui præſtigiis eludit. Apud Gellium in cap.10. lib.8. Diſceptatio cum Grammatico quodam præſtigioſo.

Præſtinare pro emere, præter Plautum Apuleius in Apologia, Quantulo precio mulier locuples agellum ſuum præſtinarit.

Præſtitor, is, πάροχος, πορισής, præbitor. Apuleius in Hermetis Aſclepio: Sicuti enim Deus omnibus ſpeciebus, vel generibus, quæ in mundo ſunt, diſtributor, diſpenſatorque eſt bonorum, id eſt ſenſus animæ, & vitæ: ſic & mũdus præſtitor eſt, & tributor omnium, quæ mortalibus videntur bona.

Præſumptum, præſumptio ſiue præſumpta opinio. Vlpianus D.lib.21.Tit.1.l.31. Qui mancipia vendunt, nationem cuiuſque in venditione exprimere debent. Præſumptum etenim eſt, quoſdã ſeruos bonos eſſe, quia natione ſunt non infamata.

Præſumptum habere, animo præcepiſſe. Tacitus libro 14. Quod ad eum finem memorauimus, vt præceptum habeant, quoties, &c.

Præſumptio, præſumpta opinio, πρόληψις. Iuſtinus Hiſtor.lib. 3. Itaque cum contra præſumptionem ſuam annis decem in obſidione vrbis tenerentur, i. ſecus ac opinati erant.

Præſumptio, i conie&tura ſeu diuinatio in rebus dubiis, collecta ex argumentis vel iudiciis per rerum circunſtantias frequenter euenientib. Paulus in l.Cũ de indebito D. de probat. & præſumpt. Sin verò ab initio confiteatur quidem accepiſſe pecunias, dicat autem non indebitas ei fuiſſe ſolutas: præſumſumptionem videlicet pro eo eſſe qui accepit, nemo dubitat.

Præſumptionem habere rei alicuius. Spartianus in Adriano: Habuit autem præſumptionem imperii mox futuri ex ſano quodam.

Prætentare ſinum, excutere ſinum, ſcrutari an ferrum geſtet. Suetonius in Auguſto: Scribit, ne admiſſum quidem tunc quẽquam ſenatorum niſi ſolum, & prætentato ſinu. Idem in Claudio: Neque ægrum quemquã viſitauit, niſi explorato prius cubiculo, culcitriſque & ſtragulis prætentatis & excuſſis.

Prætermonſtrare. Gellius li.20.c.9. Vſus cõſilio ſum magiſtri, quod

quod docere me ipſe debuerat, à quo diſcerem præter monſtrantis.

Præter propter, vt vulgò dicimus Oultre-pour. (vt apud Græcos ὑπὲρ & διὰ componuntur, in ὑπερδιαγείνομαι) i. præter hoc propter illud: vel propter hoc, & aliud præterea: Quo verbo & Marcus Cato, & M. Varro, & plæraquæ ætas ſuperior, vt neceſſario, & latino, vſi ſunt. Apud Gellium lib. 19. cap. 10. Cúm que architectus dixiſſet, neceſſaria videri eſſe H-S. fermè trecenta: vnus ex amicis Frontonis, Et præter propter, inquit, alia quinquaginta, i. præter dictam ſummam, propter vel pro 50. Ennius in Iphigenia. Incertè errat animus, præter propter vitam viuitur, i. propter vitam aliúdque præterea atque inſuper.

Prætor tutelaris. Iul. Capitolinus in M. Antonino: Prætorem tutelarem primus fecit, cum ante tutores à Coſſ. poſcerentur, vt diligentius de tutoribus tractaretur.

Prætrepidus, vt prætrepidans apud Catullum, i. περιτρέμως ἔχων. Suetonius in Nerone: Romam prætrepidus rediit. Idem in Tiberio: Prætrepidus quoque, atque etiam contumeliis obnoxius.

Præualentia, ὑπεροχή. D. lib. 6. Tit. 1. l. 23. Paulus: In omnibus igitur iſtis, in quibus mea res per præualentiam alienam rem trahit meamq́ue efficit, ſi eam rem vindicem, per exceptionem doli, cogar pretium eius quod acceſſerit dare.

Præuallare. Hirtius de bello Alexand. Quo facto imperat pontem aduerſus hoſtem præuallari.

Præuellere Laberius: Aliqua parte præuulſerat: apud Diomedem Grammatices lib. 1.

Præuerbium, pro aduerbio, apud Cornel. Frontonem lib. de nom. verborumq́ue differ.

Præuiridantia membra Apud Macrob. in verſibus Laberij Satur. lib. 2. cap. 7. Cur cùm vigebam membris præuiridātibus. Columella, viridantibus hortis. Virgil. viridante toro.

Pranſor, qua voce præter Plautum vſus eſt Veratius Pontificalis lib. de ſupplicationibus: Pinariis qui nouiſſimi comeſſo prandio veniſſent, cùm iam manus pranſores lauarent. Vide Macrob. Satur. lib. 3. cap. 6.

Pranſitari: præter Plautum, vſus Macrobius Satur. lib. 3. cap. 15. Imperari cœpit, vt patentibus ianuis pranſitaretur, & cœnitaretur.

Prauiſſimus, Superlat. Velleius Paterculus hiſtor.2. Æuitatis quæ iuſſu hominis prauiſſimi tela in eum acta erant. Tacitus libro.decimoquinto, Percrebuerat ea tempeſtate prauiſſimus mos.

Preſtis, vel *priſtes*, non priſtis, Vide Seria piſcis.

Pretioſitas, πολυτέλεια. Macrobius Satur. lib.7. cap.13. ex Atteio Capitone: Electus autem, inquit, ipſa læua manu digitus minimo proximus, quaſi aptior cæteris, cui commendaretur anuli pretioſitas.

Primus digitus, τὸ ἄκρον τοῦ δακτύλου. apud Hippocrat. Aphor. τὰ ἄκρα τῶν δακτύλων. Catullus de Paſſere Lesbiæ, Qui cum ludere, quem ſinu tenere, Cui primum digitum dare adpetenti. Cicero dicit, primoribus labris, atque extremis digitis. Ouidius 9. Metamorph. Dixerat & ſummo digitorum vincula collo Iniicit.

Primas literas docere, i. legere ac pingere, vt faciunt literatores. Vlpianus D. lib. vlt. Tit.5. l.2. Qui pueros, primas literas docent, immunitatem à ciuilibus muneribus non habent.

Primitus pro primò etiam cum Varrone vſus eſt Suetonius in Claudio: Euenítque vt primitus ingredienti cum falcibus forum, &c.

Primipotens. Apuleius in Aſclepio Hermetis: Ille dominus, & pater, deus primipotens, & vnus gubernator mundi.

Principale, τὸ ἡγεμονικόν. Seneca lib. 1. de Ira, Regium enim illud & principale aliter dicunt: vt vox eſt quidem, ſed non explanabilis. Ira ipſum principale parum ſubtile, parũ exactum.

Principaliter pro præcipuè. Caius D. de Procurat. l.46. Itaque quod ex lite conſecutus erit ſiue principaliter ipſius rei nomine, ſiue extrinſecus ob eam rem; debet mandati iudicio reſtituere.

Principaliter, προηγουμένως, προκαταρκτικῶς, principio inde ſumpto vel facto: directò nec per aliud. Scæuola D. li. 32. l. vlt. Quia non principaliter, ſed per ſucceſsionem bona fratris ad eum peruenerunt. Ibidem, Quia non directò, ſed per ſucceſsionem.

Principalitas, Macrobius lib.1. Comm. cap.3. Tria illa quæ ſola probabilia ſunt genera principalitatis amplectitur.

Priorſum, εἰς τὸ ἔμπροσθεν: cui retrorſum opponitur. Macrobius Satur. lib.7. cap.9. Septem corporei modus: aut enim accedit priorſum, aut retrorſum, recedit, &c.

Prius, pro olim, πρὶν. Catullus: Otium & ciues prius & beaas Perdidit vrbes. Et alibi: Sed hæc prius fuere. Homer⁹ Iliad. Σ. Πρὶν μὲν γὰρ πρίαμοιο πόλιν μέροπες ἄνθρωποι Πάντες μυθέσκοντο πολύχρυσον, πολύχαλκον.

Pro bono ceſsit: vt apud Tacitum, pro meliore fuit. Suetonius in Tito: At illi ea fama pro bono ceſſit.

Pro cancellato habere. D. de Pactis leg. 47. inſtrumentum vanum & pro cancellato habebitur, i. inducto atq; obliterato.

Pro delectamento habere. Gellius libro 20. capite. 1. Is pro delectamento habebat, os hominis liberi manus ſuæ palma verberare.

Pro occiſo. Cæſar belli ciuil. libr. 3. Accepto vulnere occupatus, per ſuos pro occiſo ſublatus eſt.

Pro ſua parte, vide Ex mea parte.

Pro tradito habere. Paulus D. lib. 15. T. 1. l. 8. Non ſtatim quod dominus voluit ex re ſua peculij eſſe, peculium fecit: ſed ſi tradidit, aut cum apud eum eſſet, pro tradito habuit.

Proamita, æ, proaui ſoror: vt propatruus, proaui frater: Gaius D. lib. 38. Tit. 10. l. 1.

Proauunculus, & promatertera, id eſt, proauiæ frater & ſoror: Gaius D. lib. 38. T. 10. l. 1.

Proba pro caſta ac pudica. Catullus in quandam: Pudica & proba redde codicillos. Afranius Epiſtola Commiſſa: Nam pro ba & pudica quod ſum, conſulo & parco mihi. Quoniam com paratum eſt, vno vt ſimus contētæ viro. Horatius 5. Carm. Tu pudica tu proba, Perambulabis aſtra ſydus aureum. Propertius in 2. Nullus erit caſtis iuuenis corruptor in agris, Qui te blanditiis non ſinat eſſe probam. Alibi, nec proba Paſiphae. Ouidius 1. de remed. Et poterit dici ruſtica, ſi qua proba eſt. Pōponius Mela in 2. Probæ formoſæque, in pretio ſunt.

Probiſsimus, à quo probiſſimè Terent. Plinius Epiſtol. lib. 2. Apollinari: Adiutum tamen cuperem iuuenem probiſſimum grauiſſimúmque.

Probroſiſsimus, ſuperlat. Lāpridius in Heliog. probroſiſſima mulier, & digniſſima filio.

Probrorè, ὀνειδιστῶς. Africanus D. libr. 34. Tit. 6. l. 1. Etiam ſi in patris dominíve pœnam illicitè vel probroſè datum eſt.

Priuilegio ſubnixus, priuilegiarius. Arcadius D. li. vlt. Tit. 4. l. fin. Neque veteranus, aut miles, aliúſve, qui priuilegio aliquo ſubnixus, nec pontifex excuſatur.

Procaciſſimus.Cornel.Tacitus lib.17.Procaciſſimis etiam inter ſeruos lixarum ingeniis.

Procari,aſſentari.Seneca Quæſt.nat.4. Præfat. Aiebat non eſſe occultè, nec ex diſſimulato blandiẽdum.Perit,inquit,procari,ſi latet.

Procellulus, Diminunt. à procerus. Lampridius in Alex. Seuero: oblectatio fuit, vt catuli cum procellulis luderent.

Proceſſio, proceſſus,ἐκπόρευσις,ἐξέλευσις. Iulius Capitolinus in Pertinace:Cùm Pertinax eo die proceſſionem, quam ad Athenæum parauerat, vt audiret poetã, ob ſactificij præſagium diſtuliſſet.

Proclamare ad libertatem,ſe liberum eſſe aſſerere, poſtularéque liberali cauſa ingenuitati ſuæ àPrætore vel Iudice reſtitui: D.lib.40.Tit.13.

Proclamatio libertatis,vel proclamatio ad libertatem, D.lib. 40.Tit.12.l.34.& Tit.13.l.1.

Procliuiter,εὐπρεπῶς.Gellius li.1.ca.6.Tum denique facilè,& procliuiter,quod fuit omnium rerum validiſſimum, atque veriſſimum perſuaſit.

Procraſtinatus, dilatus, ἀναβεβλημένος. Gellius lib.17.cap.10. Quæ procraſtinata ſunt ab eo, vt poſt recenſerentur.

Proculcatio,καταπάτησις.Seneca de tranquil.vitæ c.11. Quod regnum eſt,cui nõ parata ſit ruina,& proculcatio, & dominus, & carnifex?

Procuratiuncula. Seneca epiſtol. 32. Nec Scylla aut Charybdis adeundæ ſunt, quæ tamen omnia tranſiſti procuratiunculæ precio.

Prodigere (ne quis vt vetus Plautinúmque refugiat,) vtitur etiam Suetonius in Nerone:Laudabat,mirabatúrque auunculum Caium nullo magis nomine,quàm quod ingentes à Tiberio relictas opes in breui ſpatio prodegiſſet.

Prodigus, τερατουργός. Cornelius. Fronto libr. de nominum verborúmque differ. Itaque qui prodigia faciunt, prodigi vocantur.

Profani literarum,i.ignari. Macrobius Comment.lib. ca. 18. Non ſolis literarum profanis, ſed multis quoque doctrina initiatis,abhorrere à fide,ac monſtro ſimile iudicatum.

Profatum, ἀξίωμα, effatum Cicer. Gellius libr.16.cap. 8.περὶ ἀξιωμάτων,quæ Marcus Varro aliâs profata, aliâs proloquia appellat.Vide Proloquium.

Profe-

Profeſtus homo, ἀνίερτος, reiectus à ſactis, βέβηλος. Gellius lib. 20.ca.vlt. Ne attingat, néve adeat profeſtum, & profanum vulgus à ludo muſico diuerſum. Vide infeſtus.

Profluentius, Adu̇erb. Gellius li.14.cap.1. Amœnius, & ſplendidius, & profluentius exequebatur.

Profluuius, vt profluuia fides. Vide Madidus.

Profunditas, βαθύτης. Macrobius Commentat. libro 1. capite 7. Maronis eſt ex intima diſciplinæ profunditate ſententia.

Profuſiſſimus. Superlat. Seneca de vitæ breuitate: Simul ad temporis iacturam ventum eſt, profuſiſſimi in eo, cuius vnius honeſtiſsima auaritia eſt. Suetonius in Cæſare: Pont. Max. petiit, non ſine profuſiſsima largitione. Idem in Claudio: Libidinis in fœminas profuſiſsimæ, marium omnino expers.

Profuſiſſimè. Suetonius in Auguſto: feſtos & ſolemnes dies profuſiſſimè, nonnunquam ioculariter tantùm celebrabat.

Progredi trāſlatè vt trāſgredi, pro διαπερᾶν, de nauibus, quas & ambulare dixit Cato. Salluſtius li.1.hiſtor. de ſcaphis: Earum aliæ paulum progreſſæ nimio ſimul & incerto onere, cùm pauor corpora agitauerat, deprimebantur: Ex Gellio lib.10.c.26.

Prohibitor, is, κωλύτης. Apuleius de Deo Socratis: Nullo adhortatore vnquã indigebat: at verò prohibitore nōnunquam. Macrobius Satur. lib.3.ca.6. Hic vtique cuſtodem, prohibitorem auium, furúmque ſignificat.

Proiecto ventre Neronem fuiſſe ſcripſit Suetonius, i. tumido ac prominenti, talē προγάστορα vocant ac ventricoſum. Idem ait Titum imperatorem ventre paulo proiectiore fuiſſe.

Prolatatio, prolatio ſiue dilatio, ὑπέρθεσις, ἀναβολή. Cornel. Tacitus li.19. Sed omnem prolatationem, vt inimicam victoriæ ſuſpectabant.

Prolatio diei, i. prorogatio. Cæſar lib.3. Quibus in rebus prolationem diei, donationem eſſe dicebant.

Prolixum corpus, i. longum ac procerum, quod & rectum dicitur. Suetonius in Claudio: Nam & prolixo, nec exili corpore erat.

Proloquium, ἀξίωμα, pronunciatū, & effatū Cicer. profatum Varroni. Gellius (ex Varrone) li.16.c.8. Proloquium, eſt ſententia in qua nihil deſideratur: vel Oratio verum, aut falſum plenè ſignificans: vt, Neque bonum eſt voluptas, neque malum: Et Græcè finitur, λεκτὸν αὐτοτελὲς, ἀποφαντὸν ὅσον

ἐϛ ἵεται τῷ. Connexum, vel adiunctum proloquiũ, συνημμένον ἀξίωμα: vt, ſi dies eſt, ſol ſuper terras eſt. Proloquium coniunctum, ſiue copulatum, συμπεπλεγμένον ἀξίωμα: vt Scipio Pauli filius fuit, & triumphauit, & Cenſurafunctus eſt. Proloquium diſiunctum, διεζευγμένον ἀξίωμα: vt, aut malum eſt voluptas, aut bonum; aut neque bonum eſt, neque malum. Proloquium diſiunctum ac mendax, παραδιεζευγμένον vocatur: Ibid.

Proluere pecuniam, dilapidare atque eluere profunda ingluuie. Gellius.lib.2.ca.24. Cum legibus iſtis ſitu atque ſenio obliteratis, plerique in patrimoniis amplis heluarentur, & familiam pecuniámque ſuam prandiorum gurgitibus proluiſſent.

Proluuium rei venereæ. Gellius libr. 4. capite 11. Non à fabulo edendo, ſed à rei venereæ proluuio, voluiſſe homines deducere.

Promanare. Seneca.2. de vitæ tranquillitate capite 18. Sermo promanauerat, quod languidus ſono & infracta voce ſuſpectior.

Promatertera, vide Proauunculus.

Promercium, quod mercis nomine venale: vnde promercalis, venalis. Vlpianus D.lib. 30. Tit.1.l.41. Nam & Papinianus lib.11. reſponſorum refert, Imperatorem noſtrum & Diuum Seuerum conſtituiſſe, eos qui Reip. ad opus promiſerunt, poſſe quid detrahere ex ædibus ſuis vrbanis atque ruſticis, & his ad opus vti. Quia hi quoque non promercij cauſa id haberent.

Promere & exercere iuſtitiam, Plinius Epiſtol.li.1.

Prometheus flos, vel herba Promethea, quæ ad dirimendas amicitias efficax eſſe credebatur: βοτάνη προμήθειος. Propertius lib.1. Inuidiæ fuimus, num me deus obruit? an quæ Lecta Prometheis diuidit herba iugis? Valerius Flaccus lib.7. Et qua ſibi fida magis vis Nulla, Prometheæ florẽ de ſanguine fibræ Caucaſeum. Plutarchus Iunior περὶ ποταμῶν: γεννᾶται δὲ ἐν τῷ καυκασίῳ ὄρει βοτάνη προμήθειος καλουμένη, ἣν μήδεια συλλέγουσα καὶ λειτουργοῦσα πρὸς ἀντιπαθείας τοῦ πατρὸς ἐχρήσατο, Appollonius in 3. Argonaut. illitum φαρμάκῳ προμηθείῳ cecinit ferro impenetrabilem eſſe, nec igne candente lædi. Herba contraria Anacampterotes Plin.

Prominulus, parum prominẽs. Iul. Capitolinus in Pertinace: fuit ventre prominulo, ſtatura imperatoria.

Promiſcere.

*Promiſcere.*Macrobius Comment. libro 1. cap. 6. Nec aliter tam controuerſa ſibi ac repugnantia, & natura communionem abnuentia promiſceri, terram dico & ignem, potuiſſe.

*Promiſsiuus.*Diomedes Grammat.li.1.Aduerbia adiunctiua, & promiſſiua.

Promiſsiuus modus, Diomedes Grammatices.lib.1.futurum Indicatiui.

Promotio. AſconiusPædian.3. in Verrem: Accenſus nomen eſt ordinis & promotionis in militia.

Promulſidarium, vas in quo promulſis miniſtratur. Vlpianus D.li.34.Tit.2.l.19.Sed ſi vaſa ſint legata,non ſolùm ea continentur,quæ aliquid in ſe recipiant edendi bibendíque cauſa paratum, ſed & quæ aliquid ſuſtineant. Et ideo ſcutellas vel promulſidaria contineri.

Proniſsimus,Superlat.Spartianus in Antonino: Ad indulgentias proniſſimus fuit.

Pronominatio, ἀντονομασία,figura quæ pro proprio,alieno vtitur:Diomedes Grammat.lib.2.

Pronũtiatiuus modus,ſiue finitiuus,i.indicatiuus,author Diomedes Grammat.lib.1.

Propatruus, vide Proamita.

Propè ad ſtultitiam ſimpliciſsimus, In Epit. Sexti Aurel. Victoris in Conſtantio.

Propendulus,ἐπικρεμής. Apule.Floridorum l.1. Iam primum, inquit crines eius præmulſis antiis, promiſſis capronis anteuentuli & propenduli.

Properatus,us,properantia vel properatio.Gellius lib.10.cap. 11.Nanque in properatu rei ruſticæ, per tempeſtates pluuiaſque cùm otium eſt, maturari poteſt.

*Properatim.*vſus eſt præter Cecilium Siſenna,& Gellius lib. 12.ca.vlt.notius eſſe teſtatur,quàm vt exempl s indigeat.

Propinquiſsimus,Superlat. Aſconius Pædian.in diuinat. propinquiſſima extimatione frumenti.

*Propitiatio.*Seneca Quæſt.natur. li.2.ca.29. Quomodo ſi fati certus eſt ordo,expiationes propitiationéſq; prodigiorum pericula auertant, i.procurationibus.

Proprietarius, qui proprietatem habet ac dominium, licet interdum nudum ac ſine vſufructu. D.lib.7. Tit. 1. l.12.& D. de dolo malo, l. 7. Si ſeruum vſuarium proprietarius occidit.

Proquiritari, χετλιάζειν καὶ βοᾶν. Apuleius in Apologia: Turbabat impurus hic in medio foro bacchabundus,epiſtolam ſæpe aperiens proquiritabat.

Proſa eloquentia. Velleius Paterculus li.1. perfectúmque proſæ eloquentiæ decus.

Prorogatiua fulmina. Seneca Quæſt. natur. li.2.cap.47. Prorogatiua ſunt, quorum minæ differri poſſunt, auerti tollíque non poſſunt.

Proſcribere palàm. Vlpianus D.libro 14.Tit.2.leg.11.De quo palàm proſcriptum fuerit, ne cum eo contrahatur.--Proſcribere palàm, inquit, ſic accipimus, claris literis,vt de plano rectè legi poſſint.

Proſecare ſolum. Plinius Epiſtolarum libr.5. Apollinari:Tantis glebis tenaciſſimum ſolum cùm primùm proſecatur aſſurgit.

Proſequi cum Præpoſitione, vt proſequi in domum.Gellius lib.18. ca.1. Proſecuti Phauorinum in domum in quam diuerebat,diſceſſimus.

Proſpectator, προοπτής. Apul.de Deo Socratis:In rebus certis proſpectator,dubiis præmonitor,periculoſis vitator.

Proſpectus pro reſpectu ac conſideratione,vt proſpectum habere. λόγον ἔχειν. Gellius lib. 5.cap.11. Cuius rationem proſpectúmque Bias non habuit.

Proſpectui officere, proſpectum impedire Cæſari:proſpectum adimere Liuio: vt officere luminibus dicitur. Vlpianus D.lib. 8.Tit. 2.leg.3. Eſt & hæc ſeruitus ne proſpectui officiatur. In proſpectu plus quàm in luminibus, D. libro 8. Tit. 2.leg. 15,& 16.

Proſperrimus,Superlat.Velleius Paterculus Hiſtor.2. proſperrimus rerum euentus.

Proſperrima valetudo,Suetonius in Tiberio:proſperrima valetudine vſus eſt.

Proſperrimè, εὐτυχέστατα, fœliciſſimé. Suetonius in Cæſare: Ipſe proſperrimè ſemper, ac ne ancipiti quidem vnquam fortuna,præterquam bis, dimicauit.

Proſpirare, προσπνεῖν. Apul.in Apologia: Ea nanque tabes, ſi foras corporis proſpirauit,maiore dedecore,quàm noxa diffunditur.loquitur de morbo caduco.

Proſternere pudicitiam. Suetonius in Cæſare: Diſcedit apud Nicomedem non ſine rumore proſtratæ Regi pudicitiæ.

Prote-

Protector, ὑπασπιστής, Iulius Firmicus Matheſ. li. 3. Scutarij, protectores imperatorum. Spartianus in Caracalla, Atq; inter protectores ſuos coniuratos cædis ageret.

Protectus, us, ui, σκέπασμα. Scæuola D. lib. 8. Tit. 2. l. 41. Lucius Titius aperto pariete domus ſuæ quatenus ſtillicidij rigor & tignorum protectus competebat, ianuam in publico aperuit.

Protelum. Lucilius apud Nonium: Quem neque Lucanis oriundi montibus tauri Ducere protelo validis ceruicibus poſſent. Et ibid. Hunc iuga multorum protelo ducere centũ Non poſſent. Catullus ad Catonem: Protelo rigida mea cecidi, i. tenore continuato.

Protelare, protrahere. D. lib. 5. T. 1. l. 2. In omnibus autem cauſis, in quibus protelatur admonitio, hoc procedere ſine temporali damno creditorum oportet.

Proteſtari, teſtari. Macrobius Saturnaliorum libr. 1. cap. 16. Floris ſpecies florum rerum proteſtatus, quas hic deus inſeminat.

Proteſtari, διαμαρτύρεσθαι, palàm teſtari. Vlpianus D. li. 11. T. 7. l. 14. Quippe proteſtantur pietatis gratia id ſe facere.

Protutela. Vlpianus D. lib. 27. Tit. 5. leg. 1. Protutelæ actionem neceſſariò prætor propoſuit. Nam quia plærunque incertum eſt, vtrum quis tutor, an verò quaſi tutor pro tutore adminiſtrauerit tutelam, idcirco in vtrumque caſum actionem ſcripſit.

Prouerbium, πρόθεσις, præpoſitio. Gellius li. 7. cap. 7. Addebat etiam quòd Ad prouerbium tum fermè acueretur.

Prouidenter, prouidè: Plinius in Panegyrico, Quod nihil ritè, nihilque prouidenter homines ſine deorum immortalium ope, conſilio, honore, auſpiciarentur.

Prouocator de eo qui prouocat ad alium iudicẽ. Labeo D. de verborum ſignificat. At multæ prouocatio eſt, nec antè debetur, quàm aut non eſt prouocatum, aut prouocator iuſtus eſt.

Prouocare ad iudicium. D. libro 5. Titul. de Iudiciis, leg. 13. Sed magis placuit eum videri actorem qui ad iudicium prouocaſſet.

Prouolui fortunis, quod & fortunis labi. Cornel. Tacitus libr. 5. Multique fortunis prouoluebantur: euerſio rei familiaris dignitatem ac famam præceps dabat. Itali diuentat fallido: Galli faire bancqueroutte.

Proxeneticum,merces proxenetæ, Venetiis Cenſa, & Cenſiero, vel Gollo proxeneta. Vlpianus D. lib. vlt.Tit.14.l.1.Proxenetica iure licito petuntur.& l.3.De proxenetico,quãquam eſt ſordidum,ſolent præſides cognoſcere.

Proximior.præter Senecam, Arcadius D.lib. 22.tit.5.l.21. Et quæ rei aptiora,& vero proximiora eſſe compererit.

Pruriginoſus,qui laborat prurigine.Gaius D.li.21. T.1.l.3.vel pruriginoſi,vel ſcabioſi.

Pſittacus:ψιττακὸς vel σιττακὸς & ψιττάκη Ariſtoteli, & βίττακος Cteſiæ, nunc vulgo Græcorum παπαγὰς: Gallis Papeguay, Papegaut, Perroquet: Italis Papagallo: Hiſpanis papagaio.Auis eſt ſatis nota, cuius multæ ſpecies, Pſittacus magnus viridis, alius paruus μακρόκερκος cui longa cauda: Eſt & magnus cinereus, papegaut gris vel cendré: & minimus viridis paulò maior paſſere. Lege præter Ariſtotelem, Solinum, & Apuleium,Plinium li.10.ca.42.

Pudoricolor dicta eſt rubens aurora,& Memnon nocticolor, à Næuio in Alceſt.teſte Gellio lib.19.cap.7.

Puditum Imperſonaliter, vt Pigitum, & Veritum. Vide Veritum.

Pudibilis,i. pudendus. Lampridius in Heliogabalo:Ad honores reliquos promouit commendatos ſibi pudibilium enormitate membrorum.

Puerascere. Suetonius in Caligula: Quorum duo infantes adhuc rapti,vnus iam pueraſcens inſigni feſtiuitate.

Pugillare,πυκτεύειν,πυγμαχεῖν,pugillis more decertare. Apuleius li.de Deo Socratis: At ſi quis velit acriter cernere,oculi curandi ſunt quibus cernitur. Itidem ſi pugillare, vultus vel brachia velanda ſunt,quibus pugillatur.

Pugilare,πυκτεύειν.Iul. Capitolinus in Galieno:pugiles faculis non veritate pugilantes.

Pugnum ducere,κονδυλίζεσθαι,pugnũ impingere. Paulus D. li.47.T.10.l.4.Si cum ſeruo meo pugnum ducere vellem,in proximo te ſtantem inuitus percuſſerim:iniuriarum non teneor.

Pugnare pugnam,πόλεμον πολεμίζειν Homer.Gellius libr. 15. cap.18.Conſpicere ſe procul dixit pugnam acerrimam pugnari.Ibid. pugna pugnata.

Pugnatorius,μαχικὸς.Suetonius in Caligula: atque ſaltator, batuebat pugnatoriis armis.

Pugnaciſſimus,μαχιμώτατος, Superlat.vt & Aduer.apud Cice.

pugna-

pugnaciſſimè. Seneca Epiſtol.105. Decem legionibus pugnaciſſimis ſubnixus. Cor.Tacirus lib.20. Pugnaciſsimus quiſque in veſtigio, multi pallantes occubuere.

Pulex marinus, vide Pediculus marinus.

Pulmo marinus, πνεύμων Ariſtoteli, & Halipleumon Plinio lib.32.cap.vlt. Eſt inter Zoophyta, quod ſponte prouenit, teſtaceum quidem, ſed vt holothuria, tethya, & ſtellæ, corio duro conte&um, intus totum fiſtuloſum vt aplyſia ſpongia. Extra mare concidit ac flaceſcit, alioqui turgens ac rotundum. Saxorum rimis deliteſcit & inter algas, non adhærens, ſed ſolutum, quod cum per mare vagatur tempeſtatis ſignum eſt. Lege Ariſtotelem lib.4. de partibus, Plinium lib.9. cap.47. Rurſus Ariſt.Hiſtor.lib.5.cap.15.& Plin.lib.32.cap.10.&11.& lib.18.cap.35. Vide lepus marinus. Alij, vt Matheolus in Dioſcoridē, perperàm pulmonem eſſe credunt, quod leporis marini genus eſſe oſtendimus.

Pulſatio. Inter pulſationem & verberationem hoc intereſt, vt Ofilius ſcribit: Verberare, eſt cum dolore cædere: pulſare, ſine dolore.

Puluinus, inquit Placiades in Gloſſis, priuati hominis ceruical, vel culcitral: Puluinar verò ac puluinaria principum ſunt, vel regum, id eſt lectiſternia.

Pungo facit in Præterito pupugi, quinetiam punxi: teſtis Diomedes Grammatices lib.1.

Punitus nomen. Suetonius in Tiberio: Nemo punitorum non in Gemonias abiectus, vncóque tractus.

Punitio, nis, κόλασις, τιμωρία. Gellius lib.11.cap.1. Eaque res faciebat inæqualem multæ punitionem.

Pupus. præter Varronē Suetonius in Caligula: Et lætiſsimo obuiorū agmine inceſſit ſuper fauſta nomina, ſydus, & pullum, & pupum, & alumnum appellantium.

Purgator, is, καθαρτής. Apuleius in Apologia: Hercules luſtrator orbis, purgator ferarum, gentium domitor.

Purgatorius, καθαρτικός. Macrobius Comment.lib.1. cap.8. Secundæ virtutes, quas purgatorias vocant, hominis ſunt, qui diuini capax eſt, ſolumque animum eius expediunt, qui decreuit ſe à corporis contagione purgare.

Purgatiſſimus, καθαρώτατος. Perſius Satyra 2. Somnia pituita qui purgatiſsima mittunt.

Puriſſimè, Gellius lib.2.cap.20. Apud Scipionem, omnium

ætatis ſuæ puriſſimè locutum legimus.

Purpura piſcis, πορφύρα: Noſtris Burez (à Murex) Genuenſibus Roncere (à muricatis aculeis) Venetis Oguella (ab vngue eius operculo) cuius teſta rugata, aſpera & clauata, extra cinerea, intra coloris lutei, vel purpurei, vel violacei, cum tubulato roſtro, (oblongiore in luteis) per quod linguam exerit. Os rotunditatis æmulum atque ex vna parte leuiter ſerratum, operculo tegitur (vt turbinatorum omniũ) quod πῶμα dicitur, ἐπικάλυμμα ſiue κάλυμμα, & ἐπίπτυγμα Ariſtoteli Hiſtor. li. 5. cap. 15. (& Plinius, purpurarũ cauũ, quo ſe operiunt) & βλάττος ac βλάττιον βύζαντος (nam βλάττος purpura. Sic & Conchylii opeculum vocant, quod ὄνυξ ſiue ὀστράκιον. Vide Oſtracium:) Actuario, & N. Myrepſo. Purpuris ineſt infector ille ſuccus (qui & fucus, & ſanies Plinio, ros, flos: oſtrumq́; Vitruuio, ἄνθος Ariſtoteli, & λύθρος Polluci) tingendis veſtibus olim tantùm expetitus, inter papauer (μηκὼν dicitur) & collum (τράχηλον, i. ſpondylum. Vide ſpõdylus:) Purpuræ quoque (vt murices) fauificãt (quod κηριάζειν ſiue μελίκηραν vel οἷον κηρίον ποιεῖν Philoſopho) quod eſt ſalinaris lentor, qui concreſcit velut fauus, vel potius inſtar eſt putaminum alborum cicerum, in lituſque eiicitur, quem falſò quidam pro maris ſpuma, alii pro Alcyonio vſurparunt. De purpuris Ariſtoteles citato loco, & Plinius lib. 9. cap. 36. & 37.

Purpurare, purpureum efficere. Furius apud Gellium in 18. cap. 11. Spiritus Eurorum virides cum purpurat vndas.

Pus, eſt ſanguinis putreſcentis in alborem mutatio partim à calore naturali, partim à calore præter naturam. lege Galenum in Hippocratis Aphor. 47. lib.

Puteal, operculũ putei. D. lib. 19. Tit. 1. l. 14. Puteal, id eſt, quo puteus cooperitur.

Pyralis, πυραλὶς, pro aue quæ Gallicè linote rouge. Pyralidẽ turtur impugnat. locus enim paſcendi victuſque idem eorum eſt, vt tradit Ariſtoteles Hiſtor. lib. 9. cap. 1. vbi Gaza Igniariam vertit. Plinius (quia Pyrauſta pennatum quadrupes maioris muſcæ magnitudine, etiam pyralis dicitur: de quo ipſe libro vndecimo capite 36) pyralidem auem cũ terreſtri quadrupede non ſine errore commiſcuit ſic ſcribens libro 10. capite 74. Diſſident olores & aquilæ. Rurſus cum terreſtribus muſtella & cornix: Turtur & Pyralis: Ichneumones veſpæ, &c. At Plini, quomodò diſſident, & vnde cognitum hoc diſſidium

dium,cum Pyralis tua, i. pyrauſta, vt ſcribis alibi, tantum in igne viuat?

Pyraulica cantica. Diomedes Grammat.lib.3. Quãdo enim chorus canebat choricis tibiis,i.choraulicis, artifex cõcinebat: In canticis autem pyraulicis, reſponſabat.

Pyrrhocorax,vide Gracculus.

Pyrrhicharius,πυῤῥιχιςής:Plutarcho,τῆς πυῤῥίχης(ſaltationis quæ Pyrrhiche ab inuẽtore dicta) artifex. Vlpianus D.lib.48.Tit.19. l.8. Quòd inſtituuntur venatores,aut Pyrrhicharij (ſic enim ſcriptum antiquè)aut in aliam quam voluptatem, geſticulãdi, vel aliter ſe mouendi gratia.

Quadrantal, κύβος, Gellius lib.1.cap.20. Vel qualia ſunt quadrata vndique, quæ κύβους illi nos quadrantalia dicimus.

Quadrati verſus, i. bene tornati ac compoſiti, vt & verſus teres Horat.Gellius libro 2.cap.29.Hunc ſopi Æapologum Q.Ennius in Satyris,ſcitè admodum & venuſtè verſibus quadratis compoſuit.

Quadratura, æ, Fab. Victorinus in 1. Rhetor. Ciceronis. Deinde alii dicunt ex quadratura cœli, quæ ſecundum muſicam rationẽ in duodecim partes dicitur eſſe diuiſa, horas 12. eſſe nominatas.

Quadrimanus,qui quatuor manus habet. Eutropuis lib.4.de bello. Achaico: Eo tempore Romæ puer ex ancilla natus eſt quadrupes, quadrimanus, oculis quatuor,&c.

Quadrimeſtris, vt ſemeſtris, bimeſtriſve conſulatus, apud Suetonium in Nerone.

Quadripartiri.Fab.Victorinus in 1. Rhetor. Ciceronis: Hic quoque aduerſarius ſyllogiſmum quadripartitur.

Quadruplare, (vt Duplare, Triplare vel Triplicare) τετραπλασιάζειν.Gaius D.lib.38.Tit.10.l.3.Et quadruplatur is qui geminatus erat.

Quæſitiſſimus, vt quæſitiſſimæ epulæ pro exquiſitiſſimæ. Saluſtius apud Macrob. lib.3. Satur. cap.13. Epulæ quæſitiſſimæ, neque per omnem modò prouinciam, ſed trans maria ex Mauritania volucrum, & ferarum incognita antea plura genera.

Quæſtores parricidij.Pomponius D.lib.1.Tit.2.Et quia,vt diximus,de capite ciuis Rom. iniuſſu populi non erat lege permiſſum conſulib. ius dicere: propterea Quæſtores conſtituebantur à populo,qui capitalibus rebus præeſſent: Hij appellabantur Quæſtores parricidij, quorum etiam meminit lex 12. tabularum.

Quæſtuaria mulier. Præter Senecam Vlpianus D.lib.23.Tit. 2.l.43. Lænas autē dicimus, quæ mulieres quæſtuarias proſtituunt. Ibid. corpora quæſtuaria.

Quæſtuoſe,Seneca lib.4.de Benefic. Iſtud non eſt beneficiū, ſed fœnus, circunſpicere non vbi optimè ponas, ſed vbi quæſtuoſiſſimè habeas,vnde facillimè tollas.

Qualitas ingenij. Diomedes Grammatices initio: Quantum mediocris admodum ingenij mei qualitas capere patiebatur.

Qualitatiuus vocabulū artis dictumque κτ̀ τὴν τεχνικὴν γλῶτταν. Fabius Victorinus in 2.Rhetor.Ciceronis:Qualitatiuus autem locus præſtat argumentum ex opportunitate.

Qualiter qualiter,quomodocunque. D.lib.9.Tit.2.l.7.Vlpianus: vel calce petiit, vel capite, vel qualiter qualiter. Idem D. lib.26.Tit.7.l.5.Innoteſcere autem qualiter qualiter ſufficit.

Quam. Rara hæc loquendi forma, admodum quàm doctus. Gellius libro 19.capite 9. Voce admodum quàm ſuaui, verſus cecinit.

Quanti plurimi.D.lib.9.Tit.2.l.21. Ait lex: Quanti is homo in eo anno plurimi fuerit. Et l.23. Quia retrorſum quanti plurimi fuit inſpicitur.

Quanto minoris:verba in rebus depretiatis,atque vbi damni dati intertrimentíue ratio habetur.D.lib.21.Tit.1.l.38. ait Prætor: Vel quanto minoris, cùm venirent fuerint in anno iudicium dabimus. Et agere æſtimatoria, i.quanto minoris ibid.l. 43. Scribitur & quanti.

Quantum eſt hominum, venuſta locutio pro quotquot ſunt homines. Plautus in Capt. O mihi quantum eſt hominum optimorum optime. Terentius: Quātum hominum eſt in foro, In Phorm.O omnium,quantum eſt qui viuant,hominum honoratiſsime. Catullus in Luctu paſſeris:Lugete,ô Veneres,Cupidinéſque,Et quantum eſt hominum venuſtiorum.

Quantulum mihi memoriæ eſt.Gellius lib.17.cap.10.Carmen Pindari,quod eſt ſuper monte Ætna,quantulum mihi memoriæ eſt,

riæ eſt,dicam.Et lib. 19.cap.12.Quantulum memini.

Quantuluslibet,vt quantuluſcunque. D.lib.21.Tit.1.l.4.Non denique febriculam quantulamlibet ad cauſam huius edicti pertinere.

Quaſſatio,διασάλευσις.Macrobius Satur.lib.7.cap.15.Si quãdo caſu aliquid paulò denſius in pulmonem violentia ſpiritus trahente deciderit, mox naſci tuſſim nimis aſperam, & alias quaſſationes,vſque ad vexationem ſalutis.

Queor,quitus,Actius:Nam neque pretio, neque amicitia,neque vi impelli, neque prece quitus ſum.Et alibi: Vnde omnia perdiſci atque percipi queũtur.Cæcilius:Si non ſarcire quitur. Ex Diomede Grammatices lib.1.

Querquedula,vide Boſcas.

Querquera, à κρύος, frigus, horror, κρυερὸς,horridus: Vnde Querquera,febris horrida. Apuleius in Apologia: Poſſe dicitis ad res venereas ſumpta de mari ſpuria & faſcina(nempe veretillum, & virginal) propter nominum ſimilitudinem, qui minus poſſit ex eodem litore calculus ad veſicam, teſta ad teſtamentum,cancer ad vlcera,alga ad quercetam. Scriptum tamẽ quercerum.

Qui pro cui. Donatus illud Terentii in Andria exponens: Exorandus.legitur,inquit,& Expurgandus.ſi Expurgandus,lege Cui.non Qui.quia Cui per Q.veteres ſcripſere.

Quidquid pro quantum, quantuncunque. Catullus ad Catonem:Ride,quidquid amas Cato Catullum.

Quicquid nomen eſt tibi, quocũque voceris nomine. Gellius lib.4.cap.1.Et iam bone, inquit, magiſter quicquid eſt nomen tibi, abundè multa docuiſti. Talis:nomen quodcunque libentius audis.

Quieſco cum infinitiuo,vt quieſcerent pugnare,i.deſiſterẽt. Gellius lib.19.cap.13. ex Q. Claudij primo Annalium: Manu ſignificare cœpit,vtrique vt quieſcerent pugnare.

Quinquipartes verſus. πεντάμερεῖς: qui quinque partes ſignant,vt: Miſcet flumina candida ſanguine ſparſo: Diomedes Grammat.lib.3.

Quietiſſimus,Superlat. Seneca Quæſt.Natur.li.7.ca.7.Quietiſſimo aëre apparet.

Quintadecumani, apud Cor. Tacit. libro 1. Sic vndeuiceſimani.

Quintana. Suetonius in Nerone: Tabernulas etiam effrin-

gere,& expilare,quintana domi conſtituta, vbi partæ & ad licitationem diuidendæ prædæ pretium aſſumeretur..

Quod genus eſt,pro cuius generis,ſiue cuiuſmodi eſt.Gellius lib 15.cap. Oſtentatione inepti & friuoli..Quod genus profectò ille homo eſt,qui &c.

Quot calendis, i. quot menſibus apud Vitruuium, pro ſingulis menſibus, vt dicimus Quotannis. Plautus in Sticho: Vos meminiſtis quot calendis petere demenſum cibum.

R*adiari.* præter Ouidiũ Cor. Tacitus in Dialogo: Templa marmore nitent,& auro radiantur.

Radiatio ſtellarum,Iul.Firmicus Matheſeos lib.

Radiamenta auri. Lampridius in Commodo: Capillo fuit ſemper fucato, & auri radiamentis illuminato. Roramenta auri dixit Iulius Capitolinus in Ælio Vero: Dicitur ſanè tantum habuiſſe curam flamentium capillorum, vt capiti auri roramenta reſpergeret, quo magis coma illuminata flaueſceret. id eſt auri ramenta. Hoc eſt quod per radiatum caput intellexit Plinius cùm ait in Panegyr. Horum vnum ſi præſtitiſſet alius, , illi iandudum radiatum caput, & media inter deos ſedes auro ſtaret,aut ebore. Qui locus non intellectus ab aliis.

Rana marina Ciceroni 2. de Nat. Rana piſcatrix Plinio, βάτραχος ἁλίας Ariſtoteli (potius ἁλιέα, vel ἁλιεὺς vt Oppiano, cui & βάτραχος ſimpliciter) & βάτραχος θαλάττιος etiã Theophraſto: Monſpelienſibus Gallanga: Burdegal. Peſcheteau: Maſſilienſibus Baudroy: Venetiis Reſpon, Neapolitanis Rana peſcatrice, aliiſque Italis Diauolo di mar, al. Marino peſcatore. Piſcis eſt cartilagineus, planus, elinguis, ac voraciſſimus cuius corpus excepta cauda figuræ oualis a mulum: caput oſque maximum: oculi ſupra caput aculeis ſepti: ante hos propẽdent binæ appendices, tenues, velut ſetæ, quibus ineſcat atque ad ſe piſces aſtutè allicit. De ea Ariſtoteles Hiſtor.lib.9. cap.27. Oppianus Halieut. lib. 2. Plinius lib.9.cap.42. Nec minor (quàm torpedini) ſolertia ranæ, quæ in mari piſcatrix vocatur. Eminentia ſub oculis cornicula turbato limo exerit, aſſultantes piſciculos pertrahens, donec tam propè accedant, vt aſsiliat. Oua pa-

rit ſola ex cartilagineis.Idem lib.69.cap.24.

Raphanus, radix & radicula Celſo, ῥάφανος, ῥάφανον, Atticiſque ῥαφανὶς (quibus ῥάφανος braſſica:) Gallicè raifort, & raue: Italis Raffano, radice. Raphanus ſylueſtris, ῥαφανὶς ἄγειος Theophraſto, Armoracium Columellæ, ſiue Armoracia Plinio. adhuc Romæ dicitur Aramoraci, & Ramolaci,ſiue Mazocchi.

Rapinas facere. Vlpianus D.lib.11. Tit.5.l.1. Si rapinas fecerint inter ſe colluſores.

Raptum ierat,i.rapuerat.Iul. Capitolinus in Macrino: imperium quod raptum ierat.

Rarè legitur apud Columel.Sed ſic tamen Varro apud Gellium lib.2. cap.25. Sed à rarus non dicitur rarè, ſed alij rarò dicunt,alij rarenter.

Rariſſimè.Suetonius in Tiberio: rariſſimè interfuit.

Raſitare. præter Gellium Suetonius in Othone: Quin & faciem quotidie raſitare.

Ratihabitio.D.lib.3.Tit.5. l.6.Nam & ſi ſeruum non neceſſarium emero filio tuo,& tu ratum habueris: nihil agitur ratihabitione.

Ratio proportionis, quæ analogia appellatur, Gellius libro 15.cap.9.

Rationalia, rationum libri. Vlpianus D. libro 27. Tit.3.l.1. Cùm neque inuentaria,neque rationalia proferrentur. al. auctionalia.

Ratio pro rationibus, vt rationem ſibi commiſſam turbare, Vlpianus D. lib.11. Tit.3.l.1.

Rationabilis, rationalis, λογικὸς: quo vtitur Seneca Epiſtol. 125.& Apuleius lib. de Philoſophia.

Rationabile, εὔλογον. Pomponius D.de verborum ſignificat. Quod magis rationabile eſſe videtur.

Rationabilius eſt, εὐλογώτερόν ἐστι. Pomponius D.lib.45. Tit. vlt.l. 37. Rationabilius eſſe videtur, pro virili parte ſtipulationẽ illis acquiri.

Rationabiliter, εὐλόγως. Apuleius in Hermetis Aſclepio: Prouiſum cautumque quàm rationabiliter à ſummo deo. Macrobius Comment. lib.2.cap.11. Rationabiliter vereque ſignauit, necdum mundani anni viceſimam partem eſſe conuerſam. Seneca Epiſtol. 110. Sicut hominem mouere rationabiliter non poteſt, niſi homo. Probus in Catholicis: aut ſi rationa-

biliter quæramus, placebit &c. Rurſus, Poëticè poſuit non rationabiliter. Fabius Victorinus in ſecundum Rhetoricorum Ciceronis: Sed quæ ipſis rebus negotij rationabiliter acciderunt.

Reaſſumere, ἀναλαμβάνειν. Plinius Epiſtol.lib.5. Apollinari: Immenſique fluminis nomen arenti alueo deſerit: autumno reaſſumit.

Recentari, ἀνανεοῦσθαι. Gellius lib.15.cap.25. Cneus Matius, vir eruditiſſimus, in Mimiambis ſuis non abſurdè, neque abſonè finxit, Recentatur: pro eo quod Græci dicunt, ἀνανεοῦται: Verſus in quibus hoc verbum eſt, hi ſunt: Iamiam albicaſſit Phœbus, & recentatur Commune lumen hominibus voluptaſque.

Recentiſſimè, Aduerb. Iuſtinus Hiſtor. lib.30. Relatione rerũ recentiſſimè geſtarum, ſuos ſtimulabat in prælium.

Recepticia dos, quam quis in mortem mulieris à marito ſtipulatur, Gaius D.lib.39.Tit.6.l.31.

Reciſè, ἀποτόμως. Reciſius, præciſius. Calliſtratus D. libro 47. Tit.21.l.2. Relegari, & ſi iunior in longius: Si Senior, reciſius.

Recœnare. Macrobius Satur.lib.3.cap.17. de lege Sumptuaria loquens, quam tulit Reſtio: Illud tamẽ memorabile de Reſtione latore ipſius legis fertur: cum quoad vixit, foris poſtea non recœnaſſe.

Reciſionem facere. Vlpianus Digeſt. libro 28. Tit. 5. l.38. Et ſi forte Falcidia interueniens reciſionem eſſet legatorum factura.

Recordare pro recordari Cornel. Tacitus in Agricola, Agnoſcent Britanni ſuam cauſam, recordabunt Galli priorem libertatem.

Recordationibus proſequi. Cornel. Tacitus lib.4. Cum laude & bonis recordationibus facta atque famam nominis mei proſequantur.

Recuſſus, us, ἀντιτυπία, reſultus, ἔφαλσις Ariſtoteli. apud Plinium libro octauo capite quinquageſimotertio recuſſu pernicius exultant. vbi alii codices (vt Parmenſis editio) recurſu pernici.

Rectus, procerus, ὑψηλός, celſus. Catullus de Quinctia: Mihi candida, longa, Recta eſt. Horatius 1. Serm. Candida, rectaque ſit. Rurſus Catullus in Epigram. de Varri ſcorto: Non poſſem

octo

octo homines parare rectos.

Redditiua, quæ ἀνταποδόσεις, Diomedes Grammat. lib. 2.

Redire in poteſtatem, ἀναφέρειν, reſpicere: Cui contrar. apud Ciceron. Exiſſe de poteſtate. Cato apud Gellium libr. 7. cap. 3. Quo maiore opere dico ſuadeóque, vti hæc res aliquot dies proferatur, dum ex tanto gaudio, in poteſtatem noſtram redeamus.

Rediri. Cæſar lib. 3. belli ciuilis: Interea manerent induciæ, dum ab illo rediri poſſet.

Rediui pro redii. Gellius li. 16. c. 8. Rediuimus igitur neceſſariò ad Græcos libros.

Redundanter. Plinius libro 1. Epiſtol. Immodicè, & redundanter.

Reduuiæ, Induuiæ, Exuuiæ, inquit Placiades in Gloſſis, dicuntur ſpolia ſerpentum, quibus quotennis ſeneſcenteis ſeſe exuunt: quaſi quibus exuti in iuuentam redeunt.

Refecta fides. Cornel. Tacitus li. 5. Sic refecta fides, & paulatim priuati quoque creditores reperti.

Referre in literas, memoriæ prodere. Lampridius in Commodo.

Reflare pro diſplodere: cui contrarium inflare: Lampridius in Heliogab. Multis vilioribus amicis folles pro accubitis ſternebat, eóſque reflabat prandentib. illis, ita vt plærunque ſubitò ſub menſis inuenirentur prandentes. Rurſus: ſigma in terra ſternere non in lectulis, vt à pedibus vtres per pueros ad reflandum ſpiritum ſoluerentur.

Reformatio, nis, ἀνάπλασμος. Apuleius in Hermetis Aſclepio: Hæc enim mundi genitura cunctarum reformatio rerum bonarum.

Refractarius equus, retrogradus ac ceſſim ſiue receſſim cedens & imitans nepam, (vt loquitur Plautus) ἀναποδίζων, ὀπισθόρμητος: Gallis reſtif: Ital. ramingo, reſtio. Aliud eſt equus duri oris Ouidio (alij enim perperàm confundunt) qui σκληρόστομος & δυσγάργαλος Polluci, στομίας ſiue ἄστομος Suidæ: Gallis dur de bouche: Ital. diſbocato: duro di boca.

Refrequentare. Suetonius in Auguſto: Italiam duo de xxx. coloniarum numero deductarum ab ſe refrequentauit.

Refulgentia, ἀπόλαμψις. Apuleius Floridor. li. 4. Nec culminum eminentia, nec lacunarium refulgentia.

Refundere pecuniam, pro reſtituere. Vlpianus D. lib. 12. Tit.

41.5. Conſequēs eſt vt dicamus refundere eum quod accepit.

Refuſio, ἀνάχυσις. Macrobius Satur. lib. 1. cap. 21. Vnde enim imber caderet in terras, niſi ſolis calor ad ſupera traheret humorem? cuius refuſio pluuialis eſt copia.

Regia ciuitas, pro eo quod eſt βασιλεία regnum, βασιλικὸς πολιτεία regius ſtatus: popularis ciuitas verò, Reſpublica δημοκρατία. Plinius lib. 7. ca. 56. Regiam ciuitatem Ægyptij, populärem Attici conſtituerunt.

Regionaliter etiam dicitur, vt Regionâtim. Apuleius lib. de Mundo: Quæ tamen illi cum regionaliter videantur eſſe peſtifera, ad omnem ſalutaria ſunt.

Regreſſum habere. Vlpianus D. lib. 21. tit. 2. l. 1. ſiue tota res euincatur, ſiue pars, habet regreſſum emptor ad venditorem. Virgilius Æneid. 11. --nec habet fortuna regreſſum.

Regulatim (vt regulariter) Aduerb. teſte Diomede Grammatices lib. 1.

Regaliolus, regulus, τροχίλος vel ὀρχίλος βασιλεύς, rex auium: Gallis Soulcie (à ſoulci, i. calendulæ ſiuæ calthæ floris colore) vel Poul: Italis Regillo, lo reillo, circa Florentiam Fior rancio, i. flos caltha. Auicula eſt omnium minima, ſimilis paſſeri Troglodyti, coloris ſubuiridis, & in vertice lutei: quam tamen quidam Tyrannum Ariſtotelis eſſe malunt: Vulgo Græcorum πετίτζιν à paruitate locuſtæ & colore: alibi vt Zacinthi τζετζομιάνη. Suetonius in Iul. Cæſar: Pridie idus auem Regaliolum cum laureo ramulo Pompeianæ curiæ ſe inſerentem, volucres varij generis proximo nemore proſequutæ ibidem diſcerpſerunt. Plinius libro 10. capit. 74. Diſſident aquila & trochilus (ſi credimus) quoniam rex appellatur auium. Vide Thochilus.

Relatio, recitatio ac narratio. Iuſtinus Hiſtoricus libro ſecundo, In relatione rerum à Scythis geſtarum, quæ ſatis amplæ magnificæque fuerunt, principium ab origine repetendum eſt.

Relaxari etiam verbum forenſe pro abſolui ac dimitti magiſtratus permiſſu, D. Titulo 2. leg. 14. In hoc caſu à rei condemnatione relaxabitur, ſi intra tempora iudicatæ actionis moriatur.

Relegatio dotis, Mæcianus. D. lib. 32. T. vnico l. 95.

Releuare etiã dicitur de eo qui ſoluit creditori pro debitore, quem ſoluendo releuat & exonerat. Vlpianus D. li. 46. T. 3. l. 24.

Vbi

Vbi fideiuſſor pro duobus in dena fideiuſſit, obligatus in viginti.& ſiue dena, ſiue viginti ſoluerit, vtrunque reum liberabit. Sed ſi quinque ſoluerit, videamus quem ex reis releuet in quinque. Et erit ille releuatus de quo actum eſt.

Releuari vſuris. Vlpianus Digeſt. libr. 26. Titul. 7. leg. 7. Et ſi vſuræ fuerunt grauiores quæ ei debebantur, releuabitur eis pupillus.

Religioſitas, tis, εὐσέβεια. Apuleius li. de Philoſophia: Religioſitas deûm honori ac ſuppliciis diuinæ rei mancipata eſt.

Reluctatus, conuulſus, quod à deponenti participium Paſsiué. Claudianus lib. 1. de raptu: Pene reluctatis iterum pugnantia rebus Rupiſſent elementa fidem. Sic Auxilior, Amplector, Complector, Adminiculor. Lucilius: A me auxiliatus es. Petronius Arbiter: Animam noſtro amplexam in pectore. Cicero pro Roſcio: Quo vno maleficio ſcelera omnia viderĕtur complexa eſſe. Varro: Tribunicio auxilio adminiculatus. Item obliuiſcor. Virgilius in Bucolicis: Nunc oblita mihi tot carmina.

Reluctatio, nis, ἀντιπάλη. Apuleius lib. de Mundo, de Exhalationibus: Harum altera arida eſt atque conſimilis quæ terrenis reluctationibus ſurgit.

Reludere. Seneca Controuerſiarum libro 2. in 3. Marilius præceptor noſter licenter verbo vſus eſt, ſatis ſenſum exprimente, cùm diceret vxorem intellexiſſe mariti mendacium: & ipſa aduerſum temerarios mariti iocos reluſit.

Remedialis, ἰατικός. Macrobius Satur. lib. 7. c. vlt. Æri ius quædam remedialis.

Remiligo, vide Echeneïs.

Remiſsionem deſyderare, petere vt de penſionis ſumma remittatur. D. lib. 19. Titul. 2. l. 19. Cùm quidam incendium fundi allegaret, & remiſſionem deſyderaret. Ibid. Remiſſionem dare colono ob ſterilitatem. Ibidem, mercedis exoneratio appellatur.

Remiſsiſsimus. Suetonius in Auguſto: Remiſsiſſimo ad otium & ad omnem comitatem animo.

Remo publicæ triremis affigere, enuoyer en galere, ad remum dare, Suetonio. Valerius Max. lib. 9. ca. 16. Sed cùm plenis impudentiæ velis, ad ſummum audaciæ gradum fertur, imperio Augusti remo publicæ triremis affixus eſt.

Renodis capillus & criſpus, apud Spartianum in Albino.

Renuntiare ad cœnam, vt vulgò eſcõduire à ſoupper, i. recuſare inuitationem ad cœnam. Seneca ſuaſoria 2. Aſydius venuſtiſſimus inter Rhetores ſcurra, cum hãc ſententiam Leonidæ (nempe, Prandete commilitones tanquam apud inferos cœnaturi) retuliſſet, ait, ego illi ad prandium promiſiſſem, ad cœnam renunciaſſem.

Renuntiatio ſocietatis, vt amicitiæ: & renũtiare ſocietati, Paulus D. lib. 17. T. pro ſocio: l. 65.

Renuntiator, qui aliquid commiſſum vel occultum enũciat ac retegit. Paulus D. lib. 48. T. 19. l. 38. Transfugæ ad hoſtes, vel conſiliorum noſtrorum renuntiatores, aut viui exuruntur, aut furca ſuſpenduntur.

Repentinior, αἰφνιδιώτερος. Apuleius li. de Mundo: Nimbus autem quanto repentinior, tanto vehementior.

Repertiſſimus, vt compertiſſimus. Apuleius in Apologia: Tamen inquam per me licet fuerit repertiſſimum.

Repetere pro referire. Seneca 3. de Ira: Nam quis ſatis conſtare ſibi videatur, ſi mulam calcibus repetat, & canem morſu?

Repetitionem habere, poſſe repetere. D. de Calumniatorib. l. 3. Qui dedit pecuniam, vt negotium quis pateretur, non habebit ipſe repetitionem.

Repletus deo, θεοπλήρης. apud Virgil. in Æneide, vates plena deo. Iul. Capitolinus in Macrino: Vates cæleſtis, quæ deo repleta.

Repleta pro grauida. Iuſtinus Hiſtoricus lib. 13. Virginem à deo repletam quatuor pueros peperiſſe.

Replicare pro reuerberare ac reflectere, vt περὶ ἀνακλάσεως dicitur. Seneca Quæſt. natural. lib. 1. cap. 3. Ab omni, inquit læuitate acies radios ſuos replicat. lib. 2. ca. 10. Radij ſolis replicãtur, & quouſque redire potuerunt, replicato calore, &c.

Replicatio. Africanus D. lib. 9. Tit. 4. l. 28. Vtilis mihi replicatio doli mali profutura.

Replicatione vti. D. l. 6. Tit. 1. li. 72. Aduerſus exceptionem dominij replicatione vtereris.

Reponere ſe in obligationem, id eſt ſecundò obligari. D. lib. 4. Tit. 2. l. 10. Illud verum eſt, ſi ex facto debitoris metum adhibentis fideiuſſores acceptilatione liberati ſunt: etiam aduerſus fideiuſſores agi poſſe vt ſe reponant in obligationem.

Repoſi-

Repoſitorium, ταμεῖον. repoſitoriũ ſanctius, i. ſanctius ærarium. Iul. Capitolinus in M. Antonino: Cùm ærarium exhauſiſſet ſuum, vendidit & aurea pocula, gemmáſque etiam, quas multas in repoſitorio ſanctiore Adriani repererat.

Reportare ſe ad aliquem, pro referre ſe ac recipere. Hirtius de bello Hiſpanienſi: Luſitani qui ex pugna ſuperfuerunt ad ſignum ſe receperunt, & bene magna manu comparata, ad Didium ſe reportant.

Reprobus, ἀποδεδοκιμασμένος, reiectus, prauus. numi reprobi, i. adulterini, ſubærati. Vlpianus D. li. 13. tit. 7. l. 24. Qui reprobos numos ſoluit creditori. Ibib. Reproba pecunia non liberat ſoluentem, reprobis videlicet numis reddendis.

Reprobatus. Scæuola D. lib. 48. Tit. 4. l. 4. Qui ſtatuas Imperatoris reprobatas conflauerit.

Repugnatio, etiam vt repugnãtia dicitur, i. ἐναντίωσις. Apuleius lib. de Dogmate Platonis: At vbi repugnationes iſtæ nociuæ erunt infœlicitas dicitur.

Reputationes inter aliquos facere, ſubductis rationibus vtriúſque partis velut accepti & expenſi, detrimenti atque commodi, æſtimationem inire quid alter alteri debeat facta compenſatione. Gaius D. lib. 10. Tit. 2. l. 19. Item ex diuerſo ſimiliter iudex proſpicere debet, vt quod vnus ex heredibus ex re hæreditaria percepit, ſtipulatúsve eſt, nõ ad eius ſolius lucrum pertineat. Quæ ita ſcilicet conſequetur iudex, ſi aut reputationes inter eos fecerit, &c.

Requirere ad verum. Iul. Capitolinus in Antonino: Phil. Erat in famæ ſuæ curioſiſſimus requirens ad verum quid quiſque de ſe diceret, emendãs quæ bene reprehenſa viderentur.

Requiſitio, ἀναζήτησις. Gellius lib. 18. ca. 2. Hiſtoriæ antiquioris requiſitio.

Requiſita naturæ, ἀποχώρησις, ſeceſſus atque alui euacuatio. Spartianus in Caracalla: Cùm ad requiſita naturæ diſceſſiſſet, interemptus eſt, i. cùm ad faciẽdam vrinam. infrà enim: Cùm leuandæ veſicæ gratia ex equo deſcendiſſet.

Res ſoli, bona immobilia, vt fundus, ædes. Macer de his qui ſatiſd. cog. D. lib. 2. l. 15. Sciendum eſt poſſeſſores immobilium rerum ſatiſdare non compelli. Poſſeſſor autem is accipiendus eſt, qui in agro vel ciuitate rem ſoli poſſidet.

Rei capitalis damnatus, cui pœna mors, aut aquæ & ignis interdictio ſit: Africanus D. lib. 37. Tit. 1. l. 13.

Rem facere, vt rem gerere, verbum Caſtrenſe pro adoriri atque dimicare, πολεμίζειν. Hirtius de bello Africo: Conſidius interim cùm ad vrbem cum copiis acceſſiſſet,& animaduertiſſet præſidium Cæſaris ibi eſſe, non auſus periculo ſuo rē facere, nulla re geſta pro multitudine hominum rurſus Adrumetum ſe recepit.

Reſalutatio. Suetonius in Nerone: Certè neque adueniens, neque proficiſcens quemquam oſculo impertiuit:ac ne reſalu tatione quidem.

Reſciſsio, ἀποκοπή. Reſciſſio emptionis, emptionis reſolutio: vt ſi ita prædium venierit, vt ſi diſplicuerit, aut melior conditio allata ſit, inemptum eſſet: D. lib. 43. Tit. 24. l. 11. Vlpianus. Scæuola D. lib. vlt. Tit. 9. l. 6. Reſciſſio prioris decreti. D. lib. 4. Tit. 6. l. 26. Iulianus lib. 4. Digeſtorum ſcribit, reſciſſionem vſucapionis ita faciendam, vt hi dies reſtituantur quibus actor agere voluit & interuentu feriarum impeditus eſt.

Reſoluere venas, i. incidere, φλεβοτομεῖν. Cornel. Tacitus li. 5. Hæc vatis in modum dictitans venas reſoluit. Et lib. 11. Venas exoluit.

Reſolutio, ἀνάλυσις. Gellius lib. 18. cap. 2. Quæ eſſet huius ſophiſmatis reſolutio.

Reſpectum agere, λόγον ἔχειν, rationem habere. Calliſtratus D. lib. 48. Tit. 19. l. 28. Venenarij capite puniendi ſunt: aut ſi dignitatis reſpectum agi oportuerit, deportandi ſunt.

Reſponſum reuerens, ἀπόκρισις αἰδήμων. Gellius lib. 4. cap vlt. Viſum eſt parum reuerens eſſe reſponſum, relatúſque in ærarios, vt mos eſt.

Reſponſiuè, vide Interrogatiuè.

Reſtiarius, qui reſtes facit, σχοινοπλόκος: At reſtio, qui vendit, σχοινοπώλης: Fronto Cornel. libro de nominum verborúmque differentiis.

Reſtitutrix, cis. Apuleius in Hermetis Aſclepio: Terra ſola in ſeipſam conſiſtens, omnium eſt receptrix, omniúmque generum quæ accipit, reſtitutrix.

Reſtrictior, Cōparat. Spartianus in Caracalla: reſtrictior, grauior vultu etiam truculentior factus eſt prorſus.

Reſtrictiores pedum digiti, Suetonius in Domitiano.

Reſtrictius, Aduerb. Plinius Epiſtol. libr. 8. Rufoni: An reſtrictius arbitraris per orbem terrarum legendum dare duraturam memoriam ſuam?

Retaliare

Retaliare, ἀνταμείβεσθαι· ἴσα ἴσως ἀμείβεσθαι. Gellius lib. 20. ca. 1. Quod enim per imprudentiam factum eſt, retaliari per imprudentiam debet.

Retentio dotis. Papinianus D. lib. 31. tit. 1. l. 77. Ideo retentionem dotis virum habere placuit.

Retentor, is, ἐφεκτικός. Apuleius Floridorum lib. 1. Nec quod immenſi dracones cum immanibus elephantis pari periculo in mutuam perniciem concertant: ac retentores ſuos elephanti toto corpore oblidunt.

Retradere, ἀποδοῦναι. D. libr. 4. Tit. 2. l. 9. Ex hoc edicto reſtitutio facienda eſt in integrum officio iudicis, vt ſi per vim res tradita eſt retradatur, & de dolo ſicut dictum eſt, repromittatur. Pomponius D. lib. 19. Tit. 1. l. 6. Si aream tibi vendidi certo pretio, & tradidi, ita vt inſula ædificata partem dimidiam mihi retradas. Modeſtinus D. li. 24. tit. vlt. l. 58. Vt cum iuſſu eius adierit, rurſum marito retradatur.

Retractio, contractio ac diminutio. Macrobius Satur. li. 1. ca. 14. Modò auctio, modò retractio dierum proueniebat.

Retritus, vide Rutabulum.

Retrò pro è contra, quod retrorſum dicit Quintilianus. Paulus Digeſt. libro quinto Titul. 7. leg. 4. Fructus hominis in operis conſiſtit: & retrò in fructu hominis operæ ſunt.

Retroceſſus, us, ἀνάλεψις, ἀναποδισμός. Apule. in Dogmate Platonis: Hinc illi & ſeptem motus locorum habeantur, progreſſus & retroceſſus, dexterioris ac ſiniſtri.

Retroducere, ἀνάγειν. Marcianus D. lib. 34. Tit. 5. l. 15. Quædam ſunt, in quibus res dubia eſt, ſed ex poſt facto retroducitur, & apparet quid actum eſt.

Retrogradæ mentes, i. contumaces, ſumpta tranſlatione ab equis refractariis. Lampridius in Alex. Seuero: Verùm Gallicanæ mentes, vt ſeſe habent, duræ, ac retrogradæ, & ſæpe imperatoribus graues.

Reuelatio, ἀποκάλυψις. Iulius Firmicus Matheſeos libro quinto. Et præſentia per ſomnia manifeſtis reuelationibus intimentur. R. C.

Reuerens Particip. Suetonius in Veſpaſiano, Meritorum fiducia minus ſui reuerentem, dixit.

Reuerentiæ alicuius inſeruire, reuerentia dignum colere ac revereri, ἀξίως θεραπεύειν καὶ σέβεσθαι. Plinius in Panegyrico: Ego reuerentiæ veſtræ ſic ſemper inſeruiam: vt non me Con-

ſulem, & mox conſularem, ſed vt candidatum conſulatus putem.

Reuerticulum dicitur, vt diuerticulum. Apul. Florid. lib. 4 Solis annua reuerticula, i. ἐπάνοδοι.

Reuinci, ἐξελέγχεσθαι, coargui. Apuleius in Apologia: Quippe inſimulari, quiuis innocens poteſt, reuinci, niſi nocens, non poteſt.

Reuocare domum, ſiue forum reuocare, eſt fori exceptione vti: allegare ſe ibi iudicium ſuſcipere minimè teneri, atque alibi conueniri debuiſſe: iudicem recuſare. Digeſt. libro quinto Titulo 1. leg. 2. Celſus huic etiam domus reuocationem dandam ait. Omnes autem iſti domum reuocant, ſi non ibi contraxerunt, vbi conueniuntur, & l. 5. Legati cæteriq; qui reuocandi domum ius habent, in ea ſunt cauſa vt in ius vocati veniant, ſua priuilegia allegaturi. l. 7. Si quis poſtea quàm in ius vocatus eſt, miles, vel alterius fori eſſe cœperit, in ea cauſa ius reuocandi forum non habebit quaſi præuentus.

Reus pecuniæ. Africanus D. libr. 16. Titul. 1. l. 17. Mulier & Titius cum in rem communem mutuarentur, eiuſdem pecuniæ rei facti ſunt.

Rhamnus, ῥάμνος: cuius prima ſpecies Gallicè eſpine ſaincte, & eſpine de Geneue (eſt enim circa Geneuam frequentiſſima) Italis ſpino ſanto (vt Romæ) & ſpina di Chriſto (in Oenotria, ſiue Sannio, nunc Abruzzo) qua Chriſtum ſaluatorem coronatum fuiſſe authores Eccleſiaſtici tradiderunt. Hoc tamen de alia (quæ ὀξυάκανθα Dioſcoridi, ſpina alba, ſiue Appendix Plinio) intellexit Marcellus Empiricus, ita ſcribens: Salutaris herbæ faſciculum, i. ſpina alba, qua Chriſtus incoronatus fuit. Secunda frequens ſepibus in Gallia Narbonenſi. Tertia, quam pro paliuro falsò oſtendunt, quæ in Italia (vt in agro Veronenſi) ſpina Heretica appellatur, & ab aliis tam hæc quàm prima Marruche. Rhamni quibuſdam etiam ſpecies videtur, quæ à noſtris Eſpine de Bourgoigne, i. ſpina Burgundica, ſiue infectoria (ex eius baccis namque, vtuntur infectores, fitque color viridis, qui noſtris verd de veſcie) Italis ſpino merlo, ſpino ceruino (Liguribus) & ſpin burcio Foroliuienſibus.

Rhina, eſt ſquatina, ῥίνη. Plinius libr. 32. cap. vlt. Rhina, quem ſquatum dicimus. Vide ſquatina. Rurſus libro 9. cap 51.

Piſcium diuerſa genera non coeunt,præter ſquatinã & Raïam, ex quibus naſcitur priori parte raïæ ſimilis: & nomen ex vtroque cõpoſitum apud Græcos trahit. De quo Ariſtot. Generat.l. 2. cap.5. & Hiſtoriæ lib.6. cap.11. à quo hic piſcis miſti generis proleſque biformis, ῥινόϐατος appellatur, & à Venetis ac Genuẽſibus Squatrolino, licet piſcem fabuloſum eſſe, nec in rerum natura extare Rondeletius vir maximus cenſuerit.

Rhinobatus, vide Rhina.

Phombus, ῥόμϐος Galeno, de piſce à rhombi figura, ψῆττα Ariſtoteli (Eſt vero ψῆττα generis nomen ad omnes paſſeres καὶ ψηττοειδεῖς piſces) Σάκι vulgo Græcorum: Gallis Turbot, & Bretonneau in Northmania: Romb in Gallia Narbonenſi: Maſſiliẽſibus atque Italis Rhombo. Piſcis eſt planus, marinus, littoralis, planus, interdum quinque cubitorum longitudinis, latitudinis quatuor cum pedali ſpiſsitudine: Cuius oris magnus hianſque rictus, dentibuſquidem nullis ſed maxillis aſperis, quarum inferiori appendices barbæ inſtar. Corporis pars prona fuſca eſt, compluribus aculeis, & per longitudinem mediam linea nigra, inſignis. De eo præter Ariſtotelẽ lib. Hiſtor. 9.cap.37. & Athenæum lib.7. Plinius lib.9. cap.42. Rhombi verò (eſt enim aculeatus, & læuis) alia ſpecies, quæ Gallis Barbue, & in Gallia Narbonenſi Paſſar, vel Panſar. Hic latior, tenuior, & abſque aculeis.

Rhus ſiue Sumach, ῥοῦς, Gallis Sumach: Italis Sumacho. De quo Plinius lib.24.cap.11. Vbi, Rhus, quæ erythros appellatur frutex eſt (lege fructus eſt. Nam frutex ῥοῦς βυρσοδεψική, & fructus ῥοῦς ἐρυθρὸς Dioſcoridi, & huius fruticis ſemen vim habet aſtringendi, refrigerandíque. Aſpergitur pro ſale obſoniis ad aluos ſolutas. Sic enim legendum, non vt editum: Obſoniis. Aluos ſoluit, quod falſiſſimum. Sic liberatur Plinius à reprehẽſione Matthæoli.

Rictare. Spartianus in Geta: Leopardi rictant, elephanti barriunt.

Ridicularia, ridicula. Cato apud Macrob. Satur.3. cap.14. Deſcendit de cantherio, inde ſtaticulos dare, ridicularia fundere.

Rigor ſtillicidij. D. lib.8.Tit. 2.l.41. inquit Scæuola, Lucius Titius aperto pariete domus ſuæ quatenus ſtillicidij rigor, & tignorum protectus competebat, ianuam in publico aperuit. Stillicidij rigorem hîc accipe, quatenus labitur aqua per pro-

tectum, antequam vergere & flecti deorſum incipiat. l. 1. infrà de flum. nam rigidum flexo opponitur: Duarenus 1. Diſput. capite 32.

Riſum de ſe tradere, de ſe riſus dare (vt Horatius) ſe deridendum exhibere. Macrobius Satur. lib. 7. cap. 14. Plato veſter, dum nec anatomica, quæ medicinæ propria eſt, abſtinet, riſum de ſe poſteris tradidit.

Riuum parietibus imponere, vide Flumen.

Riuatim. Macrobius Satur. lib. 7. cap. 12. Quæ igitur ratio facit, vt riuatim aquæ de Ponto fluant.

Directim pro directè vel directò. Macrobius Satur. lib. 7. cap. 12. Directim in Ægæum pergit.

Roramenta auri, i. in auri ramenta. Iul. Capitolinus in Ælio Vero: Dicitur ſanè tantùm habuiſſe curam flauentium capillorum, vt capiti auri roramenta reſpergeret, quo magis coma illuminata flaueſceret. Hanc lectionem etiam agnoſcit Ægnatius, exponitque guttas ac ſtilas quaſdam, quod, inquit, ludis ſolennibus pueris in ſpeciem Angelorum compoſitis Venetiis repreſentari ſæpe videas. Lampridius in Commodo vocat auri radiamenta.

Roſa ſylueſtris, vide Cynorhodon. Roſa Mileſia, Gallicè Roſe de Prouins. Roſa Trachynia, roſe incarnate. Coroneola roſa, vel Autumnalis, roſe de Damaz. Mileſiæ ardentiſsimus colos, non excedentis duodena folia. Proxima ei Thrachynia minus rubens. Coroneola, media magnitudine: de quibus Plinius libro 21. capite 4. Mileſiis, omniumque præcipuè Coroneolis vis purgatrix inſignis & abſque moleſtia.

Rotatio. Rotatim. Diomedes Grammat. lib. 3. Huic contrarius Trochæus, quem χορεῖον appellant. Conſtat ex longa & breui, temporum trium, vt Roma, dictus ἀπὸ τοῦ τρόχου, hoc eſt rotatione. Quippe eius modulationem poëmatũ ſiue metrorum compoſitioni accommodatam rotatim & volubiliter dicebant.

Rotalis, Adiect. Iul. Capitolinus in Macrino: Tribunum qui excubias deſeri paſſus eſt, carpento rotali ſuper adnexum per totum iter viuum atque exanimem traxit.

Rotatim, Aduerb. apud Diomedem Grammat. lib. 1.

Rotunditas verborum. Macrobius Satur. libro 7. capite 5. Nihil tam indignũ toleratu, quàm quòd aures noſtras Græca lingua

lingua captiuas tenet,& verborum rotunditati aſſentire cogimur,circumuenti volubilitate ſermonis, qui ad extorquendã fidem agit in audientes tyrannum.

Rubellio,vide Erythinus.

Rubeto, *φρυνος*: Cuius duo genera, parua ac viridis etiam arbores conſcendens ac clamitans, quæ Gallis ἀπὸ τοῦ κρώζειν vociferari,Craſſet dicitur,& Raine verde: Itali Muzoli. Alterũ prægrande in rubis, Bufo. Vide ſuo loco.

Rubia ἐρυθρόδανον,& ἐρύθοδανον Theophraſto: Gallicè Guarence: Italicè Rubia, & Roza quæ fit ex rubia ad tingendas lanas: ſubtilior puluis atque melior Italis, Pergolino: inferioris notæ,Roza terzanina. De Rubia nos in Lexico.

Rudatum, *ti*, rudis naturæ habitus. Apuleius Floridor. libro.

Rumen Feſto,& ruma Seruio in ruminãtibus primus venter (ſunt enim tres κεκρύφαλος, ἤνυστρον,& ἐχῖνος,i.omaſum) μήνυστρον Polluci lib.2. Onomaſtici, πρώτη κοιλία τῶν μηρυκαζομένων, κεκρύφαλος Ariſtoteli,aliis μήρυγξ.

Ruminari,tranſlatè,ἀναπεμπάζειν,memoria repetere,recogitare. Gellius li.19. cap.7. Cum audiſſemus legi Næuij Alceſtin, rediremuſque in vrbem,ſole iam ferè occiduo,figuras habituſque verborum nouè aut inſigniter dictorum in Næuiano illo carmine ruminabamur.

Rumigeratio,*nis*,Lampridius in Heliogabalo loquens de his qui fumos vendunt: famam non ſolum malorum, ſed & bonorum principum vendunt: Et qui ſtultitia vel innocentia imperatorum,qui hoc non perſpiciunt infami rumigeratione paſcuntur.

Runcare tranſlatè pro vellicare ac depilare. Perſius Satyra 4. Deſpuat in mores penemque arcanaque lumbi Runcantem.

Rupex,vide Charadrios.

Rupices,Feſtus, Petrones ruſtici ferè dicuntur propter vetuſtatem, & quod deterrima quæque ac prærupti iam agri petræ vocantur, vt rupices iidem à rupinis, aliter à petrarum aſperitate & duritia dicti. Rupicones. Apuleius Floridor. libro 1. Quis ex rupiconibus,baiulis, tabernariis,tam infans eſt, vt ſi pallium accipere velit diſertis maledicat?

Ruralis,ἀγροικὸς, Macrobius Saturnaliorum libro 5. capite 2. Theocritum ſibi fecit paſtoralis operis authorem, ruralis Heſiodum.

Ruratio, nis, res ruſtica. Apuleius in Apologia, Iſte verò nec diis rurationis, qui eum paſcunt, ac veſtiunt, ſegetis vllas, aut vitis, aut gregis primicias impartit.

Rureſtre opus, i. rurale. Paulus D. libro 32. Tit. vnico, l. 99. Muliones de vrbano miniſterio ſunt: niſi propter opus rureſtre teſtator eos deſtinatos habebat.

Ruptio, ῥῆξις, αἰκισμός. Vlpianus D. lib. 9. Tit. 2. l. 27. Rupiſſe enim vtique accipiemus qui vulnerauit: vel virgis vel loris vel pugnis cecidit: vel telo, vel quo alio vt ſcinderet alicui corpus, vel tumorem fecerit. Aquilia enim eas ruptiones quæ damna dant, perſequitur.

Rurſus cingi dicitur miles, qui miſſus ſecundò authoratur, i. ſecundo militiæ ſacramento obligatur, Ciceroni. Paulus D. lib. 19. Tit. 1. l. 38. Miles teſtamentum fecerat, deinde non ignominiæ cauſa miſſus, rurſum cinctus eſt in alia militia. Papinianus ibid. l. 43. Filiusfamilias equeſtri militia exornatus, & in comitatu principum retentus, cingi confeſtim iuſſus.

Ruſcum, vide Scopa.

Ruſculum diminutiuè à Rus. Gellius lib. 19. cap. 9. Cœnā dabat amicis ac magiſtris in ruſculo.

Ruſticè loqui, i. barbarè: & ruſticus ſermo, barbariſmus. Gellius lib. 13. cap. 6. Quod nunc autem barbarè quem loqui dicimus, id vitium ſermonis, non barbarum eſſe, ſed ruſticum: & cum eo vitio loquentes, ruſticè loqui dictitabant. Publius Nigidius in Commentariis Grammaticis: Ruſticus fit ſermo, inquit, ſi aſpires perperam. Itaque id vocabulum, quod dicitur vulgò Barbariſmus, qui ante diui Auguſti ætatem purè atque integrè locuti ſunt, an dixerint, nōdum equidem inueni.

Ruſticior, Comparat. Seneca Epiſt. 90. Simus hoc titulo ruſticiore contenti: ô virum bonum.

Ruſticula, ſiue perdix ruſtica Martiali, σκολόπαξ (ſcribitur & σκαλώπαξ & ἀσκαλώπαξ) vulgo Græcorum ξυλόρνιθα, vel ξυλόκοττα Gallis Becaſſe: Northmanis Videcoque, (ex lingua Anglica) Italis Gallinela, Gallinaza, Arcia, Gallina arcera, Piſſacare. Auis eſt perdici ſimilis, ſed roſtro oblongo, vermibus victitans. Plinius lib. 10. cap. 38. Currunt, vt perdices, ruſticulæ.

Rutilare comam. Suetonius in Caligula: Coegítq; non tantū rutilare & ſummittere comā, ſed & ſermonem Germanicum addiſcere.

SAbina, *σαβίνη*, Gallicè Sauenelle, vel Sauinier. Multi Sabinam bacciferam Thuiam ſiue Thyam eſſe contendũt. Sabinæ radix rubra eſt. Vide *θύα* in noſtro Lexico. Selago Plinio lib.24.cap.11.etiã Sabinæ ſpecies eſt. (Vide Cedrus) quã Camphoratam Monſpeſſulanorum credunt: alij *κνέωρον* nigrum Theophraſti.

Sacra ſpina. Iſidoro lib. Etymolog. orropygiũ, ſacri oſſis acumen, *κόκκυξ*, *ὀρροπύγιον*, & *σπονδύλιον* Polluci Onomaſtici lib.2.

Sacramenti redemptio. Hirtius de bello Alexandrino: Quos ex omnibus conuentibus, coloniiſque cõſcriptos, tranſmarina militia perterritos, ad ſacramenti redemptionem vocabat.

Sacratio, Sacrandi ritus, *ἱέρωσις*. Macrobius Satur. libro 3. capite 7. Sacrationis vocabulo, obſeruantiam diuini iuris impleuit.

Sæuitas, *ἀγριότης*. Gellius lib.20.cap.vlt. At etiam quò ſit quorundam malè doctorum ſæuitas & inuidentia irritatior.

Saginarius equus, Lampridius in Heliogabalo.

Sagitta herba, vide Piſtana.

Sagittare, Sagittam emittere. Iuſtinus Hiſtor. lib.41. de Parthis: Hos pari cura ac liberos ſuos habent, & equitare, & ſagittare magna induſtria docent.

Salamandra, *σαλαμάνδρα*: Gallis Salamandre, & Moron Northmanis, & Lauerna Lugdunenſibus. Vritur ſed difficulter: animálque parit idque maxima copia, quod authores negarunt, vt Plinius. Eryngio cyaneo virenti Salamandram necari expertus ſum. Tanta eſt rerum *ἀντιπάθεια* atque repugnantia.

Salariarius, qui ſalarium accipit. Vox ea forma effecta, vt depoſitarius, legatarius. Vlpianus D. lib.17. Tit.1. l.10. Puto hos quoque ſumptus reputare eũ oportere: niſi ſalariarius fuit, & hoc conuenit, vt ſumptus de ſuo faceret.

Salicippium. Sic dictus Caluus orator, qui cum vidiſſet (inquit Seneca in 4. Controuerſiarum) à Clientibus Catonis rei ſui Pollionem Aſinium circumuentum in ſorite, imponi ſe ſupra cippum iuſſit. Erat enim paruulus ſtatura, propter quod etiam Catullus in Hendecaſyllabis, vocat illum ſalicippium diſertũ. Catullus: Riſi neſcio quem modò in corona, Qui, cùm mirificè Vatiniana Meus crimina Caluus explicaſſet, Admirans ait

hæc,manuſque tollens,Dij magni ſalicipppium diſertum.

Saliƈtum maturũ, i.tẽpeſtiuum D.li.9.Tit.2.l.27.Vlpianus: Si ſalictum maturũ ita ne ſtirpes læderes,tuleris,ceſſare Aquiliã.

Salio, cuius perfectum ſuauius enunciari videtur ſalij, quam ſaliui,ſed plærique veterũ ſaluĩ dixerũt,vt Vergilius,Saluẽre per vtres.Itẽ Liuius ab vrbe cõdita li.1.Nouos trãſiluiſſe muros.Nõ minus & Cicero pro Milone, Deiecta penula trãſiluit. Virgilius: Deſiluit Turnus biiugis.Ex Diomede Grammatices lii.1.

Saliſatores, inquit Rabanus Maurus de Magorũ præſtigiis, vocati ſunt, quia dum eis membrorum quæcunquæ ſalierint, aliquid ſibi exinde proſperum ſeu triſte ſignificari prædicunt.

Saliuam mouere pro deſyderium excitare. Sumptis à cibis delicatis, ad quorum vel intuitum ex appetentia in ore ſaliua cietur.Seneca Epiſt.80.Aut ego te nõ noui,aut Ætna tibi ſaliuã mouet. Iam cupis grande aliquid & par prioribus ſcribere. Sic & vulgò dicimus,cela me fait venir la ſaliue à la bouche.

Saliuoſa labia,apud Apuleium in Apologia, i.ſaliua ſpumantia, πτυελώδη χείλη.

Salix, *ἰτέα*, Gallis Sauls:Italis,Salice, Saliguero. Eius ſpecies Amerina, ſiue Salix Amerina Plinio (libro 16. cap.37. & lib.24. cap.9. vbi ſeparat à vitice) Gallis Lugdunenſibus,& Allobrogibus Amarine, Northmanis Ambre, alibi in Gallia Oſier à Græco οἶσος,quo vtitur Theophraſt⁹. Tertia ſalicis ſpecies,quæ breuiſſima, Helice Plinio lib.16.cap.37. In Bononiæ territorio vocatur Vitice,falſô tamẽ. Vide Vitex. Salix viminalis, quæ viminum cauſa cæduo ligno propter vites ſeritur,de qua idem Plinius lib.17.cap.20. vt & de Perticali, quæ ad perticas,virga & talea ſeritur.

Salmo (Græcis incognitus) Gallis Saulmon(& fœmina,Beccard, & Bortiere)Germanis Salm:Flandris Saelim:Anglis Salmon,vel Samõd.Paruus Salmo,Salar vocatur ab Auſonio,Gallicè Tacon.Piſcis eſt fluuialis Oceanum mare ingrediens,atq; ad natales ſuos remeãs,qui Thunnos æquat magnitudine.Cui ſoli fluuialium ordines dentiũ quaterni in palato,lingua quoque dẽtibus hamatis exaſperata. Roſtri maxilla inferior magis recurua in fœmella.Dorſi,ex nigro colore cæruleus:Ventris argẽteus. Caro rubra,omniumq; ſuauiſsima.Cor exẽterati aſperſum aquoſa ſanie ſalmonis eloti,vltra diem viuere cõſpeximus Baſileæ.Plin.l.9.c.18. In Aquitania Salmo fluuiatilis marinis omnibus præfertur.Auſonius in Moſella:Nec te puniceo rutilã

tem

tem viſcere Salmo Tranſierim, latæ cuius vaga verbera caudæ Gurgite de medio ſummas referuntur in vndas, Occultus placido quũ prodıtur æquore pulſus Tu loricato ſquamoſus pectore, frontem Lubricus, & dubiæ facturus fercula cœnæ, Tẽpora longarũ fers incorrupta morarũ Præſiguis maculis capitis, cui prodiga nutat Aluus, opimatóq; fluẽs abdomine vẽter. Salmones exagitantur à lãpredis atq; hirudinibus. Hinc ſaliẽdi cauſa.

Salar, vide Salmo.

Salpa, σάλπη, vel ὁ σάλπης Athenæo(Pancrates apud Athenæũ.lib.7. ſalpas etiã βόας vocari ſcribit. Eſt tamen & bos piſcis planus, & cartilagineus:) Maſſiliæ ſopi: Romæ Sarba vocatur, alibi paſſim antiquo nomine. Piſcis marinus eſt, litoralis, ſquamoſus, ſolitarius, auratæ vel potius boopi ſimilis, pedali magnitudine: Cui oculi aurei, ſupercilia ſubuiridia, corpus à branchiis ad caudã multis lineis aureis diſtinctũ ac parallelis: ob idq; πολύγραμμος (ab Oppiano αἰολόνωτος) à colore verò ἐρυθρόγραμμος ab Ariſtotele vocatur, vt citat Athenæus. Vilis eſt, quia alga veſcitur & ſtercore, ideóq; σκατοφάγος καὶ βδελυχρὰ appellatur ab Epicharmo, obſcœnus Plinio. Eius caro dura & inſuauis, σκληρὰ καὶ ἄσομος Archeſtrato. De eo Ariſtot.hiſt.l.8.c.2.& l.4.c 8.& Plin.l.9.c.18. Salpa minor, piſcis qui in Gallia Narbonenſi Vergadelle, quia virgat⁹. Dict⁹ & χρυσόπλοκος ſimiliſq; ſtromateo.

Salua ratione recti ſermonis, i. propriè loquẽdo, κυριολεκτικῶς. D. lib.34. Tit.2.l.8. Quòd illa demonſtratio Muliebria neque veſti, neque mundo applicari ſalua ratione recti ſermonis, poteſt.

Saluberrimè refici. Plinius Epiſtol. lib. 6. Fabato: Villa Camilliana, quam in Campania poſſides, eſt quidem vetuſtate vexata, & tamen quæ ſunt precioſiora, aut integra manent, aut læuiſſimè læſa ſunt. Attendemus ergò, vt quàm ſaluberrimè reficiantur.

Saluo eo, vt; i. eo ſeruato, vt: quomodo in Saluo officio, vel magnitudine, vel dignitate. Vlpianus D.lib.16. Tit.3.l.1. Pondus ſimiliter adiiciendum: Saluo eo, vt ſi de quantitate ponderis incertum eſt, iuranti ſuccurratur.

Salutationem accipere ac reddere. Macrobius Saturnal. lib.1. cap.6. Acceptáque ac reddita ſalutatione conſederunt.

Salutiger, ſalutigerulus Plauto. Apuleius li. de Deo Socratis: Sunt quædam diuinæ mediæ poteſtates, Græco nomine δαίμονας nuncupant, inter mortales cælicolaſque vectores hinc

Precum,inde donorum quæ vltro citróq; portant,hinc petitiones,inde ſuppetias ceu quidã vtrinq; interpretes & ſalutigeri.

Samia terra, σαμία γῆ Dioſcoridi, & γαῖαν σαρδῳίν Nicãdro: Cuius duæ ſpecies ſyropicon Plinio , vel κολλύειον Dioſcoridi: Altera aſter ſiue ἀστήρ. Vide Plinium lib.35.cap.16.

Samia vaſa (alij Samnitica. Sed apud Auſonium Samiũ lutum ad pſilotra) calfactandæ reſinæ ac pici vellendis hominibus ac læuigandis.

Sanctitudo: Qua voce etiam vſus eſt Iulius Capitolinus in Vero,& Apuleius de Deo Socratis.

Sandix Indica, apud Vopiſcum in Aurel.Eſt Cinabari Dioſcoridis, Officinarum ſanguis draconis:qua Indi pro purpuræ ſanie vtuntur tingendis lanis.Eſtque arboris ſuccus ruber ſandarachæ modo.

Saniſsimus, Superlat. Iulius Capitolinus in Maximo: Corporis qualitate ſaniſsimus.

Sanitas metri.Macrobius Satur. 5.cap.17.Nã ſi quis eũ putat latinè dixiſſe Diomedẽ,ſanitas metri in verſu deſyderabitur.

Sanguineus frutex, cornus fœmina, cuius virgæ rubent ſanguinis modo. De ſanguineis fruticibus Plinius lib. 16. cap.37. Et apud ipſum ſangnineæ virgæ,quæ è corno: & D.lib.48.Tit. 9.l.9.Modeſtinus, inquit: Pœna parricidij more maiorum hæc inſtituta eſt, vt parricida virgis ſanguineis verberatus, deinde culleo inſuatur,&c.Vocatur à noſtris Cornus fœmina,Sãguin: quæ κρανία Græcis:De qua Theophraſt. Hiſtor.planat.l.3.c.12.

Saperda,vide Coracinus.

Sarda,σάρδα,vulgò Sarde.Sed Sarda veterũ, piſcis eſt ex lacertorũ marinorũ genere,eius magnitudinis cũ Colia,qui ſcõbro maior,teſte Athenæo li.3.Plin. lib. 32.c.vlt.Sarda vocatur pelamys lõga ex Oceano veniẽs : Sardına Columellæ lib.8.cap.17. minor ſarda,σαρδήνη Galeno li.3. Alimẽt.τριχὶς vel τριχίας veteribus Græcıs , Gallis Sardine , vel Sardingue. Piſciculus eſt Sardina,marinus, aphyæ phalaricæ perſmilis, niſi quòd maior ac ſpiſſior: cui color varius, in capite aureus, in dorſo ex viridi cæruleus, in ventre albus.Felle caret.Aſſeruatur conditus ſale, ex coque fit garum.Vide Thynnus.

Sargus,σαργὸς Ariſtoteli:nũc vulgo Græcorum σαυεομυνίδα: Maſsiliæ Sarg,vt Genuæ:Romæ Sargono,vel Sargo imperiale: Venetiis Sargo.Piſcis eſt marinus,littoralis,cantharo,ſparo,auratæ,&melanuro ſimilis:Cui oculi valde rotundi,cæſij: dentes latio-

latiores humaniſque ſimiliores: pinna dorſi continua, maior quàm auratæ: pinnæ branchiarum rubeſcunt, ventris verò nigreſcunt: corpus ſquamis paruis tegitur argenteis, lineiſque nigris diſtinguitur: Cauda lunata eſt, & macula nigra, vt mormyrus inſignis. Ob has notas μελανόγραμμος, & πολύγραμμος, & ὀρφοστυγόστικτος dictus eſt ab Ariſtotele, vel Athenæi teſtimonio lib.7.cap.59. Inter ſargos, ipſe qui tenetur, ad ſcopulos lineam terit. Ob id λινοπληγέστατον vocat apud Athenæum Numenius. Ouidius, Inſignis, ſargúſque notis, inſignis & alis. De eo Ariſtoteles lib.5. hiſtor.cap.9. Capras naturaliter amant ſargi, & emētita caprarum forma à piſcatoribus capiuntur, Ælianus Hiſtor. lib.1.ca.23. Vide ſcarus.

Sariſſa, λόγχη, δόρυ, vulgò picq;. Curtius: Macedo iuſta arma ſumpſerat, æreum clypeum, haſtam quam ſariſſam vocant. Ælianus lib. de inſtruendis aciebus ſariſſæ 14. cubita aſſignat. Xenophon ἀναβάσεως lib.4. εἶχον δὲ καὶ δόρυ ὡς πεντεκαίδεκα πηχῶν, μίαν λόγχην ἔχων. Modeſtus ſariſſas longiſſimos contos vocat, quos in Elephantos Romani dirigerent. Dicitur & lancea. Curtius: Igitur Macedo haud dubius eminus interfici poſſe, lanceam emiſit.

Sartrix, & Sarcinatrix. Sartrix, quæ ſarcit: ſarcinatrix, quæ ſarcinas ſeruat, inquit Cornel. Frōto de nominum verborúmque differ.

Satageus, qui anxiè ſatagit nimíſque curioſus eſt. μεριμνητής. Seneca Epiſtol.99. Satageos ac ſibi moleſtos deſcribam tibi: tam intemperantes in ipſis miſeriis ſunt, quàm ante illas. vult nos ſcriptura ἀμερίμνους eſſe.

Satrus, vietus: à Græco σαθρὸς: vnde Saturnus ὁ κρόνος, i. χρόνος: tranſpoſitione literæ εὐφωνίας gratia. Nam pro Satrunus Saturnus. Gellius libro 2.ca.16. ex Ceſellio in Cōmentario Antiquarum lectionum: Poſthuma, inquit, proles non eum ſignificat qui patre mortuo, ſed qui poſtremo loco natus eſt: ſicuti Syluius, qui Ænea iam ſene, tardo ſatróque partu eſt editus. Plinius lib.8.cap.5. de Elephantis: Certè Cato cùm imperatorum nomina annalibus deſcriberet, eum qui fortiſſimè prœliatus eſſet in punica acie, ſurum tradit vocatum, altero dente mutilato, quaſi σαθρὸς ἐκ τοῦ χρόνου eſſet ob dentis mutilationem: ſicut vetuli ſenes edentuli fiunt. Falſi tamen & audaces emendatores è ſcriptis per libros Satro, & Satrum, ediderunt mendoſè ſutro, & ſutrum, aliíque ſurum. Falſaque eſt

Saturni ab aliis vulgata etymologia. Vera à σάθη,(i, αἰδοῖον, pudendum)σαθερὸς,hincque σάτυρος.

Satureia, Thymbra, dicta & Cunila, θύμβρα Diſcorid. & θυμβραία Hippocrati, θύμβρον Theophr. Gallis ſarrietre: Italis Coniella, ſauoreggia, Peuerella. De qua egimus in Lexico in voce θύμβρα. Nunc vulgo Græcorum vocatur θρῦμπ, ſed diuerſa à noſtra, magis odorata. Ponitur doliis cum muſtum feruet, ſaporis atque odoris gratia.

Satyrion erythronion, copioſè reperitur in Sabaudia, maximéque in Geneuæ territorio.

Scamilli, apud Vitruuium lib. 3. vox eſt diminutiua à Scamnum. Priſcianus: Scamnũ, Scamellum. Apuleius tamẽ in prima Hermag. Verùm infirma ſcamillorum obice fultæ fores. Brodæus Miſcellan. lib. 1. cap. 17.

Scammonia tenuis, de qua Plinius lib. 24. cap. 15. eſt ὀροβάγχη Theophraſti (vide quæ ſit in Orobanche) & Helxine Cyſſampelos Dioſcoridis, vt ex collatione authorum manifeſtum. Et μαλακόκισσος Damocratis apud Caſſianum Baſſum in Geoponicis, nihil aliud quàm conuoluulus, vel volubilis Catonis. Vide Smilax.

Scamnulum, diminutiuum à Scamno, i. Scabellum, ὑποπόδιον: Diomedes Grammat. lib. 1.

Scandix, vide Anthriſcum.

Scandularius, σχινδαλοποιὸς, qui ſcandulas facit, aut ſcandulis contigit atque aſſulis. Calliſtratus D. lib. vlt. Tit. 6. l. 6. Scandulariorum meminit in enumeratione eorum quibus aliquam vacationem munerum grauiorum conditio tribuit.

Scantinia lex, de qua Suetonius in Domitiano.

Scarabeus ſolaris, Tertulliano, ἡλιοκάνθαρος Tralliano, κοπρεῖον Hippocr. Scarabeus qui pilulas voluit Plin. qui ingentes pilas è fimo auerſis pedibus volutat. De quo pluribus in noſtro Lexico.

Scarus, σκάρος Ariſtoteli (& de fœmella σκαρὶς apud Athenæum) Piſcatoribus Sapphirus. In Creta nomen retinet: aliquibus tamen, vt Zacinthinis σαργὸς vocatur, à ſimilitudine cum Sargo, qui illis μαυρομανίδα. Cuius duo genera, ὀνίας, & αἰόλος apud Athenæum lib. 7. Piſcis eſt marinus, ſaxatilis, ſquamis magnis, tenuibus, colore ex cæruleo nigreſcente, ventre candido: Sargo ſimilis, exceptis notis quibuſdam. Nam macula nigra in cauda, nigriſque lineis à dorſo ad ventrẽ caret. Ipſi dentes ma-

xillæque

xillæq; humanis ſimiles,quod ei peculiare,vt & quòd ſolus ruminat.Scarus αἰόλος,i.varius,oculis, vẽtris inferiore parte purpurei coloris eſt,cauda coloris Indici: reliquum corpus partim ex viridi, partim ex nigro cæruleum. Squamæ veluti notis obſcurioribus aſperſæ.In medio ventris binæ notæ purpureæ.Vocatur Rochau (communi ſaxatilium nomine)al. Aiol,vel Auriol. In Canariis inſulis Brechos. De Scaro Ariſtoteles Hiſtor. lib.2.cap.13.Athenæus lib.7. Oppianus Halieut.lib.4.Ælianus lib.1.cap.2.& lib.12.cap.17.Plinius lib.9.cap. 17.& lib.32. cap.2. de eius aſtu atque amicitia.

Scaro vario affinis piſcis,qui vulgò Græcorum λάπενα(alij Lãbenam,vel Lampinã vocant,eſtq; illis Phycis) Romæ Papagallo:Venetiis Lambena:Genuæ Lagiono: In Luſitania Bodian, vel Ruyo: In Illyria Cany. Quique à Diuo Ambroſio & Iſidoro Pauo,vel pauus.Alij hunc Turdis adnumerant.

Schedia. vtitur præter Feſtum,& Vlpianus D.li.14.de exercitoria act.l.1.Nauem accipere debemus,ſiue marinam, ſiue fluuiatilem,ſiue in aliquo ſtagno nauiget,ſiue ſchedia ſit.

Sciens agendi. Velleius Paterculus Hiſtor.2. Prouidens atque agendi ſciens.

Scincus,σκίγκος. Plinius lib.8.cap.25. Similis Crocodilo, ſed minor etiam ichneumone,eſt in Nilo natus ſcincos,contra venena præcipuus antidotis: Item ad inflammandam virorum Venerem.Rurſus lib.28. cap.8. Ex eadem ſimilitudine eſt ſcincus,quem quidam terreſtrem crocodilum eſſe dixerunt, cãdidiore autem & tenuiore cute. Præcipua tamen differentia dignoſcitur à crocodilo, ſquamarum ſeta à cauda ad caput verſa,&c. ſcinci nunc afferuntur Venetias ex Alexandria, exenterati ac ſalſi, non maiores lacertis. Pondere venduntur: nec ſingulis libris aureo maius pretium.

Sciſſio, Macrobius Comment.lib.1.cap.6.Sed ille ratione ſciſſionis, hic numero.

Scitior, Comparat.à Scitus,i.elegantior.Lampridius in Commodo.Mulierculæ formæ Scitioris.

Scitus, Scientius.Gellius lib. 4.cap.11.Sed qui diligẽtius ſcitiúſq; carmina Empedoclis arbitrati ſunt, κυάμους hoc loco teſticulos ſignificare dicunt.

Sciti ſſimè,εὐφυέστατα. Gellius lib.10.cap. 11.Properare & maturare,tanquam planè reſonantia contraria, ſcitiſſimè ſeparauit. Gellius lib.1.cap.18. Hæc Varro in primore libro ſcripſit, de ratione vocabulorum ſcitiſſimè.

Scōbrus, σκόμβρος, & piſcis Iberus Horatio: & ſcomber Plinio: nunc Græcis σκολιὸς (à κολίας, qui diuerſus) Gallis Maquereau, & Maquerel Northmanis (eſt verò ea vox ab Aquariolus, i. impudicarum mulierum ſordidus aſſecla. Gallique Maquereau lenonem vocant, eiuſque nomine ſcombrum, quòd verno tempore Alauſas paruas quas nos pucelles, i. puellas, aſſectetur) in Gallia Narbonenſi Verrat, vel Peis d'Auriou: Maſſiliæ Auriol. Venetiis ſcombro: alibi Lacerto: ab Hiſpanis Cauallo piſcis eſt marinus, gregaliis, ad cubiti magnitudinem adoleſcens, ſine ſquamis: Cui corpus teres, denſum, carnoſum, vtrinque in acutum deſinens: roſtrum acutum: oculi magni aurei: dorſum in aquis ſulphurei coloris, extra cærulei: cauda lunata. Lineis nigricantibus, obliquis inſignis eſt, ventre lateribúſque argenteis. De eo Ariſtoteles Hiſtor. lib. 9. ca. 2. Plinius lib. 31. c. 8, & lib. 9. cap. 15.

Scopa regia apud Scribonium Largum, eſt ruſcum, ex quo ruri fiunt ſcopæ: Dioſcoridis ὀξυμυρσίνη, vel μυρσίνη ἀγρία, i. myrtus ſylueſtris: Gallis Houſon, & fres-ionc in Northmania: Ital. Bruſco, & Pungi-topi in Hetruria: quæ κεντρομυρρίνη Theophraſti ἐπιφυλλόκαρπος, i. fructum ferens ſuper folia, vel vt loquitur Dioſcorides ἐν μέσῳ τῷ πετάλῳ in medio folio.

Scopes, σκῶπες vel κῶπες. Auis nocturna eſt ſcops, minima in noctuarum genere, aut ita. Nam ab vtriſq; temporibus pinnas ſubrigit autium inſtar. Euſtathius Odyſſ. lib. 5. Comment. σκῶπας cucubas à Romanis vocari tradit. Varius κύφος ἢ γύφος. Nunc Italis Guui, & Locale. Plinius lib. 10. cap. 49. Nominantur ab Homero ſcopes, auium genus: neque harum ſatyricos motus cùm inſident, pleriſque memoratos facilè conceperim mente: neque ipſæ iam aues naſcuntur. Ariſtoteles dicit κόβαλοι καὶ μιμητὴν eſſe, quòd ſcurriliter geſtus imitetur, ac ſtaticulos det. Gaza σκῶπα. perperàm Aſionem conuertit. Eſt enim Aſio Otus, vide Aſio. Eius generis eſt Ἀεισκὼψ, Gallis Nyttoule. vocalis eſt hæc, ac ſemper apparet, minus pinguis ac corpulenta, nes edulis carnis vitio.

Scoptula operta Cor. Celſo (quas ſpatulas vocant) πλάται, vel ὠμοπλάται, & ἐπινώτιοι Polluci lib. 2. Onomaſtici. Gal. palleron de l'eſpaulle: Ital. palletta de la ſpalla. Sunt autem lata oſſa ſcapularum.

Scorodopraſon, vide Alum.

Scorpius ſiue *Scorpio* piſcis σκορπίος (& fœmella σκορπὶς) nunc

vulgo

vulgo Græcorum σκορπίδι: Maſſilienſibus ſcorpeno: in Gallia Narbonenſi Raſcaſſe. Italis peſce ſpin, vel ſpino: circa Genuã ſcorpione. Dictus eſt ita à terreſtris ſcorpij natura, quòd πληκτικὸς ſit, ac ſuis aculeis pungat, & feriat, venenatúſque ſit ictus vtriúſque. Piſcis marinus eſt, cuius caput pro corporis magnitudine, grande, & aculeis horridũ, dorſum ſpinoſum pluribúſque aculeis venenatis armatum: color maiore ex parte rufus ſiue rubeſcens: caro firma ac ſuauis. Eſt & ſcorpæna eius generis, Græcis σκόρπαινα (nunc vulgò σκορπίναν vocant) Genuenſibus ſtraſina: Venetis ſcorpæna. ſcorpænæ verò caput minus, colorque cinericius. De his Ariſtoteles Hiſtoriar. libro quinto, Athenæus libro 7. Plinius lib. 32. cap. vlt. Dioſcorides lib. 2. cap. 14.

Scortum febriculoſum. Catullus ad Flauium: Verum neſcio quid febriculoſi ſcorti diligis.

Scriptum facit, qui Scripturarius ſiue Magiſter ſcripturæ eſt, quive in ſcriptura pro magiſtro operas dat. Gellius li. 6. cap. Flauius patre libertino natus, ſcriptum faciebat. Ibid. negat accipere: neque ſibi placere, qui ſcriptum faceret, eum ædilem fieri. Cn. Flauius Amij filius dicitur tabulas poſuiſſe, ſcriptu ſeſe abdicaſſe.

Scriptum furtiuum, vide Latebra.

Scriptilis, Diomedes Grammat. lib. 1. Vox literalis vel ſcriptilis appellatur, quia literis comprehendi poteſt.

Scrupoſus, hincque ſcrupuloſus. Apuleius Floridor. li. 2. Pariter enim vt qui hærediolũ ſterilem, & agrum ſcrupoſum, meras rupinas, & ſenticeta miſeri colunt.

Scrupuloſiſſimè, admodum exquiſitè atque anxiè Columella operis initio. Nec minus corporis geſticulatorem ſcrupuloſiſſimè inquirant, ſaltationis ac muſicæ rationis ſtudioſi. Sic. n. legendum cum manu ſcriptis exemplaribus.

Scrutatio, ἐξερεύνησις, ἐξέτασις, indagatio. Præter Senecã Gellius lib 9. cap. 10 Egregiam totius iſtius verecundiæ laudem, inſulſa nimis, & odioſa ſcrutatione violauit.

Scutula oblonga, Cor. Tacitus in vita Agricolæ: Formam totius Britanniæ Liuius veterum, Fabius Ruſticus recentium eloquentiſſimi auctores, oblongæ ſcutulæ vel bipenni (eſt autem anceps ſecuris Ouid.) aſſimulauere: & eſt ea facies citra Caledoniam.

Scylla,vide Pancration.

Se dubium mediumq́ præſtare,i. neutram partem fouere. Velleius Paterculus Hiſtor.2. Ita ſe dubium mediúmque partibus præſtitit,vt omnia ex proprio vſu ageret, temporibúſque inſidiari videretur.

Seſe penetrare in literas. Gellius libro 13.cap.10.Labeo Antiſtius & in Grammaticam ſeſe, atque Dialecticam literáſque antiquiores altioréſque penetrauerat.

Secale vel farrago Plinio:Gallis ſeigle:Italis ſegala.Aliud ſiligo,quæ in Italia ſolina. Vide farrago.

Secare pro ſecuri ferire ſiue percutere. Suetonius in Auguſto: ſplendidiſſimum quenque captiuum non ſine verborum contumelia ſecuit.

Secedere ad officia naturalia. In Epitome Sexti Aurel.Victoris in Caracalla: Cum Carris iter faceret, apud Edeſſam ſecedens ad officia naturalia,à milite,qui quaſi ad cuſtodiam ſequebatur,interfectus eſt. Spartianus: Cùm leuandæ veſicæ gratia ex equo deſcendiſſet.Idem Victor in Conſtantio:ad ventris ſecreta ſecedere.

Sciderat,non ſciderat dicebant veteres.L. Accius Sotadicorum libro 1. Non ergo aquila,ita vt hi prædicant,ſciderat pectus. Vide Gell.lib.7.cap.9.

Secretorum relator, i.recitator. Macrobius l.1.Comment.in Somn.Scip.Sed ille Platonicus ſecretorum relator Frus quidã nomine fuit.

Secretaria, ſecretæ artis exercitamenta. Apuleius Floridor. l.3. Auibus hæc ſecretaria vt inquam magis congruerint merulis & luſciniis, & oloribus.

Secutio,ἀκολουθία. Gellius l.18.cap.9. Et ſequor,& itẽ ſecta,& ſecutio,conſuetudine loquendi differunt: ſed qui penitus inſpexerit, origo & ratio vtriuſque vna eſt.

Secundiſſimus Hirtius lib.4.De bello Alexandrino: Ita prælium ſecundiſſimum eſt factum.

Secutor ſiue ſequutor,gladiatoris genus. Lamprid.in Commodo: Appellatus eſt Paulus primus ſecutorum.

Seditioſior,Comparat. Aſconius Pædian.in orat.pro Milone: Nam eius ſeditioſior fuit concio.

Sedere de nauibus in ſtatione. Claudius Rutil.in Itinerario: Tranquilla puppes in ſtatione ſedent.

Seductus homo, qui ſeparatus viuit & procul à frequentia,

amo-

ἀποκεχωρισμένος καὶ ζῶν καθ' ἰδίαν. Plinius in Epiſt.lib.7.Rufo: Quid multa? auxit ſolicitudinem meam, effecitque vt illis quos doctiſſimos noui non minus hos ſeductos, & quaſi ruſticos verear.

Seductior,magis ſeductus ac ſemotus.Perſius Satyra 6.At tu meus hæres Quiſquis eris paulum à turba ſeductior audi.

Sedularia, quæ in rheda ſedenti ſubiiciuntur. Paulus D.l.33. Tit.10.l.4.Rhedæ,& ſedularia ſuppellectili adnumerari ſolent. Aliâs,ſellularia.

Seges tranſlatè, vt ſeges oſculationis: apud Catullum ad Iuuentium: Non ſi denſior aridis ariſtis Sit,noſtræ ſeges oſculationis.

Segrex.Seneca lib.4.De benefic.Quoniam cæteris animalibus in tutelam ſui ſatis virium eſt.quæcunque vaga naſcuntur, & actura vitam ſegregem armata ſunt.

Segregatim,ἀφορισμένως. Diomedes Grammat.lib.1.

Selago,quære Sabina.

Selenites,lapis de quo ex Dioſcoride(cui σεληνίτης vel ἀφροσέληνον) Plinius lib.37.cap.11.Selenites ex candido tranſlucet melleo fulgore, imaginem lunæ continens, redditque eam in dies ſingulos creſcentis minuentiſque numero, naſcique putatur iu Arabia.Hæc gemma eſt,quã lapillorum inſtitores falſò Opalũ vocãt, & Gallicè oeil de chat. Matthæolus in Dioſcoridem confudit cum lapide ſpeculari.Eſt verò lapis ſpecularis(cuius ſpecies Phengites,vulgò talch:ſiue Italicè talcho) γύψος λίθος Dioſcoridis: de quibus Plinius diuerſis tamen nominibus,tanquam re diuerſa,cùm eadem ſit.Ex lapide ſpeculrri, Venetiis vidimus lucernam ſatis amplam.

Sellula,δίφρισκος.Cornel.Tacit.lib.20. In domum vxoris ſellula defertur.

Sellularii quæſtus. Gellius lib.3.c.1. Negotiis ſe plerunq; vmbraticis & ſellulariis quæſtibus intentos habent, in quibus omnis eorum vigor animi corporiſque elangueſcit.

Semibarbarus.Iul.Capitolinus in Maximino:Hic adoleſcẽs, & ſemibarbarus.Sueton.in Cæſare:Ciuitate donatos & quoſdam è ſemibarbaris Gallorum recepit in curiam.

Semilautus. Catullus, Ruſtice ſemilauta crura, id eſt ſordiduiſcula.

Semimitræ. Vlpianus D.libro 34.Tit.2.l.25.Ornamentorum hæc,vittæ,mitræ,ſemimitræ,calantica.

Seminale membrum, i. Priapus. Author Phalici carminis: Aut præcidite ſeminale membrum.

Semiperfectus.Suetonius in Caligula: Opera ſub Tiberio ſemiperfecta abſoluit.

Semiramicus, Adiect. vt Semiramius. Lampridius in Heliogabalo: Sed ſemiramica facta ſunt S.C. ridicula de legibus matronalibus.

Semiſſarius, qui ex ſemiſſe hæres inſtitutus. Florentinus D. lib.30. Tit.1.l. 116. A cohærede verò ſemiſſarius, duobus extraneis concurrentibus,non amplius tertia parte.

Semiuiri, Cybeles ſiue matris Deũ ſacerdotes, qui Semiuir chorus à Silio Seneca Epiſtol. 109. Quidam ad magnificas voces excitantur,& tranſeunt in affectum dicentium,alacres vultu & animo: nec aliter concitantur, quàm Phrygij ſolent tibicinis ſono Semiuiri,& ex imperio furentes. de quibus Philoſtratus, & Lucianus in Nigrino: ὥσπερ γὰρ οἱ τῷ φρυγίῳ ἀκούοντες οὐ παραυλοῦντες &c.

Semotè, χωριστικῶς,apud Diomedem Grammatices lib.1.Separatio,vt ſeorſum,ſeparatim,ſemotè,ſegregatim.

Senatum agere, i. cogere, vel habere. Suetonius in Cæſare: Placuit Idus Martias Parricidium nominari, ac ne vnquam eo die Senatus ageretur.

Senaculum,de Senatu mulierum.Lampridius in Heliogabalo. Fecit & in colle Quirinali Senaculum, id eſt mulierum Senatum, in quo antè fuerat conuentus matronalis ſolennibus duntaxat diebus.

Senatuſconſultum tacitum.Iul. Capitolinus in Gordiano exẽplum S. C.taciti non aliud eſt hodie,quàm quod veſtra clemẽtia conuocatis ad interiora maioribus ea diſponit,quæ nõ ſunt omnibus publicanda,de quibus etiam adiurare ſoletis, ne quis ante rem completam quicquam vel audiat vel intelligat. Hoc autem apud veteres,neceſſitates publicæ repererunt,vt ſi fortè aliqua vis ab hoſtibus immineret,quæ vel cogeret humilia captare conſilia,vel aliqua conſtituere, quæ non prius oporteret dici,quam effici, vel ſi nollent ad amicos aliqua permanare,S.C.tacitum fieret,ita vt non ſcribæ, non ſerui publici, non cenſuales illis actibus intereſſent: Senatores ex ciperent, Senatores omnium officia cenſualium,ſcribarúmque complerent,ne quid forte proderetur.

Senet, pro ſeneſcit. Lucretius in 5. Nunc etiam Senet, & trepido

trepido terrore repleta eſt. Catullus in Phaſello: nũc recondita ſenet quiete. vbi tamen Priſcianus lib.8. Seneͨta legit: Sed Cariſius ac Diomedes ſenet.

Senſualia, αἰσθητικά, ſenſilia. Apuleius in Hermetis Aſclepio: de ſenſu autem & de omnibus ſenſualibus, quando & de ſpiritu, tunc totam vobis præſtabo rationem.

Sententialiter, γνωμολογικῶς, ſententioſè. Macrobius Satur. lib.5. cap.16. Et alia innumerabilia, quæ ſententialiter proferuntur.

Sepia, σηπία, & σηπιάς Nicandro: Gallis Seche: Italo Sopi: Venetis Seppa. Piſcis marinus eſt, litoralis de genere mollium: cui pedes ſiue cirri (πλεκτάναι Ariſtoteli) octoni, breues capitique affixi, δικότυλοι, i. gemino acetabulorũ ordine: prȩterea binæ promuſcides (προβοσκίδες, quibus paſcuntur:) intus os latum, fungoſum, quod Columellæ lib.6. ſepiæ teſtum, σήπιον Ariſtoteli, & ὄστρακον Athenæo. Continet & atramẽtum (quod effundit in metu) quod Græcis μέλαν σηπίας, θολὸς Ariſtot. Hipponacti σηπίης ὑπόσφαγμα, χολή. Nicandro, & ὅλον σηπιῶν Hippocr. Eius atramenti conceptaculum, μήκων, i. papauer. Habent & velut parenchyma cordis loco, quæ ſubſtantia fungoſa ac laxa, coloris flaui, hepati potius quàm cordi proportione reſpondens, cui μύτις nomen eſt. Vide Polypus. de ſepia, Ariſtoteles Hiſtor. lib.9. cap.37. Athenæus lib.7. Pliniuſque lib.9. cap.29. Oua ſepiæ, à ſimilitudine racemi, vocamus Raiſin de mer: Sed aliud vua marina Plinij.

Sepimen, nis, θριγκὸς, ſepimentum Apuleius Floridor. lib.1. Colliculus ſepimine conſecratus.

Sepoſitio, ἀπόθεσις. Vlpianus D. lib. vlt. Tit.12. l.2. Si forte qui decimam vouit, deceſſerit ante ſepoſitionem.

Septentrionarius, ventus ſeptentrionalis. Cicero dicit ſeptentriones ventos. Gellius lib.2. cap.23. de ventis. Septentriones autem habent ob eandem cauſam Vnum: is obiectus directuſque in Auſtrum, Latinè Septentrionarius, Græcè ἀπαρκτίας appellatur.

Septimontialis ſacrorũ dies, de quo Suetonius in Domitiano. Nam Roma ἑπτάλοφος quaſique ſepticollis: Virgil. Roma Septem quæ vna ſibi muro circundedit arces.

Sequela, æ, ἀκολουθία. Scæuola D. lib.46. Tit.3. l.94. Vt vbi ei obligationi quæ ſequelæ locum obtinet, principalis accedit, confuſa ſit obligatio.

Sequella. Vlpianus D.lib.47.Tit.2.l.14. Si iumenta tibi commodauero,quorum ſequella erat eculeus.

Sequeſtrare. Macrobius lib. 1. Cõm.cap.5. De corporibus eã, tametſi non res,ſed intellectus ſequeſtrat. Ibid.Ipſam verò ſuperficiem cum lineis ſuis, primam poſt corpora diximus incorpoream eſſe naturam: nec tamen ſequeſtrandam, i. ſeparandã. cap.8.Qui à Rerump.actibus ſe ſequeſtrant.

Sequeſtrò. Gellius lib.20.cap.10. Quod apud ſequeſtrum depoſitum erat, ſequeſtrò poſitum,per aduerbium dicebant.Cato de Ptolemæo contra Thermum:Per deos immortales nolite vos ſequeſtrò ponere.

Seſquitur dicere, ἕπεται λέγειν,pro dicendum.Paulus D.lib.41. Tit.3.l.4.Sequitur de vſucapione dicere.Et lib.42.Tit.1.l.4.Cõſequens erit dicere,non ceſſare executionem.

Sequiplaga. Cor.Tacitus lib.15. Sæuitiam apud Neronem iactauit,ſeſquiplaga interfectum à ſe dicendo.

Serenator, vt Serenator Iupiter, apud Apuleium de Mundo, qui Ariſtoteli αἴθριος ζεὺς Sic Boreas Serenator, αἰθρηγενής, & αἰθρηγενέτης Homero.

Sericathum, vide in noſtro Lexico νάρκαφθον.

Sermo per figuras procedens, i. non ſimplex ſed figuratus atque tectus. Seneca de Benefic.lib.5.cap.6.Quare ergo hoc Socrates dixit? Vt facetus, & cuius per figuras ſermo procedere ſolitus erat, deriſor omnium, maximè potentium. ἐσχηματισμένος λόγος.

Sermocinatio, colloquium, ὁμιλία. Macrobius Saturnal. libro 1. capite 6. percontantes quidnam offenderint ſermocinationis.

Serpentinus, Adiect. Iuſtinus Hiſtor.lib.32. Omne ſerpentinum genus in fictiles lagænas coniici iuſſit.

Serra piſcis, preſtis, vel piſtres, πρίστης & πρῆσις πρήσιος vel πρήστιδος apud Ælian. Euſtath.& Suidã) & Piſtrix Ciceroni in Arat. Alij vulgò Niuellam,alij Calderonem vocant. Piſcis eſt cetaceus frequens in India, ex quo os admirabile vidimus,lõgum ac latum laminæ enſis inſtar,vtrinque dentatũ ac ſerratũ. In fronte an dorſo hoc ferat, mihi incompertum eſt. Plinius lib.32.cap.vlt. gladij piſcis, ac ſerræ meminit (atque alibi:) Sed quibuſdã Serra videtur eſſe piſcis ille rarus,qui vernacula lingua Beccaſſe(ſiue Aſcolopax vel ſcolopax)cui roſtrũ oblõgum, corpus rotundum,ſquamæ aſperæ,dorſi extremo ſpiculũ exertum,

tum,& altera parte ſerratum:. Colórq ue Erythrini rubeſcens Plinius lib.9.cap.4 Maximum animal in Indico mari priſtis & balena eſt.In Gallico Oceano phyſeter. Rurſus c.13. Quæ pilo veſtiuntur,animal pariũt,vt priſtis,balena, vitulus. Sed vtrobique ſcribendum preſtis,vel priſtes,i.piſtrix.

Serra etiam,vt forfices,vocabulum militare:vide Forfices.

Seruaculum,*ἐρυμάτιον*, paruus portus aſſeruandis in ſtatione nauibus, *ὁρμητήριον*,*λιμνίδιον*, Vlpianus D.l.9.Tit.2.l.29. Si nauis tua impacta in meam ſcapham damnũ mihi dedit,quæſitũ eſt,quæ actio mihi competeret: Et ait Proculus, ſi in poteſtate nautarum fuit ne id accideret, & culpa eorum factum ſit, lege Aquilia cum nautis agendum: Quia parui refert nauem immittendo, aut ſeruaculum ad nauem ducendo (legendũ, aut ad ſeruaculum nauem ducendo) an tua manu damnum dederis. Alij malè legerunt,ſerraculum,verriculum.

Seruus praducens lecticam,apud Suetonium in Auguſto.

Seuirales ludi.in M.Antonino Iul.Capitolinus:Et edenti cũ Collega ludos ſeuirales adſedit.

Seſamoides maius in litoribus maris Mediterranei, vniuerſa ora Maſſiliæ ac Liguriæ, Corſica & Sardinia prouenit. Maſſilienſes vocant Tartonrhay. Tanta eius vis purgatrix eſt, vt vel eius drachma *ὑπερκάθαρσιν* inducat. I.D.C.

Seſamoides paruum, *φακοειδὲς* Oribaſij, adhuc plãta incognita.Ea quam proponit Matthæolus,non habet veri Coronopodis folia, imò nec Coronopodis eiuſdẽ Matthæoli, ſiue herbæ ſtellæ,cuius folia maiora ac *δασύτερα*,contra Dioſcoridem.

Seſamum, *σησάμη* vel *σήσαμον* (& nunc vulgo Græcorum *σουσάμη*) Venetiis Suſimã: in Sicilia Gingінlena.Seſami ſemina ſunt quæ buccellato (biſcoctum vocant)adhærent è Cypro Venetias allato.

Seſeli Creticum, *τορδύλιον* vel *τόρδυλον*, & *ὄρδυλον* Nicandro in Theriacis. Vide in noſtro Lexico *τόρδυλον*, vbi Galeni erratum oſtendimus.

Sexcentenus.poſt Columellam Suetonius in Tiberio,ſexcẽtena ſexſtertia poſuit.

Si luxerit,pro ſimulatq; luxerit,aut vt vulgò dicimus,s'il peult eſtre iour. Catullus in Epigram.ad Licinium: Non, non hoc tibi ſalſẽ ſic abibit. Nam, ſi luxerit, ad librariorum Curram ſcrinia.

Si volentibus vobis erit, pro ſi volueritis: qui Grecus loquendi modus. Macrobius Satur.lib.2. cap.3. Et ſi volentibus vobis erit, aliqua eius quæ memoria ſuggeſſerit relaturus ſum.

Sic abire. Et Catullus in Epigram.ad Licinium: Non, nō hoc tibi ſalſe ſic abibit: Nam, &c.

Siccificus, ξηραντικός. Macrobius Satur.lib.7. cap.vlt. Æri vis quædam remedialis & ſiccifica.

Sicinniſtè. Gellius lib.20.cap.2. de Siticinibus loquens, Eoſque habuiſſe proprium genus tubæ, quà canerent, à cæterorū tubicinum proprietate differens: quos Siciniſtas vulgus dicit. Qui rectius locuti ſunt, Sicinniſtas litera n, geminata dixerunt. Sicinnium enim genus veteris ſaltationis fuit. Saltabundi autem canebant, quæ nunc ſtantes canunt. Poſuit hoc verbū Lucius Accius poeta in Pragmaticis, appellarique Sicinniſtas ait nebuloſo nomine: credo propterea nebuloſo, quòd ſicinnium cur diceretur, ei obſcurum eſſet.

Sideritis, σιδηρῖτις. Sideritis prima, Herbariorum Tetrahit, ſiue herba Iudaica. Secunda eſt potius pimpinella. Nam quæ pingitur à Matthæolo nullo modo conuenit. vbi filicis folia inſecta? Tertia, eſt Panax Heracleum Cratenæ: cuius folia coriandri, caulis rubens, flos anagallidis purpureæ, odore grauis. Ea quam exibet Matthæolus inter cætera, nec coriandri folia repræſentat.

Signaculūm, ſignum impreſſum. Vlpianus D.lib.16.Tit.3.l.1. Si pecunia in ſacculo ſignato depoſita ſit, ſi reſignetur—ſigillis prius impreſſis vel à Prætore, vel ab his, quibus coram ſignacula remota ſunt.

Signatè, διασήμως: vt ſignatè loqui. Gellius lib.2.cap.6. Veteres, qui propriè ac ſignatè locuti ſunt. Macrobius lib.6. cap 7. Quæ à veteribus, qui propriè & ſignatè locuti ſunt.

Significantia, æ, ſignificatio, σημασία. Fabius Victorinus in 1. Rhetor. Cicer. Alia nominis ſignificantia talis eſt.

Significus, i. σημειουργός, εἰδωλοποιὸς, qui ſigna facit, vt ſtatuarius. Apuleius de Deo Socratis: Neſcio, vt Hiſmenias tibiis canere, vt Appelles pingere, vt Lyſippus fingere, ſed non pudet me non eſſe ſignificum.

Significatiuus, σημαντικὸς. Gaius D. de verborum ſignificat. Hæc enunciatio, Quæ ſunt pluris aureorum 30. Simul & quantitatis & æſtimationis ſignificatiua eſt. D.l.45. Tit.1.l.75. Vlpianus, Quò fit, vt boni appellatio non ſit certæ rei ſignificatiua.

Sileri

Sileri. Macrobius Satur.lib.7.cap.1.Nã ſi,ſicut apud Athenas Atticas Areopagitæ tacentes iudicant,ita inter epulas oportet ſemper ſileri:non eſt vltra quærendum, inter menſas philoſophandum,necne ſit.

Silices, φελλεῖς,vnde Galli Pierres felles:Italicè (iottoli, Cocoli vel potius cocholi (alij Cogoli) à Græco κόχλακας.

Siligo, tritici deliciæ Plinio (ex qua panis σιλιγνίτης,i.ſiligine⁹ Galeno) Italis Salina.

Siliqua. De Siliquis copioſa tractatio in noſtro Lexico, in voce Κερατωνία.

Silurus, σίλουρος,& αἴλουρος Dioſcoridi(vtrunque rectè,παρὰ τὸ σιλοῦν τὸ σείειν,& αἰολεῖν τὴν οὐρὰν,quòd caudam agitet)à Germanis Danubij accolis Schaid , vel Schaiden: Vngaricè Harcha:Illyricè à Polonis & Bohemis Sũ vocatur. Piſcis tantæ magnitudinis, vt plauſtrum oneret: cui latus oris rictus ac patens, peculiariſque dentium forma: Sunt enim in vtraque mandibula parui quidem ac breues, ſed vncinati,numeroſáque ſerie conferti (vt in runcinis,carduiſque quibus carminantur & depectuntur lanæ) ac rotunditatis æmula. Prætetea inſignis eſt barbis,quas labris habet ſupernis & infernis. Plinius lib.9.cap. 15.Silurus graſſatur vbicunque eſt omne animal appetens, equos natantes ſæpe demergẽs, præcipuè in Mæno Germaniæ amne prope Lisboum & cap.16. Fluuiatilium Silurus caniculæ exortu ſyderatur, & aliâs fulgure ſopitur,&c. Siluri etiam ſpecies eſt,piſcis ille barbatus,qui Sabaudicè Saluth vocatur,capiturque Bernenſium lacubus Moretano,& Neocomenſi.Eſt & Glanis ſiluri ſpecies.Vide Glanis.

Simonideus, Adiect.à Simonides, vt Simonideæ lachrymæ. Catullus ad Cornificium:Mœſtius lacrhymis Simonideis.τοὺς θρήνους Simonidis intelligit, qui citantut à Stobæo, & interprete Theocriti.

Simpliciſſimus , Superlat. Seneca 2.de Ira. Simpliciſſimi, inquit,omnium habentur iracundi.

Simpliciſſimè. Cornel.Tacitus lib.17.Ego ac tu ſimpliciſſimè inter nos hodie loquimur.

Simultates excipere. Suetonius in Cæſare:Simultates contra nullos tam graues excepit vnquam , vt non occaſione oblata libens deponeret.

Sine vlla iuris cauillatione, i. fraude, Scæuola D. libro 35. Tit.1.l.85.

Sſ.j.

Singulus.numo ſingulo multabatur, Gellius lib.18.cap.13.

Singulus numerus pro ſingularis, & Pluratiuus numerus pro pluralis, apud Gellium lib.19.cap.8.

Singularia litera, μοναδικὰ γράμματα. Gellius lib.17.cap.9. In his Epiſtolis quibuſdam in locis inueniuntur literæ ſingulariæ, ſine coagmētis ſyllabarum, quas tu putes poſitas incōditè.

Siniſteritas, malignitas iniquitáſque quæ cādori opponitur. Plinius Epiſtolar.lib.6. Reſtituto: Surdis mutíſque ſimiles audiebant: non labia diduxerunt, non mouerunt manus, deniq; non aſſurrexerunt: ſaltem laſſitudine ſedendi. Quæ tanta grauitas? quæ tanta ſapientia? quæ immò pigritia? arrogātia, ſiniſteritas? ac potius amentia? Vtitur & alibi. Tales homines læui ac ſiniſtri σκαιοὶ Græcis, ipſúmque vitium σκαιότης.

Sino, in præterito ſiui, facit & ſini. Diomedes Grammatices lib.1. Sino ſini, vt Publius de vita ſua: Quod ſi me inuitum abire ſiniſſet. Item Scaurus: Prædium non ſini fieri. Melius tamen dicitur ſiui, ſicut Varro Complexionum ſexto: Ad mortē non ſiui me producere. Item Terentius in Adelph. Quia non ſiuit egeſtas.

Sinum laxare, i. parare ſe ad aliquid excipiendum, vt in donatiuis & congiariis expanditur lacinia. Seneca Epiſtol.120. Sinum laxa merum lucrum eſt. Docebo quomodo diues fieri celerrimè poſſis. libro de vita beata cap.23. Quid erexiſtis aures? Quid expeditis ſinum?

Sinuoſè, σκολιῶς: vnde Sinuoſius, obliquius ac magis inuolutè, tectius. Gellius lib.12.cap.5. Sed vt tibi à me mos geratur, dicā ego indoctius (vt aiunt) & apertius, quæ fuiſſe dicturū puto ſinuoſius atque ſolertius, ſi quis nunc adeſſet ſtoïcorum.

Sion ſiue *lauer*, σίον Dioſcor. ἀναγαλλὶς ἔνυδρος: anagallis aquatiqua: Gal. berle: Ital. Gorgoleſtro (vt Sienæ) Seuone, in Apuleia Lauari, Canea. Sed hippoſelini ſiue oluſatri, aut appij folia, odorata, in noſtro deſyderātur. Sion verò Crateue, eſt ſiſymbriō ſecundum Dioſcoridis, σισύμβριον ἕτερον, καρδαμίνη: Gal. Creſſon: Ital. Creſcione. Vide ſiſymbrium.

Sirenius, σειρήνιος: vt Sirenij ſcopuli. Gellius lib.16.cap.8. Tu quoque in illis Dialecticæ gyris, atque Mæandris, tanquam apud Sirenios ſcopulos conſeneſcas.

Siſer, σίσαρον, (adhuc in Græcia σισαρὶ, & σιαρὶ) Gal. carotes iaunes: Italis Carote gialle: paſtinacæ luteæ, non verò albæ ſpecies eſt: vel potius quæ Gallis Cheruy, vel panet Northmanis.

Siſymbrium ſylueſtre,& Thymbrium Plin. σισύμβριον primũ Dioſcorid. Gal. menthe Romaine, vel menthe franche: Ital. Seſembro: Officinarum Balſamita, mentha Romana. Siſymbrium aquaticum, σισύμβριον ἕτερον Dioſcor. σίον Cratenæ, καρδάμινη: Gal. Creſcon: Ital. Creſcione. Vide Sion. At Marcello Empeirico Cardamine eſt berula, i. Sion.

Sitire tranſlatè, Cicero pro Plancio. Deinde ſitientem me virtutis tuæ deſeruiſti. Idem 5. Philip. Sanguinem noſtrum ſitiebat. Sic Græcè διψᾶν. Vide in Lexico noſtro.

Smaris, vide Mæna.

Smilax hortenſis, σμίλαξ κηπαία Dioſcoridis, cuius fructus phaſelli, vel phaſeoli δόλιχοι Dioſcor. ac λόβια Theophr. & aliis φάσηλοι vel φασίολοι: Gallis faſeols, feues de turquie: Italis fagiuoli, & fagiuoli turcheſchi. Sunt legumina inſtar renis parui: alia alba, alia rubra, alia lutea, alia varia, vt punicea ac nigra.

Smilax, ilex aquifolia: vide Ilex.

Smilax Cilicia Plinio lib.16.cap.35. σμίλαξ τραχεῖα: Italis Rouo ceruino, ſtraccia brache, & in Hetruria Hedera ſpinoſa. Eius ſpecies eſt Zarza-parilla. Hiſpanorũ. Smilax læuis, σμίλαξ λεία, non eſt conuoluulus maior, quem pictura repreſentat Matthæolus (quæ planta eſt volubilis Catonis, atque μαλακόκισσος Damocratis apud Caſſianum Baſſum) quia ſmilacis aſperæ ſarmentis diſſimilis eſt, nec fructum lupini habet: & alia pleraque non reſpondent deſcriptioni & viribus.

Smyris, σμύρις λίθος Dioſcoridi, Gallis Eſmery, vel eſmeril: Italis ſmeriglio. Similis eſt magneti. Eius vſus indictus aliis (vt Dioſcoridi, ac Matthæolo) hic eſt: Vitriarij eo notatum vitrum, facilè frangunt. Marmorarii etiam eius puluere vtuntur ſecandis marmoribus duriſsimis, quale porphyrites: nec ſine eo cryſtalla in laminas ſecari poſſunt: quo & pondus auro additur.

Smyrus, vide muræna.

Soccatus, ſocculos geſtans. Seneca lib.2. de Benefic. Parum enim fœdè, furioſeque inſolens fuerat, qui de capite conſularis viri ſoccatus audiebat, niſi in os ſenatoris ingeſſiſſet imperator pictos ſoccos.

Socialitas, amicitia humanáque ſocietas, κοινωνία καὶ ἑταιρεία.

qua voce vſus quidem Plinius in Panegyrico. Sed & in Epiſtol. lib.8. Geminio: Primùm eſt autem ſuo eſſe contentum: deinde quos præcipuè ſcias indigere ſuſtentantem,fouentemque orbe quodam ſocialitatis ambire.

Socordiſſimus,ῥαθυμώτατος..Apuleius in Apologia: Apud ſocordiſſimos Scythas Anacharſis ſapiens natus eſt.

Solator,παρηγόρος.Præter Statium Tibullus lib.1.Eleg.3. Ipſe ego ſolator,cùm iam mandata dediſſem.

Solea piſcis, Lingulaca Plauto & Varroni, βούγλωττα vel βούγλωσσα,,aut βούγλωττον vel βούγλωσσον & βούγλωσσος,quin & γλῶττα(apud Athenæum,& generis nomine ψῆττα) Gallicè Sole:Hiſpanicè linguada:Romæ linguata,Venetiíſque Sfoia dicitur. Piſcis eſt planus,tenuis, prona parte fuſca, ſupina candida: Cuius os incuruum abſque dentibus. ſquamis paruis tegitur,eiúſque caro durior quàm paſſerum ſapidiórque. De ſolea præter Plinium Ouidius, à quo dicuntur, Fulgentes ſoleæ candore. Eſt & ſoleæ ſpecies, quæ recentioribus ſolea oculata, in Gallia Narbonenſi Pegouſe: (putant ἴχαεον vel χόειν Dorionis eſſe apud Athenæum lib 7.) diſtinguitur in prona parte maculis magnis, oculorum effigiem cum iride ac pupilla referentibus. Rurſus alia,quæ Gallis Pole (κυνόγλωσσον Epicharmi apud Athenæum eſſe creditur) ſquamis tegitur in ambitu ſerratis,ſaporíſque ingratioris eſt. Refertur & ad ſoleaŭ genus, piſcis, qui noſtris Flettan, ὑπόγλωσσον recentiorum. Cetaceus eſt,ad quatuor cubitos excreſcens: Cui os contortum ac dentatum: Caro dura & ſuauis.

Solen,vide Vngues.

Soles pro diebus quod Latini dixere,factũ Græcorũ imitatione. Euphorion apud Stobæum: Ἠελίους ἤ τις σε τετρηκοσίους ἐφόρησα.

Soles,imagines ſolis, παρήλια. Seneca Quæſt. natural. lib.1. cap.11 Aliud quoque virgarum genus apparet, cùm radij per anguſta foramina nubium tenues, intenti diſtantéſque inter ſe diriguntur, & ipſi ſigna imbrium ſunt. Quid eas vocem imagines Solis? Hiſtorici ſoles vocant, & binos ternóſque apparuiſſe memoriæ tradunt. Græci παρήλια appellant,&c.

Solis portæ. Macrobius Comment. libro 1. capite 12. Quà duo tropica ſigna Capricornus & Cancer feruntur. Has ſolis portas phyſici vocauerunt, quia in vtraque obuiante ſolſtitio, vlterius ſolis inhibetur acceſsio. Ibidem de hiis multa.

Soler-

Solertiſſimus, Superlat. Seneca Epiſtol. 118. Tranſcurramus ſolertiſſimas nugas.

Soliaris, vt cælla ſoliaris ad ſolia balneatoria aſſeruāda. Spartianus in Caracalla. Reliquit thermas nominis ſui eximias, quarum cællam ſoliarem architecti negant poſſe vlla imitatione, qua facta eſt fieri.

Solidare, de rationibus dictum, i. quadrare. Aſconius Pædianus in 3. Verr. (vbi Cicero: quomodo ſexcenta eodem modo quadrarint) ſolida facta ſint, vt neque plus quicquam, neque minus inueniat in ſumma. vbi enim ratio ſine fraude eſt, difficile eſt quadringēta quadrare & ſolidare, vel ſolida fieri, quin aut minus aut plus aliquid reperiatur.

Solidum facere, vt ſolidum ſoluere, de integra ſumma. Vlpianus D. lib. 17. Tit. Pro ſocio. l. 63. Quia facere ſolidum non poteſt, an is qui minus conſecutus eſt cum eo agere poſſit, qui ſolidum accepit ad communicandas partes & inter eos exæquandas.

Solicitator, inſtigator. Vlpianus D. lib. 47. Tit. 2. l. 36. Poſſe furti actione ſolicitatorem conueniri rerum nomine.

Solicitius, Aduerb. compar. magis ſolicitè. In Epitom. Sexti Aurel. Victoris in Theodoſio: Annonæ curam ſolicitius attendere. Plinius Epiſtol. lib. 1. Quòd ſolicitius & intentius tui me, quàm mei excipiunt. Apuleius in Apologia: Nanque peccatum ſemel vt bonus quiſque poſtea ſolicitius cauet, ita qui ingenio malo eſt, confidentius integrat. Plinius libro 1 Epiſtol. Nam ſolicitius cuſtodiendus eſt honor, in quo etiam beneficium amici tuendum eſt.

Solicitiſſimè, Aduerb. Seneca Epiſt. 94. Minimum eſt de quo ſolicitiſſimè agitur. Suetonius in Claudio, Vrbis, annonæque curam ſolicitiſſimè ſemper egit.

Solutiſſima lingua, pro dicaci ac petulanti. Seneca ad Serenū cap. 11. Vt quiſque contemptiſſimus, & vt maximè ludibrio eſt, ita ſolutiſſimæ linguæ eſt.

Somno datus, pro ſopitus ac dormiens: Plinius lib. 8. cap. 25. Ibid. Somno preſſus.

Somniculoſus, etiam qui ſomnum inducit, Somnifer, ὑπνοποιὸς, καταφορικὸς, Cinna in poematis: Somniculoſam, vt Pœnus aſpidem Pſyllus: apud Gellium lib. 9. cap. 12.

Sonchos vel *ſonchū* Plinio, Cicerbita Columel. σόγχος Dioſcor. Lactuca leporina Apuleio: Gallicè à copia lactis, laicteron,

& (quia leporum pabulum) palais de lieure: Ital. Cicerbita, vel Seſerbite, Criſpine, zangõ, & latiſuole Pataui j. Tria eius genera, arboreſcens (ob altitudinem) ſpinoſum, & tenerum.

Sonorè, ἠχητικῶς. Gellius libro 4. cap. vlt. Clarè nimis, ac ſonorè oſcitauit.

Sonantior. Plin. Epiſt. l. 6. Tacito: Nam meatus animæ, qui illi propter amplitudinem corporis grauior, & ſonantior erat.

Sorbus, ὄη, Gallis Cormier: Italis Sorbo, cuius fructus Sorba, ὄα vel οὔα: Gallicè cormes: Ital. ſorbole: de quibus in noſtro Lexico in voce Οʼη.

Sordidari ῥυπαίνεσθαι. Iulius Firmicus Matheſeos l. 4. Qui aſſiduè lugubri triſtitia ſordidentur.

Sordidiſſimè, aduerb. Lampridius in Heliogab. ſordidiſſimè per cloacas ductus eſt.

Soſpitas, atis, σωτηρία. Macrob. Saturn. lib. 1. c. 7. Idque aliquãdiu obſeruatum, vt pro familiarum ſoſpitate pueri mactarētur Maniæ deæ matri larium.

Soſpitare cum ablat. Catullus in ſeculari carmine, Antiquã, vt ſolita es, bona Soſpites ope gētem. Alibi, Salue, tèque bona Iuppiter auctet ope.

Soſpitator, ris, σωτήρ. Apuleius in Apologia: Quiſnã ſit ille βασιλεὺς totius rerũ naturæ cauſa, & ratio & origo initialis, ſummus animi genitor, ſine cura ſoſpitator, aſſiduus mundi ſui opifex.

Sparſio. Seneca Quæſt. natur. lib. 2. c. 9. Aqua autem ſine ſpiritu, quomodo poſſet intendi? Nunquid dubitas quin ſparſio illa quæ ex fundamentis mediæ arenæ creſcens in ſummam altitudinem amphitheatri peruenit, cùm intentione aquæ fiat?

Sparus, σπάρος (ἀπὸ τ͂ σπαίρειν, vt σκάρος ἀ σκαίρειν) & Sparulus: in Gallia Narbonēſi, Sparallon: Italis Sparlo: Romæ carlinoto vel carlino. Hiſpanis ſpargoil. Piſcis marinus, litoralis, ſquamis, pinnis auratæ ſimilis, ſed corpore rotundiore, tenuiore, compreſſiore ac minore. Vix enim palmi magnitudinem excedit. Superciliorum locus ex viridi flaueſcit, vt pinnæ. In cauda vt ſargus ac melanurus maculam nigram habet, qua ab aurata ſecernitur. De eo Athenæus libro 7. Plinius in catalogo piſciũ lib. 32. c. vlt. Ouidius: Et ſuper aurata ſparulus ceruice refulgens. Martial. l. 5. Epigr. 106. Res tibi cum Rhombo eſt, at mihi cum ſparulo.

Spatioſiſſimus.Plin.Epiſtol.libro 2. Arriano: Dixi horis penè quinque. nam xx.clepſydris, quas ſpatioſiſſimas acceperam ſunt additæ 4.

Specialitas,inquit Cornel.Fronto,ficta eſt ab Antonio Grãmatico.Specietas qualitatis.

Speciarius,ἰδικὸς,peculiaris. Cæſar belli ciuil.l.3. Et ſpeciariis, militaribúſque donis ampliſſimè donauit.

Speciosiſſimè. Hirtius de bello Africo: Productas in aciem, quàm ſpecioſiſſimè potuit,inſtruxit.

Specularis lapis,vide Selenites.

Spectamenta. Cornel.Fronto l.de Nom.verborúmq; differt. Spectacula loca ſunt vnde ſpectamus: Spectamenta quæ ſpectantur.

Spectat,pro ſpectat ad.D. de pactis l.42. Inter debitorem & creditorem conuenerat,vt creditor onus tributi prædij pignerati non agnoſceret, ſed eius ſoluendi neceſſitas debitorem ſpectaret.

Sphæralis.Macrob.Comment.l.1.c.22.Sphæralis extremitas quæ ſi paululum à medio declinauerit, fit cuicunque vertici propior. Ibidem ſphæralis globoſitas.

Sphæralis,σφαιρικὸς,vt ſphæralis motus,apud Macrob.Saturnal.l.9.cap.7.

Sphyræna,Sudis,σφύραινα, κέστρα(à teli figura,quod σφύρα & κέστρα) In Gallia Narbonenſi Spet: Italis Spetto, Maſſiliæ Pes eſcomé: Nũc Græcis variè vocatur,Sphyrna, Zarganes,luzzo, quaſi lucius maris,id eſt Merlus Gallicè,quia lucio fluuiatili ſimilis. Piſcis eſt marinus lucio admodum ſimilis: cui corpus longum,roſtrum prominens & acutum,foris cætatum: dentes acutiſſimi, in os recurui vt murænæ: in palato dentium ordo duplex. linea ſubflaua, oblonga inſignis eſt. Color aſellorum, in ventre albus,in dorſo cinereus. Eſt & ſphyræna altera Oppiano,ſed abſque dẽtibus:cui cutis coloris argentei: quæ hautin appellatur à Monſpelienſibus. De Sphyræna præter Ariſtotelem Hiſtor.anim.libro 9.cap.2. Athenæum libro 7. Oppianum libro 3.Halieut. Plinius lib.32.cap.vltimo. Sunt prætereà à nullo autore nominati (immò à multis:) Sudis Latinè appellata (& à Varrone) à Græcis Sphyræna roſtro ſimilis nomine(non ἀπὸ τῆς σφύρας pro malleo, ſed σφύρας teli genere, vel ſtymulo) magnitudine inter ampliſſimos, rarus, ſed tamen non degener.

Spiculator. præter Tacit. Suetonius in Claudio: Spiculatores cum lanceis.

Spina Appendix, ὀξυάκανθα Dioſcoridis, ſiue ὀξυάκανθος Theophraſti, Gallis *blanch' eſpine*, ſiue *Aubeſpine*, i. Spina alba Ouidio (cùm inquit, Virgáq; Ianalis de ſpina ſumitur alba) & illa ſpina apud Plin. nuptiis celebrata. Idem Plin. l. 24. cap. 13. Spina eſt Appendix appellata, quoniam baccæ puniceo colore in ea appendices vocantur. Eius baccis delectantur vrſi: Ideo circa Tridentum vocatur Pane d'orſo.

Spina alba, Ouidii in Faſt. vbi, Virgáque Ianalis de ſpina ſumitur alba: ſiue ſpina nuptialis Plinio, & ipſi ſpina Appendix, ὀξυάκανθα Dioſcoridi, Gallis Aubeſpine: Italis Spin bianco, Bagaia, Amperlo, Pane d'orſo, & à Foroliuienſibus Barazzo bianco. Arbor eſt pyro ſylueſtri ſimilis, foliis apii ſiue meſpili aroniæ: cuius fructus rubri, copioſi, myrtilibus ſimiles ſed cum nucleo. Plinius lib. 16. cap. 18. Spina nuptiarum facibus auſpicatiſſima, &c. Idem lib. 24. cap. 13. ſpina eſt appendix appellata, quoniam baccæ puniceo colore in ea appendices vocantur. Dependent verò ex longiſſimis pediculis.

Spiſſitudo. Seneca Quæſt. natur. l. 8. cap. 30. Eſt autem nubes ſpiſſitudo aeris craſſi.

Spiræon, σπειραία Theophraſto (vt in ea voce oſtendimus in Lexico) Gallis blanche putain: Italis Lantana, frutex lentus & vitilis, ita vt in ſpiram torqueri poſſit, vnde eſt nomen ἀπὸ τῆς σπείρας, i. ſpira) fructum fert in ſummitate racematim, rubrum, & maturitate nigreſcentem. De eo Plinius libro 21. cap. 9. vbi corruptè ſpireon. Quidam viburnum eſſe volunt. Sed quid viburnum non ſatis conſtat. Gallorum viorne non eſt ſpiræon, ſed frutex quoque vitilis arbores ſcandens. In Calabria verò atque Apulia vauorna ſpecies eſt geniſtæ. Virgilius Eclog. 1. de Roma, Verùm hæc tantùm alias inter caput extulit vrbes, Quantum lenta ſolent inter viburna cupreſſi. Fit & viburni mentio apud Nemeſianum & Strabum. Debueram viburna roſæ pretioſa metallo Pactoli, & niueis Arabum circundere gemmis. Vbi viburna latius patêre, quidam contendunt.

Splendidiſſimè. Suetonius in Veſpaſiano: Vitellii hoſtis ſui filiam ſplendidiſſimè maritauit.

Spondylus, τράχηλος Athenæo l. 18. cap. 25. In buccinis, pinnis, oſtreiſque pars illa media, dura, neruoſa, ſiue callus, cui reliqua caro innititur, proportione vertebris reſpondens (vnde

τραχήλου nomen) quo carent pernæ. De his ſic etiam dicente, Plinio l.32.c.vlt. Intus pro ſpondylo grandis caro eſt. Vtitur & ea voce in tali ſignificantia l.32.c.6.

Spondylus ſiue *ſpondyle*, σφονδύλη vel σφονδύλη: vulgò Græcorum Nerophidia (i. aquæ ſerperis, qui diuerſus tamen) Maſſilienſibus Gagnola. Meminit Plinius in fine libri 32. Piſcis eſt de aculeatorum genere. Vide Aculeatus.

Spondyli, σπόνδυλοι Galeno, τράχηλοι Athenæo, oſtreorum genus, vulgo Græcorum Gaideropodi, ab aſini pedis figura. Duplici teſta tegitur, rotundata ad pedis aſini formam, firmáque colligatione & articulatione connexa. Vtriuſque enim teſtæ binæ ἀποφύσεις ſunt, ſiue tubercula, quæ binis acetabulis ſeſe mutuò recipiunt, ac nexu medio nigerrimóque, duro ac læui cohærent. Saxis adnaſcuntur, firmiſſiméque adhæreſcunt. De his Plinius libro 32.c.vlt. & præter Columellam ac Macrobium, Galenus l.3 De alimentis.

Spontaneus, vt ſpontaneæ mortis appetitus. Macrob. Comment.l.2.c.12.

Spuma, ἀφρός, eſt ex agitatione, vel calore, vel vtroque humoris & aëris confracti & commixti fermentatio: vt in epilepticis ob motũ, in aqua feruenti ob ebullitionem, in equis decurrentibus propter motionem & calorem. De quibus Galenus in Aphor.43.l.2. Hippocr.

Squallidum aurum. Accius in Pelopidibus: Eius ſerpentis ſquamæ ſquallido auro, & purpura prætextæ. Quicquid nimis inculcatum obſitúmque aliqua re erat, vt incuteret viſentibus facie noua horrorem, id ſquallere dicebatur: ſicut in corporibus incultis ſquamosíſque alta congeries ſordium, ſquallor appellatur. Cuius ſignificationis multo aſſiduóque vſu totũ id verbum ita contaminatum eſt, vt iam ſquallor de re alia nulla, quàm de ſolis inquinamentis dici cœperit. Vide Macrobium l.6.c.7. Virgil. ob id dixit Æn.10. Per tunicam ſquallentẽ auro. Et Georg.4. Alter erit maculis auro ſquallẽtibus ardens.

Squalus, vide Galeos.

Squatina, ſiue *Squatus* Plinio, ῥίνη, Gallis Angeloti, ſiue angeli marini nomine vocatur: à Burdegalenſibus Creac de buch: Italis Squaqua. Veneti ſque Squaia, vel Squadra. Piſcis eſt planus, cartilagineus, interdum tantùm accreſcens, vt centum & ſexaginta pondo pendeat: cuius cutis duriſſima & aſperrima (vnde ῥίναι τραχυδέρμους Epicharmo, & τρηχεῖαι

Matroni)qua lignum ebúrque perpolitur: Os in promptu vt ranæ piſcatrici, breuibus, in oſque recuruis & acutiſſimis dentibus armatum,quorum peculiaris natura.Eſt enim multiplex ſeries interuallis quidem quæque ab alia ſecreta & diſparata, ſed ita confertis dentibus ſtipata, vt ſinguli ordines, ob continuitatem ſinguli dentes conſerti videantur. Oculi ſupra caput. Branchiæ in lateribus, non in ſupina parte vt planorum reliqui omnes: Quæ & ſola ex cartilagineis anno bis parit: Et in metu fœtũ intra ſeipſam recipit Galeorum more ac torpedinis. Piſcatur appendiculis (quæ ῥαϐδία vocat Ariſtoteles,radiolos & virgulas Gaza)ſiue pinnis.Sic enim à pinnarum ſiue pennarum calamo detractis plumis, vocat Plinius libro nono cap.42. Simili modo,inquit, Squatina & rhombus abditi pinnas exertas mouent ſpecie vermiculorum: itémque quæ vocatur raia. De ea præter Ariſtot.Hiſt.l.9.c.37. Oppianus l.1.Halieut.Vide Rhina.

Squilla, καρὶς (quia capite quod κάρη, magno eſt:vel quia ἀκρὶς marina) & κουρὶς & κωρὶς apud Athenæum libro 3.Gallis Cheurette, & Northmanis Creuete. Differẽtiæ plures. Eſt enim καρὶς πλατεῖα, Squilla lata, Liguribus Orchetta, & Maſſacara Siculis ac Neapolitanis. Magnitudinis hæc locuſtarum, multo latior. Altera eſt cælata, tota rubra, quæ τέττιξ ἐνάλιος Æliani lib.13.capite 25.id eſt,Cicada marina, Cammarus ſiue Gammarus Columellæ ac Plinii. Tertia κράγγων ſiue κράγγη Ariſtoteli lib.4.cap.2. Hiſtor. Italis Gambaro di mar,Cammarugia.al.Parnochia: in Gallia Narbonenſi Caramote: Burdegalæ Squille:alibi Languoſtin. Cui cruſta tenuis, candida, interdum rubeſcens,longitudo palmi maioris. Quarta, Squilla gibba, καρὶς κυφὴ:Gallicè Cheurette,ſed Rhotomagenſibus Salecoque,Monſpelienſibus Caramot:Santonibus Santé. Eſt & Squilla parua, καρὶς μικρὰ (aliáque, quæ καρίδιον in pinnis) Monſpelii Ciuade: Italis Gambarello. Vltima ſquilla μάντις (à μάντις,magnæ locuſtæ ſpecie) dicitur: Cui duo brachia locuſtæ magnæ terreſtris.

Stacte,vide Myrrha.

Stadius pro ſtadium. Macrobius Comment.libro 1.cap.15. Hic horizon quem ſibi vniuſcuiuſque circunſcribit aſpectus, vltra trecentos & ſexaginta ſtadios longitudinem intra ſe cõtinere non poterit.

Stagnari deponens,idem quod ſtagnare. Iuſt.Hiſtor.l.36.de mari

mati mortuo,qui lacus Aſphaltites.Nā neque ventis mouetur reſiſtente turbinibus bitumine,quo aqua omnis ſtagnatut.

Staphylodendron,σταφυλόδενδρον:Gallis nez couppé(à fructus cum folliculo figura inſtar naſi exciſi) Italis Piſtacchio ſaluatico(à nucleis) & fructus lagrime di Ioppe (ſed nobis ita fructus lithoſpermi, larmes de Iob) cuius folia ſambuci, flores albi racematim.Plinius libro & cap.ſextodecimo : Eſt & trans alpes arbor ſimillima aceri albo materia, quæ vocatur ſtaphylodendron.Fert ſiliquas(immò folliculos)& in iis nucleos ſapore nucis auellanæ.

Status quæſtionem facere,vel inferre. Digeſtorum libro 40. Tit.12.lege 37.

Statiua tarditas,vt de ſtationalibus ſtellis dicitur,quæ ſtationes faciunt. Iulius Firm.Matheſeos l.1. Nunc retrogrado curſu,nunc ſtatiua tarditate ſubſiſtunt.

Statura quadrata eſſe quis dicitur,qui τετράγωνος. Suetonius in Veſpaſiano:Statura fuit quadrata,compactis,firmiſque membris.

Staturam alere.Cæſar Comment.l.6. Hoc ali ſtaturā, ali hoc vires,netuoſque confirmari putant.

Statuliber,qui ſtatutā & deſtinatam in tempus,vel conditionem libertatem habet: Paulus D.l.40.Tit.7.l.1.

Stella marina,ἀστὴρ (Oppianus ſtellas cognominat ἱππυσῆεας ἐναλλίους)vulgo Græcorum σκαῦρος. Hòc inſectum & Zoophitum potius quàm piſcis,cui radii quinque corii ſiue calli duritie,in quorum medio oſculum. Earum variæ differentiæ. Aliæ latis radiis,aliæ anguſtis,aliæ cirris polyporū ſimilibus, & præter radios corpore circulati: Aliæ ramoſæ atque circinatæ rotunditatis,quod genus ſtellam arboreſcētem vocant. De ſtellis Ariſtoteles Hiſtor.lib.5.cap.15. & Plinius lib.9.capite 60. & lib.9.cap.47.

Stellaris,adiect.Macrob.Comment.l.1.c.14.Heraclitus Phyſicus dixit animam ſcintillam ſtellaris eſſentiæ.

Stellionatus. Quod in priuatis iudiciis de dolo actio,hoc in criminibus ſtellionatus perſecutio. Vbicunque igitur titulus criminis deficit,illic ſtellionatus obiiciemus. Maximè autem in his locum habet, ſi quis fortè rem alii obligatam, diſſimulata obligatione per calliditatem alii diſtraxerit, vel permutauerit,vel in ſolutum dederit. Lege Vlpianum Digeſtorum lib. 47.Tit.20.

Sterculinum, ſterquilinium. D.l.19.Tit.1.lege 17. Vlpianus: fundo vendito vel legato, ſterculinum & ſtramenta emptoris & legatarii ſunt.

Stillicidia vti nunc ſunt, vt ita ſint, hoc ſignificat, impoſitam vicinis neceſſitatem ſtillicidiorum excipiendorum: non illud, vt etiam emptor ſtillicidia ſuſcipiat ædificiorum vicinorum. Hoc igitur pollicetur venditor,ſibi quidem ſtillicidiorum ſeruitutem deberi:ſe autem nulli debere. Vlpianus D.l.8.Tit.2. l.17.Similis loquendi modus ibid.33. Paries oneri ferundo, vti nunc eſt,ita ſit.

Stimulatio,præter Plinium Cornelius Tacit.l.17.In familiis priuata cuique ſtimulatio.

Stipatio,σύψις πύκνωσις. Apuleius Florid.l.3.Farto toto theatro,ingens ſtipatio,occipiunt inter ſe queri.

Stipitem adigere per medium hominem,vulgò Empaler. Tormenti genus Turcis familiare. Seneca 2.libro Epiſtolarum in 14. Cogita hoc loco carcerem, & cruces, & equuleos, & vncum, & adactum per medium hominem, qui per os emergat ſtipitem,&c.

Stipulari, paſſiuè:& ad promiſſorem relatum. Vlpianus Digeſtorum libro 12. Titulo 6.lege viceſima ſexta. Si decem aut ſtichum ſtipulatus ſoluam quinque, quæritur an poſſim condicere.

Stipula illecta,vide Illectus.

Stirps,ſurculus,σκόλοψ.Gell.l.5.c.14. Ego ſtirpem ingentem veſtigio pedis eius hærentem reuulſi.

Stœbe,στοιβὴ, & φλεὼς Theophraſto. Herba de qua copioſè tractauimus in Lexico in voce στοιβὴ, vbi & emendatus error Plinii.

Stomachabundus. Gell.l.17.c.8. Aſpicit puer guttum atrocibus oculis ſtomachabundus.

Strangulator.Spartianus in Seuero:Narciſſum deinde Commodi ſtrangulatorem leonibus obiecit.

Strator,ἀναβολεὺς, qui dominum in equum ſuſtollit. Spartianus in Caracalla: Cùm illum in equum ſtrator eius leuaret.

Stricta epiſtola ac libera. Seneca De benefic.libro 4. capite 37.Non vt ruſticus tacitus iniuriam tulit, ſed Philippo ſtrictam ac liberam epiſtolam ſcripſit.

Strictiſsimè, arctiſſimè. Gellius lib. 16. cap. 3. Faſciis ventrem ſtrictiſſimè circunligare.

Strix, vide Caprimulgus.

Strombus, ſiue turbo inter conchas, στρόμβος (& στρομβώδη quæ turbinata) Eſt ex oſtracodermôn ſiue teſtaceorum genere: Cuius concha tortilis in ſpiram, & clauiculatim conuoluta in conum deſinit. Varia eius genera, longa, breuia, magna, parua, tuberoſa, anguloſa, muricata, aurita, digitata, & trochi figura. De Strombis Ariſtoteles de partib. Animal. lib. 4. cap. 7. Ælianus lib. 14. cap. 22. Plinius lib. 32. cap. 10. & 11.

Structura togæ. Macrobius Satur. lib. 3. cap. 13. de Hortenſio: Is quondam cum incederet elaboratus ad ſpeciem, collegæ de iniuriis diem dixit, quòd ſibi in anguſtiis obuius, offenſu fortuito ſtructuram togæ deſtruxerat.

Strumaticus pro ſtrumoſo, apud Iul. Firmicum Matheſeos libro 8.

Struthio apud Lampridium & Iul. Capitolinum, Struthiocamelus, vel vt malunt alij, ſtruthocamelus Plinio, paſſer marinus Plauto, & Pœna auis, στρουθὸς Philoſtrato, στρουθοκάμηλος Heſychio, στρουθοιο κάμηλος Oppiano, στρουθὸς μεγάλη Ariſtophani, dicitur & στρουθὸς ὁ ἐν λιβύῃ apud Ariſt. ab aliiſq; στρουθὸς λιβυκὴ, ſiue ἄγριος, ſiue λίβυσσα, ſiue ὁ ἀραβιος, & στρουθὸς κατάγαιος ab Herodoto, στρουθὸς ὁ καταφερὴς aliis: nunc vulgo Græcorum στρειφοκάμηλος: Gallicè Auſtruche: Italicè ſtruzzo vel ſturzo: Hiſpanicè Aueſtruz. Auis eſt omnium maxima, quæ alitum ſola, vt homo vtrinque palpebras habet: ad aſini & equi altitudinem peruenit, tantæque caliditatis eſt, vt lapillos ferrumque voracitate abſorptum conſumat. Celebris eius in pullos amoris ardor, vt & Pelicani. Lege præter Ariſtotelem Plinium lib. 10. cap. 1. Sextus Pompeius lib. 14. Paſſer marinus, quem vocat vulgus ſtruthiocamelum. Perſa apud Plautum curriculo volare iuſſus, reſpondet: Iſtuc marinus paſſer per circũ ſolet. Apud Plin. ſeuum ſtruthiocamelinum.

Studiorum ocioſus, (vt ſerus ſtudiorum Horatio, i. ὀψιμαθὴς) ἀπαίδευτος καὶ σχολάζων. Plinius in Præfat. Humili vulgo ſcripta ſunt, agricolarum, opificum turbæ, denique ſtudiorum ocioſis.

Studioſus luſor, pro ſtudioſus luſus vel ludendi. In Epitome Sexti Aur. Victoris de Auguſto: Porrò autem dominãdi ſupra quàm æſtimari poteſt cupidiſſimus: ſtudioſus aleæ luſor.

Stupæ pro ſtupeis funiculi. Gellius lib. 10. cap. 3. Ex oratione

Gracchi: Vbi id audiuit, lecticam iuſſit deponi: ſtupis, quibus lectica deligata erat, vſque adeò verberari iuſsit, dum animum efflauit.

Stuprum pati de viro. Vlpianus D.lib.11. Tit.3.l.2. Vel luxurioſum, vel contumacem fecit: quive vt ſtuprum pateretur perſuadet.

Stupri conſuetudinem facere, facere ſtuprum Ciceroni. Suetonius in Caligula: Cum omnibus ſororibus ſuis ſtupri conſuetudinem fecit.

Sturnus, ψὰρ, vel ψαρὸς, Gallicè Eſtourneau: Italicè ſtorno, vel ſtornello: Luſitanicè Stournino. Auis eſt magnitudine merulæ, varij coloris, nigro & albo diſtincta. Humanum Sermonē imitatur, & canora eſt: eius caro ſubamara. Sturni gregatim volant ſuntque συναγελαστικοὶ ac φιλάλληλοι. Cicuta homini venenum, illis cibus eſt, vt elleborus coturnicibus, & ſemen thymeleæ perdicibus. Præter Ariſtotelem hiſtor.lib.8. lege Plin. lib.28.cap.8. Author Philomelæ: Dum turdus trutilat, ſturnus tunc piſitat ore, Sed quod mane canunt, veſpere non recolūt. Eſt etiam Sturnus Indicus elegantiſſimi coloris.

Styli cæci, lignei ſtipites cuſpidati, & depacti vt cerui, ad arcendos hoſtes à munitionibus. Hirtius de bello Africo: Tum egregiæ munitiones caſtrorum, & valli, foſſarumque altitudo: & extra vallum ſtyli cæci mirabilem in modum conſiti, vel ſine defenſoribus aditum aduerſariis prohibebant.

Styli naſus. Plinius in operis Præfat. Lucilius, qui primus cōdidit ſtyli naſum, i. ſatyram. Sed potius ſtylum naſi, i. irriſionis ſatyricæ.

Styrax, στύραξ. Arbor eius ſimilis malis cotoneis, flos albus: fructus rotunditatis æmulus, in cuius caliculo nuclei interdum quaterni. Collegi in hortulo Franciſcanorū Venetiis. Reliqua vide in noſtro Lexico in voce στύραξ.

Suadere cum Accuſatiuo perſonæ. Virgilius in Æneid. Iuturnam miſero, fateor, ſuccurrere fratri Suaſi: cum ſolitum ſit dici, Iuturnæ ſuaſi: Macrobius Saturnal. libro ſexto capite 6.

Suauis res per ἐπαγωγὴν ponitur. Horat. in 2. Serm. Sat.8. Vidimus & merulas poni, & ſine clune palumbos, Suauis res, ſi nō cauſas narraret earum. Sic magna res, apud Cicer. ad Attic. Et res moleſta in 6. Epiſt. ad Torquat. Et apud Catullum, Pulcræ res, vt καλὸν χρῆμα Atticis, vel ἀστεῖόν τι χρῆμα.

Suauium dare, pro ſuauiari. Siſenna 13. Mileſiatū: ſimul, hæc dicens, Suauium dedit. Quod Catullus: Et dulcis pueri ebrios ocellos Illo purpureo ore ſuauiata, Sic inquit.

Sub alternatione. Vlpianus D.lib.47. Tit.10. l.7. dicat nomen iniuriæ, neque ſub alternatione, puta illud, aut illud: ſed illam iniuriam ſe paſſum.

Sub freno tenere, refrenare, χαλιναγωγεῖν. Seneca Epiſtola 23. lib.3. voluptates tenere ſub freno.

Sub veteribus, locus erat in foro, quemadmodum & ſub nouis. Plautus: Sub veteribus ibi ſunt qui dant, quique accipiunt fœnore. Suetonius in Auguſto: Bifariam laudatus eſt, pro æde D. Iulij à Tiberio, & pro roſtris ſub veteribus. Sub nouis. Varro: ſub nouis dicta pars in foro: ædificiorum, quod vocabulum eius peruetuſtum, vt nouæ viæ, quæ via iamdudum vetus eſt. Vtriuſque autem loci meminit Plinius lib.35. atque alij.

Subactor, Pædico: cuius fœm. apud Plautum Subigatrix, i. τρίβας, frictrix. Lampridius in Commodo: Romam vt rediit ſubactore ſuo Antero poſt ſe in curru locato, ita triumphauit, vt eum ſæpius ceruice reflexa publicè oſcularetur.

Subarmalia, veſtimenta, vt ſaga, quibus arma ſuperinduuntur. Spartianus in Seuero. Prætoriana cum ſubarmalibus inermes ſibi iuſſit occurrere,

Subcoacta, πιλήματα, coactilia Vlpiano, i. lanæ coactæ quæ per ſe veſtem faciunt, vt inquit Plinius. Vide πίλημα in noſtro Lexico. Cæſar belli ciuilis lib.3. Omnes ferè milites, aut ex ſubcoactis, aut ex centonibus, aut ex coriis tunicas, aut tegmenta fecerant, quibus tela vitarent.

Subcommune genus, i. promiſcum, ἐπίκοινον, vt aquila, Diomedes Grammatices lib.1.

Subcraſſulus, Iul. Capitolinus in Gordiano: Corporis qualitate Subcraſſulus.

Subdebilis, ὑπασθενής, Suetonius in Vitellio. Femur ſubdebile.

Subdiſiunctiuus, ὑποζευκτικός, vt ſubdiſiunctiua oratio. Subdiſiunctiuæ autem genera ſunt duo: vnum cùm ex propoſitis finibus ita non poteſt vtrūque eſſe, vt poſſit neutrū eſſe: veluti cùm dicimus, Aut ſedet, aut ambulat. nā vt nemo poteſt vtrūque ſimul facere, ita aliquis poteſt neutrū, veluti is qui accubit. Alterius generis eſt, cùm ex propoſitis finib⁹ ita nō poteſt neuter eſſe, vt poſsit vterque eſſe: velut cùm dicimus: Omne ani-

mal aut facit,aut patitur: at poteſt ſimul & facere,& pati. Proculus D.de verborum ſignificat.

Subdiſtinctio,eſt ſilentij nota legitimi, qua pronunciationis terminus ſenſu manente, ita ſuſpenditur,vt ſtatim id quod ſequitur, ſuccedere debeat. Huius autem nota eſt punctum ſub verſu poſitum. Idem Diomedes ibid.

Subdiſtinctio, ὑποστιγμή, vna ex poſituris ſiue diſtinctionibus (quas Græci θέσεις) quæ lectionis interruptum tenorem aliud adhuc illatura ſuſpendit: Ex Diomede Grammat.lib.2.

Suber, φελλὸς & ὕψος Theophraſto (Vide in noſtro Lexico φελλὸς) Gallis Liege: Iralis Souero.

Suber,vide Glandi fera.

Sub ictum dari,ictibus exponi,ἐντὸς βελῶν γενέσθαι. Cornel. Tacitus lib.13. Quæ ſi amnem Araxem, qui mœnia alluit, ponte tranſgrederentur ſub ictum dabanrur.

Subiectiſſimè. Cæſar belli Ciuilis lib.1. Hæc quàm poteſt demiſſiſſimè,atque ſubiectiſſimè exponit.

Subiici in ſeruos dicebantur,qui præconi ſubiecti vendebantur. Suetonius in Tito: Delatores mandatoreſque aſſiduè in foro flagellis, ac fuſtibus cæſos, ac nouiſsimè traductos per Amphitheatri arenam partim ſubiici in ſeruos, ac venire imperauit.

Subitaria dictio, in eo dicitur qui ex tempore dicit, & ad extemporalitatem deſcendit. Gellius lib.9. cap.15. Et oſtendens iam in eo,quod ille apud Iuliam aureis in præcipiti ſtare, & ſubitaria dictione periculum ſui facere audebat.

Subitarij gradus, αὐτοσχεδιασταί. Cornel. Tacitus lib.14. Quod manſuram Theatri ſedem poſuiſſet. Nam antea ſubitatiis gradibus, & ſcena in tempus ſtructa, ludos edi ſolitos.

Subiugator,ris, ὑποτάκτης. Apuleius lib.de Philoſophia ſuffragator bonorum,& malorum ſubiugator.

Sublatiſſimus, ὑπέρτατος, altiſsimus. Gellius lib.16.cap.19.voce ſublatiſſima cantauit.

Sublimare, ὑψοῦν. præter Ennium, Apuleius Floridorum lib.1. Aquila enimuerò cùm ſe nubium tenus altiſsimè ſublimauit.

Sublimare verbo quidem Ennij apud Nonium, etiam vſus eſt, Macrobius Saturnal.lib.1.cap.vlt. Apud poëtam noſtrum, inquit,tantam ſcientiam iuris augutalis inueno: vt ſi aliarum diſciplinarum doctrina deſtitueretur, hæc illum vel ſola profeſſio ſublimaret.

Subli-

Sublimatus,elatus. In Epitome Sexti Aurelij Victoris in vita Claud. Tiberij.Pallaſque prætoriis ornamentis ſublimatus.

Sublimitates. Plinius lib.2.cap.16. Quæ ratio lunæ maximè ſublimitatibus approbatur.

Subluit flumen. Cæſar lib.7.Cuius collis radices,duo duabus ex partibus flumina ſubluebant.

Submerſio,ὑπόβρεξις. Iulius Firmicus Matheſeos libro 1.Illum quem vides natantem ex crebra trepidatione ſubmerſionis deficere.

Subminiſtratus,us,ui,ὑποχορηγία. Macrobius Satur.lib.7.c.12. Cib⁹ autē exiguo ſubminiſtratu paulatim penuriam cōſolatur.

Submouere ingenij faſcibus. Tranſlatio ex apparitura,atque à lictoribus magiſtratu tranſeunte ſummouentibus turbam. Plinius in Præfat.Perfricui faciem,nec tamen profeci: quādo alia via occurris ingens,&lōgius etiam ſubmoues ingenij faſcibus.

Subneruare,eneruare. Apuleius in Apologia: A principio intellectas calumnias, ne corroborarentur tempore præcipitaſti, & nulla impartita mora ſubneruaſti.

Subornator. Lampridius in Commodo, Seruorum ſubornatores de Senatu.

Subreſici. Velleius Paterculus Hiſtor.2. Subrefectus primo conſpectu alloquioque chariſſimi ſibi ſpiritus.

Subreptitare,ὑφερπύζειν. Cato in Orat. de re Floria: Ibi pro ſcorto fuit, in cubiculum ſubreptitauit è conuiuio. Ex Gellio lib.10.cap.13.

Subris non Subis,i.ὑβελὶς ſiue πτὺγξ. Vide Cymindis.

Subrumpere. Hirtius de bello Africo: Erat conuallis ſatis magna latitudine, altitudine prærupta, crebris locis ſpeluncæ in modum ſubruptis.

Subrutus. Hirtius de bello Africo: Itaque ſubito imbre,grandineque conſecuta grauati pondere, tenebris,aquáque omnes ſubruti.malim ſubobruti.

Subſerica veſtis, cui opponitur holoſerica. Lampridius in Heliogab. Primus Rom. holoſerica veſte vſus fertur, cùm iam ſubſerica in vſu eſſent.

Subſiciuus ager, qui ſecundū proprias determinationes aſcriptus in finibus ſuis tabulario Cæſaris infertur:&q̄ beneficio cō ceſſus,aut aſſignatus coloniæ fuerit, ſiue is proximus, ſiue lōgi⁹ poſitus,quem Colonia in tabulario Cæſaris manu conditoris ſubſcriptū habere debet.Itē ager ſimilis ſubſiciuus eſt,qui non

aſſignatus Reip. populoque aut coloniæ, cuius fine circunda tur, remanet in eius poteſtate, qui aſſignare potuerit, hoc eſt principis. Vnde inter 13. controuerſiarum genera illa vel præcipua eſt, quæ de ſubſiciuis agris oritur. Ex Boëtio.

Subſignatio, ὑπογραφή. Paulus D. lib. vlt. Tit. de verborum ſignific. Veteres Subſignationis verbo pro ſubſcriptione vti ſolebant.

Subſtantialis, vt accidens ſubſtãtiale, apud Fab. Victorinum in 1. Rhetor. Ciceronis.

Subſtantia venditionis, i. id ſine quo non poteſt venditio cõſiſtere. D. lib. 18. Tit. 1. l. 72. Quoniam emptionis ſubſtãtia conſtitit ex pretio.

Subuulſus, ὑποτιλμένος. Scipio apud Gellium lib. 7. cap. 12. Qui barba vulſa, feminibuſque ſubuulſis ambulet.

Succedaneus. Vlpianus etiam D. lib. 27. Tit. 8. l. 4. Hæres ipſius dolo proximæ culpæ ſuccedaneus eſt.

Succenturiare tranſlatè pro ſubſtituere. Gellius lib. 15. cap. 8. Præfecti popinæ atque luxuriæ negant cœnam lautam eſſe, niſi cùm libentiſſimè edis, tum aufetatur, & alia eſca melior atque amplior ſuccenturietur.

Succeſſiuè, Aduerb. Spartianus in Caracalla: Eumque cum Seuero profeſſum ſub Scæuola, & Seuero in aduocatione fiſci ſucceſſiuè.

Succeſſorius, Adiect. διαδοχικός. Vlpianus D. lib. 38. Tit. 9. l. 1. Succeſſorium edictum idcirco propoſitum eſt, ne bona hæreditaria vacua ſine domino diutius iacerent, & creditoribus longior mora fieret. Paulus D. libro 22. Tit. 6. l. 1. Ignoret autem ſibi ex ſucceſſorio capite competere bonorum poſſeſſionem.

Succuſſor, vt equus ſuccuſſor vel ſuccuſſator. Lucilius apud Gellium libro 1. capite 16. Campanus ſonipes, ſuccuſſor nullus ſequetur.

Sudariolum. Apuleius in Apologia: A is enim me habuiſſe quædam ſudariola inuoluta apud Lares Pontiani. Quæ poſtea linteola vocat.

Sudis piſcis, vide Sphyræna.

Sufficienter, ἱκανῶς. In Epit. Sexti Aurel. Victoris in Seuero: Latinis literis ſufficienter inſtructus.

Suffertim, Aduerbium pro pleniùs ac denſiùs. Suetonius in Nerone: Si paulum ſubbibiſſet aliquid ſe ſuffertim tinniturum

turum.Ita legendum contendit Egnatius.

*Sufficienter,ἀρκούντως.*præter Vlpianum,vtitur & Probus in Catholicis:ſufficienter tractauimus de verbis.

Suffoßio oculorum. Iul. Firmicus Matheſeos lib.7. oculos vitio ſuffoſſionis excæcat.

Suffragines etiã in equis ſuffraginũ vitia (vndè ſuffraginoſa mula Columellæ) ac collectiones induratæ: reſte Apſyrto in veterinaria, Græcis *χοιράματα*, vel *σειρὰι:* & Surotz Gallicè è Græco vt in Lexico oſtendimus: indéque verbum *σειριᾶν* ſuffraginoſum eſſe.

Summa imis miſcere, i. omnia conturbare, vt miſcere ſacra profanis:Maria omnia cælo Miſcuit,inquit.Maro.Velleius Paterculus lib.2. Promulgatis Agrariis legibus, omnibus ſtatum concupiſcentibus, ſumma imis miſcuit, & in præruptum ancepſque periculum adduxit remp.

Suminatus, a, um. Lampridius in Alexand. Seuero: Iuſſit ne quis ſuminatam occideret, ne quis lactantem. ſubandi ſuem.

Summiſſim. Gellius lib.17.cap.8. Cùm omnes ſenſim atque ſummiſſim rideremus.

Summittere fœtus, eſt ſupplere ac ſubſtituere:quæ tranſlatio ſumpta ex cultura vitium. D.lib.7.Tit.1.l.68. Planè ſi gregis vel armenti ſit vſusfructus legatus, debebit ex agnatis gregem ſupplere, id eſt in locum capitum defunctorum, vel inutilium, alia ſummittere, vt poſt ſubſtituta fiant propria fructuarij.

Summus etiam profundo altóque opponitur. Seneca lib. 1. de ira: Si intelligit non ex alto venire nequitiam, ſed ſummo (quod aiunt) animo inhærere.

Suppellecticarius, vt ſuppellecticarius ſeruus, cui ſupellectilis cura,apud Vlpianum D.lib.33.Tit.7.l.12.

Super pro inſuper,præterea.Suetonius in Veſpaſiano: Annũ gerens ætatis ſexageſimum, ac nonum ſuperquemenſem,ac diem ſeptimum.

Superducere pro iterum vxorem ducere.Seneca lib.1. declamat.Duobus filiis quidam ſuperduxit nouercam.

Supereſſe pro adeſſe ac defendere, tametſi ita poſuerit Suetonius, perperàm dici contendit Gellius lib.1. cap.22. Irroborauit,inueterauítque falſa atque aliena verbi ſignificatio,quod

dicitur, Hic illi ſupereſt, cùm dicendum eſt, Aduocatum eſſe quem cuipiam: cauſámque eius defendere. Atque id dicitur non in compitis tantùm,neque in plebe vulgaria:Sed in foro, & comitio apud tribunalia.Et idem infrà:Qui dicit ergò ſe ſupereſſe ei, quem defendit, nihil iſtorũ vult dicere. Sed neſcio quid aliud indictum inſcitúmque dicit.

Superficiens aqua, exuberans, ſuperabundans. Vlpianus D. lib.39. Tit.3.l. 1. Aquam pluuiam in ſuo retinere, vel ſuperficientem (vt ſuperfieri apud Columell.) ex vicini in ſuum deriuare.Sic libri emendatiores:alij ſuperfluentem.

Superfluens, βαθύπλουτος, diuitiis circunfluens ac redundans. Catullus in Epigram.in Cæſarem: Et ille nunc ſuperbus, & ſuperfluens,Perambulabit omnium cubilia.

Superinductio, quæ ſuperſcribendo lituris atque inductionibus adiicitur ſcriptura.Vlpianus D.lib.28.Tit.4.l.1.Et ideo & ſi nouiſſimè,vt ſolet teſtamento fuerit adſcriptum, lituras, inductiones,ſuperinductiones ipſe feci.

Superlatio,id eſt enunciatio cum ſuperlatione ad omnes, vt fortiſſimus:Diomedes Grammat. lib.1.

Supernumerum. Sic coniunctim apud Suetonium in Claudio:Inſtituit & imaginariæ militiæ gen⁹, quod vocatur Supernumerum:quo abſentes,& titulo tenus fungerentur.

Superſcriptus,Suetonius in Nerone:Ita multa & deleta,& inducta,& ſuperſcripta inerant.

Superſeſſus,prætermiſſus.Apuleius Floridor.lib.4.Sed iſtis omnibus ſuperſeſſis nihil amplius ſpectari debet, quàm conuenientium ratio & dicentis oratio.

Superſtruere,Seneca controuerſiarum lib.1. Hoc fundamẽtum tot & tantis ſuperſtructis molibus obruebatur.

Supina ignorantia,Vlpianus D.lib.22.Tit.vlt.l.6. Nec ſupina ignorantia ferenda eſt factum ignorantis, nec ſcrupuloſa inquiſitio exigenda.

Supplicitus, pro Suppliciter, apud Iuſtinum Hiſtoricum libro 14

Supplodere calumniam,i.Supprimere Macrobius lib. 1. Comment. in Somn. Scip. cap. 2. Illam calumniam perſequemur, quæ niſi ſupplodetur, manebit Ciceroni cum Platone communis.infrà ait,calumniam refellere.

Supponere,ὑποθεῖναι,i.pignori opponere. D.lib.27. titulo nono, De rebus eorum qui ſub tutela vel cura ſunt ſine decreto non

non alienandis vel ſupponendis. Vide Budæum ad l. penult. de pignoribus.

Suppreſſor, is, ὑποκρύπτης, plagiarius. Calliſtratus. D. l. 48. Tit. 15. l. 6. Apud quem vnus aut alter fuerit fugitiuus inuentus, qui operas ſuas locauerint vt paſcerentur, & vtique ſi idem antea apud alios opus fecerint, hunc ſuppreſſorem non iure quis dixerit.

Supra quàm cum ſuperlat. In Epitome Sexti Aurel. Victoris de Auguſto: Porrò autem dominandi ſupra quàm æſtimari poteſt cupidiſſimus.

Suſceptor. Iuſtinus Hiſtoricus l. 8. Magna pecunia locare & muros per ciuitates, & phana, & templa faciẽda, & vt per præcones ſuſceptores ſolicirarentur. vbi ſuſceptor, manceps, ἐργολάβος.

Suſceptor, ὑποδοχεύς, vt ſuſceptor aleatorum. D. libro 11. Titulo 5. l. 1. Suſceptorem enim duntaxat prohibuit vindicari, nõ & colluſores.

Suſpectò, ὑπόπτως. Paulus D. l. 34. Tit. vltimo, lege 21. Portionéſque eorum fiſco vindicantur, qui mortem libertorum ſuſpectò decedentium non defenderunt.

Suſpectum facere. Vlpian. D. l. 26. Tit. 7. l. 7. Si tutor pro cõtutore condemnetur, an etiã in vſuras condemnandus ſit quæritur ſi ſuſpectum facere ſuperſedit.

Suſpectiſſimus. Vlpian. D. l. 48. Tit. 18. l. 1. ait in quæſtionibus ſeruorum à ſuſpectiſſimo incipiendũ. Pro quo ſuſpicioſiſſimus dicitur à Cicerone.

Suſpicioſus, qui ſuſpicatur: & qui ſuſpectus eſt, ὕποπτος: ſic & in vtranque partem dicitur formidoloſus, inuidioſus, ambitioſus, gratioſus, laborioſus. Apud Marcum Catonem, de re Floria, ita ſcriptum (teſte Gellio lib. 9. c. 12.) Sed niſi qui palàm corpore pecuniã quæreret: aut ſe lenoni locauiſſet, & ſi aut famoſus, aut ſuſpicioſus fuiſſet, vim in corpus liberum non æquum cenſuere afferri. Vbi ſuſpectum, non ſuſpicantem ſignificat.

Suſpirioſus equus, anhelus Ouidio, qui ducit ilia Horatio: ἀσθματικός: Gall. Pouſſif. Ital. Bolzo, ſmatico.

Súſque déque eſſe, ἀδιαφορεῖν, parum intereſſe: parui momẽti eſſe pauíque pendendum ac negligendum. Marcus Varro in Siſenna, vel de hiſtoria: Quod ſi non horum omnium ſimilia eſſent principia, ſúſque déque eſſet. Lucilius in 111. Verùm hic ludus, ibi ſúſque omnia déque fuerunt. Súſque & déque fuere

inquam,omnia ludus,iocúſque: Illud opus durum, vt ſetiuum, acceſſimus finem. Vide Aulum Gellium lib. ſextodecimo capite nono.

Suſtentatio,, nutritio, præſtatio earum rerum quæ ad ſuſtẽtãdam vitam neceſſaria. Vlpianus D.l.24.Tit.3.l.22. Quatenus neceſſitas imponatur marito omnem talem mulieris ſuſtentationem ſufferre.

Suſtentatio, ſuſtinendi actus, ἀνοχὴ, ὑπόστασις. Iulius Firm. Matheſeos l.3. Spiritus, qui ad ſuſtentationem mortalis corporis ex cæleſti mente deſcendit.

Suſtinere periculum. Vlpianus D.l.18.Tit.6.l.1. Sed ſi venditor ſe periculo ſubiecit, in id tempus periculum ſuſtinebit, quoad ſe ſubiecit. Periculum præſtare, Cicero.

Symbolicè, συμβολικῶς. Gellius l.4.c.11. Eóſque more Pythagoræ opertè atque ſymbolicè κυάμους appellatos.

Symphonia, bliti Indici ſpecies illa, quæ ab Hiſpanis dicitur hierua de las maraniglias. Plinius l.26. capite ſeptimo. Symphonia vel gromphena, alternis viridibus roſeiſque per caulẽ foliis, &c.

Syncerißimus, εἰλικρινέστατος, puriſſimus, vt apud Gell.l.15.c.1. dicitur, Q. Claudius optimus & ſynceriſſimus ſcriptor.

Synodium, vide Monodium.

Synodontes piſces, vide Dentex.

Synopſis bonorum, compendium, inuentarium aut repertorium, ἀναγραφὴ, σύνοψις. Vlpianus Digeſtorum libro 27. Titulo 9. lege 5. Iubere debet edi rationes: itémque ſynopſin bonorũ pupillarium.

Syntheſis, ordo quidam & conformis veſtium compoſitio cũ tunica, ſagum, chlamys, caligæ, eiuſdem coloris ſunt, vulgò liuream vocant: Alciatus l.2. Parerg.c.21.

T*Abanus* Varroni, Aſilus Virgilio, οἶστρος Homero, μύωψ Platoni. Gallicè tahon, & tan Northm. Ital. Tauano, vel taſano.

Tabellam liminis obſerare, obdere peſſulum oſtio. Catullus ad Ipſithillam: Quod ſi iuſſeris, illud adiuuato (legendum adiubeto προσκέλλε) Ne quis liminis obſeret tabellam.

Ta-

Tabellio. Iulius Capitolinus in Macrino: Poſt etiam tabellionem fuiſſe.

Tabelliones, qui tabulas publicas ſcribunt, inſtrumentáque formant. Vlpianus D.lib.48.Tit.19.l.9.Solet autem ita vel iuris ſtudioſis interdici, vel aduocatis, vel tabellionib⁹, ſiue pragmaticis. Solent & ita interdici, ne inſtrumenta omnino forment, néve libellos concipiant, &c.

Tabernula,æ, Suetonius in Nerone: Tabernulas etiam effringere.

Tabernula,æ, parua taberna. Apuleius in Apologia: Sigillum (nempe Mercurioli) in tabernula ſua ſedens, propalam exculpſit.

Tabernula, parua taberna. D.lib.5.Tit.De iudiciis l.10. At ſi quo conſtitit, non dico iure domicilii, ſed tabernulam, pergulam, horreum, armarium, officinam conduxit, ibíque diſtraxit, egit: defendere ſe eo loci debebit.

Tabularius, pro calculatore, ψηφιστής. Vlpianus Digeſtorum l. vltimo, Titulo 13.l.1. Ludi quoque literarii magiſtris, licet non ſint profeſſores, tamen vſurpatum eſt, vt his quoque ius dicatur. Tametſi & librariis, & notariis, & calculatoribus, ſiue tabulariis, &c.

Tabularius, λογιστής, ψηφιστής, Ratiocinator Ciceroni: calculator Martiali. Vlpianus D.libro 11.Titulo 6.lege vltima. Ego etiam aduerſus tabularium puto actiones dandas, qui in cōputatione fefellit.

Tacet nox, id eſt ſilet. Catullus ad Lesbiam: Aut quàm ſydera multa, cùm tacet nox. Ouidius 9. Metamorphoſ. Tacitæ noctis imago. Tibullus: Deuouit tacito tempore noctis anus. Virgilius: aut intempeſta ſilet nox. Plinius libro 18.capite 28. ſilente cœlo.

Taciturnitas, de commiſſi arcani ſilentio. In Epitome Sexti Aurelii Victoris de Auguſto: In amicos fidus extitit: quorum præcipui erant ob taciturnitatem Mecœnas, ob patientiam laboris modeſtiámque Agrippa. Sic etiam apud Terentium in Andria. Sed his quas ſemper in te intellexi ſitas Fide & taciturnitate.

Tæda, δᾲς, Auernis de la taye. Tæda etiam Plinio libro ſextodecimo, capite 12. picea arbor, ſed feritate paulùm mitigata ſatu: quæ quibuſdā Pinaſter: Allobrogibus Auuia. Italis Cembro. Vide Picea.

Tænia piſcis, *ταινία* Ariſtoteli Hiſtor. libro ſecundo cap. 3. In Gallia Narbonenſi Flambo, & Spaſe. Piſcis eſt faſciæ ſimilis, cuius caput breue, oculi magni, rotundi, pupilláque exigua: pinna dorſi cõtinua, & ad branchias vtrinque vnica: color rufus ſiue flammeus: corporis tenuitas multo maior quàm bugloſſi. Eſt & tæniæ ſpecies coloris argentei, cui & pinnæ ſub maxilla rufæ, quæ ſine ſquamis & aculeis, Oppiani fortaſſe *ταινία ἀβληχρής*. Numeratur & inter Tænias piſcis, qui in Italia Colpice, aliâs Falce, & Marmotto nominatur: cui in lateribus linea aſpera: circa ventrem ſerræ crenæ, pinna dorſi vnica, continua, ſubrubra. Plin. l. 32. c. 7. Tæniæ iecur ad philothrum faciendum, vſurpat.

Talitrum. Sueton. in Tiber. recurui atque eliſi digiti impreſſio ac percuſſio, *σκίνδαψος* (vnde *σκινδαλίζειν* vel *σκινδαλίζειν* Euſtathio: licet *σκανδαλίζειν* apud Pollucem: vel *σκαλίζειν* Heſych. quod nos vulgò nazarder, id eſt talitro naſum ferire) Gallicè Chiquenaude: Italicè Frignocola. Aliud *κόνδυλος* vel *κόλαφος*, nempe percuſſio, quæ facto pugno infligitur.

Tam aliquando ſubauditur. Vlpianus D. l. 29. Titulo 2. lege 20. Iulianus ſcribit -- Pro hærede autem gerere, non eſſe facti quàm animi.

Tamen nihilominus. Cicero in Epiſt. Et tamen nihilominus *αὐτὸν ἀριστεύειν*. Et pro Cluentio: Tamen nihilominus putabat ſe, &c. Catullus in Epithalam. At marita tuum tamen Cælites, nihilominus pulchræ res.

Tanta perſona eſt, id eſt, homo tantæ authoritatis: vulgóque *vn ſi grand perſonnage*. Seneca 3. de ira c. 40, Variè aggredieris blandéque niſi fortè tanta perſona eris, vt poſſis iram comminuere, &c.

Tanto cum ſuperlat. Catullus ad M. Tullium: Tanto peſſimus omnium poeta Quanto tu optimus omnium patronus. Antipater in 3. Epigramm. Α'γγέλλω μαρτυρίοισιν ὅθ' οὕνεκεν ὅσσον ἄριστος Οἰωνῶν γενόμαν, τόσσον ὅδ' ἡμιθέων. Veteres ſic loquebantur. Plautus in Aulul. Quàm ad probos propinquitate proxumè te adiunxeris, Tam optimum eſt. Velleius Paterculus in poſteriore volumine, de Mario: Quantùm bello optimus, tantùm pace peſſimus. Seruius exponens illud Virgilii Æneid. 7. Tam magis illa fremens, & triſtibus effera flammis, Quàm magis effuſo crudeſcũt ſanguine pugnæ. Legitur, inquit, in Arte, quòd tam, magis, maximè, minus, minimè, poſitiuo tantùm

iunguntur. Quod tamen nunc obſeruatur, ſi ponantur ad augmentum iſtæ particulæ: tunc enim vitioſam faciunt elocutionem. Cæterùm ſi ad exæquationem poſitæ ſunt, poſſunt vel comparatiuo, vel ſuperlatiuo, vel pro ipſis gradibus ipſæ inter ſe iungi. Hinc ergo eſt, Tam magis, &c. Non enim ad prælationem poſitæ ſunt, ſed ad exæquationem. Maiores enim noſtri non in dicto vitia, ſed in ſignificatione eſſe voluerunt. Hinc eſt in Salluſtio, Itaque quàm quiſque peſſimè fecit, tam maximè tutus eſt. Nam & hæc exæquatio eſt, non comparatio.

Tantopere præcedēte quātopere. Cæſar. l. 7. Quātopere eorum animi magnitudinem admiraretur, tantopere licentiā arrogantiámque repræhendere.

Tantùm & *quantùm* cum ſuperlatiuo. Velleius Paterculus Hiſtor. libro ſecundo: Marius natus equeſtri loco, hirtus atque horridus, viráque ſanctus, quantùm bello optimus, tantùm pace peſſimus.

Tarbela, vel *Terbella*, vulgò *Tarbe*. Antonius Auguſtus in Itinerario: Aquarum Terbelicarum eodem tractu: vel Pyrene dicta propterea Terbella. Tibullus Eleg. ſeptima. lib. 1. Non ſine me eſt tibi partus honos, Tarbella, Pyrene Teſtis. in impreſſis vitioſè, tua bella.

Tardigemulus. Næuius in Alceſt. Apud Gellium l. 19. cap. 7. Corpore, pectoréque vndique obeſo, ac mente exſenſa, tardigemulo ſenio oppreſſum.

Tarum, vide Agallochum.

Taurus auis, vide Ardea.

Telline, vide Pectines piſces.

Temperacula ferri dixit Apuleius Floridorū l. 1. de ferri temperatura: Indorum non æquè miror eboris ſtrues, & piperis meſſes & cinnami merces, & ferri temperacula, & argēti metalla, & auri fluenta.

Tempus. Temporum in verbis elegans variatio ac permixtio. Apud Gell. l. 9. c. 11. Coruus repētè improuiſus aduolat, & ſuper galeam tribuni inſiſtit, atque in aduerſarii os atque oculos pugnare incipit: inſibilat, obturbat, vnguibus manum laniabat, & proſpectum alis arcebat: Atque vbi ſatis ſæuierat, reuolabat in galeam.

Tempus χρονικὴ τριμερεία ab Homero ita cōprehenſa. Iliad. α, Ὃς ᾔδη τάτ' ἐόντα, τάτ' ἐσσόμενα, πρότ' ἐόντα. Quem Latini ita:

ſubſecuti ſunt: Virgilius in Georgicis, -- nouit nanque omnia vates Quæ ſint, quæ fuerint, quæ mox ventura trahantur. Plautus in Bacchid. Quicūque vbi vbi ſunt, qui fuere, quíque futuri ſunt poſthac. Catullus: Quot ſunt, quótque fuere, Marce Tulli, Quótque poſt aliis erunt in annis.

Tempus currit, vt vulgò dicimus. Vlpianus Digeſtorū lib. 21. Tit. 1. l. 19. Annus vtilis eſt. Sed tēpus redhibitionis ex die venditionis currit.

Tenebra in ſingul. Lampridius in Commodo: Caligo ac tenebra in circo oborta eſt.

Tenere ſe (vt vulgò vtimur) pro habitare. Plin. lib. 4. Epiſt. Clementi: Tenet ſe trans Tyberim in hortis.

Tenet condemnatio, id eſt obtinet, durat ac valet, nec reſcinditur. Digeſtorum libro 9. Tit. quarto, lege triceſima quinta. Et ſi condemnatus fuerit filius, iudicatum facere debet: tenet enim condemnatio.

Teneri in ſortem, teneri in vſuras, frequens dicendi genus apud Iuriſconſultos. Vlpianus Digeſtorum libro 15. Tit. 3. lege 10. Sed vtrum in ſortem duntaxat tenebitur dominus, an & in vſuras?

Teneri in vſuras. D. libro 22. Tit. 1. lege 12. Tunc in moiores vſuras ſera teneretur.

Teneritudinis voce, præter Varronem, vſus Suetonius in Tiberio, vbi quaſi pueros primæ teneritudinis.

Tenor inſtrumenti. Papinianus D. lib. 1. Tit. 5. l. 8. Imperator Titus Antoninus reſcripſit, non lædi ſtatum liberorum ob tenorem inſtrumenti malè concepti.

Tenſum, thenſa. Diomedes Gammatices libro primo, At quia cacephatum videbatur, deorum vehiculum tenſum dixerunt, non tentum: Ne verbum turpe ſonaret in ſacris. Vbi vult à tendor deriuari, cuius participiū melius tentus quàm tenſus.

Tentamenti gratia, πείρας χάριν, tentandi atque periclitandi cauſa. ἕνεκα τοῦ τὴν πεῖραν λαβεῖν. Gellius lib. 9. c. 15. Exponit igitur tentamenti gratia controuerſiam parum conſiſtentem, quod genus Græci ἄπορον vocant.

Tentorius, adiect. apud Treuell. Pollionem in Claudio: Pellium tentoriarum.

Terebinthina reſina, vide Laricina.

Terebinthus, τέρμινθος vel τερέβινθος: Gallis Terebinthe:

Italis

Italis terebintho, Triuente (vt Sannio, quæ OEnotria, & nunc Abruzzo) Corno capra (vt Romanis) & falſò lentiſco Patauij. Ex terebintho reſina terebinthina, ῥητίνη τερεβινθίνη, ſiue τερμινθίνη & τερμινθὶς Nicandro: Gallis Tormentine de Venize: pro qua Seplaſiæ fraus laricinam ſubſtituit. Vide Laricina reſina. Terebinthus Indica Theophraſti, Piſtaciorum arbor.

Tergiuerſanter, aduerb. Velleius Patercul. Hiſt. lib. 1. Qui ad Cannas quàm tergiuerſantet perniciosſam reip. pugnam, tam fortiter in eo Marte obierat.

Terra cum adiuncto nomine regionis, vt Galliam terram dixit Cæſar, & Africam terram in Comment. De bello Gallico, ac ciuili. Catullus in Egnatium: Nunc Celtiberus, Celtiberia in terra. Gell. in 11. Noct. Att. cap. 22. Qui ex terra Gallia flaret, Circium appellari. Atque alibi: ex terra Phocide.

Terræ filius. Lactantius diuinarum inſt. libro 1. Terræ autem quòd ignotis patẽtibus natos, terræ filios nominemus. Tertullianus in Apologetico: vt terræ filios vulgus vocat, quorum genus incertum eſt.

Terriculamentum, terriculum, φόβητρον, μορμολύκειον. Apuleius in Apolog. Omnia noctium occurſacula, omnia buſtorũ formidamina, omnia ſepulchrorum terriculamenta.

Territio, κατάπληξις. Vlpian. D. lib. 47. Tit. 10. L. 15. Leuis territio non pertinet ad hoc edictum.

Teſtudo, χελώνη: Gallis tortue: Italis tortuga, & Venetis Caliendra. Animal eſt quadrupes, ouiparum, ac cortice tectũ, ſiue λεπιδωτὸν Ariſtoteli: cuius multæ ſpecies, χελώνη χερσαία, teſtudo terreſtris ſiue cherſina apud Plin. Et χελώνη θαλαττία, teſtudo marina, quæ vel tegumẽto ſiue cortice (quod Græcis χελώνειον, vel χελώνιον, χέλιον Nicãdro, ἔλυτρον χελώνειον Æliano, putamen & calicem etiam dicit Plin. & ἀσπιδώσασαι, i. ſcutatam teſtudinem vocat Oppianus) teſſellato tegitur, aut aſſulatim cõpacto & peltæ ſimili. Hæc teſtudo marina etiã μῦς vocatur ab Ariſtot. Hiſt. l. 2. c. 15. & à Plinio lib. 9. c. 19. atque alibi Mus marinus exponitur. Et marini generis quoddã eſt cornigerũ, celetũ ſiue chelytiũ appellatũ. Teſtudinũ tertiũ genus in cœno & paludibus viuentium. Teſtudo lutaria Plinio, ἐμύς, & ἀμύς, & ἑμύς (cuius genit. in δος) Ariſtoteli. Lutariæ tegumentũ coloris eſt nigri. De his Ariſtoteles Hiſtor. lib. 5. c. 33. & lib. 2. cap. 16. & lib. De part. 3. cap. 9. Plin. lib. 9. c. 10. & lib. 32. c. 4. Idẽ lib. 11. c. 37. Teſtudini marinæ lingua nulla, nec dẽtes: roſtri acie cõminuit

omnia,&c. Hæc addemus hiſtoriæ: Oua terreſtres excludunt, non fotu aut viſu, ſed crebro animæ halitu. Lutariæ,ac terreſtris caput præciſum vliginoſo loco ad dies complures victitat. iſtæ pulices venantur in areis,ob idque in domibus aluntur in Græcia: Et Græci alioquin,ab earum eſu valde abhorrent.

Teſtabilis,qui teſtari poteſt:contrarium Inteſtabilis. Gellius libro ſexto, capite 7. Et Tarratiam quidem virginem Veſtæ fuiſſe, lex Horatia teſtis eſt: quæ ſuper ea ad populum lata: qua lege ei plurimi honores fiunt: inter quos ius quoque teſtimonii dicendi tribuitur: teſtabiliſque vna omnium fœminarum vt ſit,datur. Id verbum eſt ipſius legis Horatiæ. Contrarium eſt in duodecim tabulis ſcriptum: Improbus inteſtabiliſque eſto.

Teſtamenti factionem habere, non idem quod teſtamentum facere poſſe. Pomponius Digeſtorum libro 28. Titulo 1,lege decimaſexta Filius familias & ſeruus alienus & poſthumus teſtamenti factionem habere dicuntur. Licet enim teſtamentum facere non poſſunt,attamen ex teſtamento vel ſibi vel aliis acquirere poſſunt. Sic & furioſus. Qui ad ferrum aut ad beſtias,aut ad metallum damnãtur, amittunt teſtamenti factionem. Ibid. Caius l. 9.

Teſtationem interponere, proteſtari. Paulus Digeſtorum libro decimoquarto, Titulo vltimo,lege 16. Debet pater, ſi factum filii ſui improbat,continuò teſtationem interponere cõtrariæ voluntatis.

Teſtatrix. Scæuola Digeſtorum libro viceſimo nono, Titulo ſecundo,lege 99. Vſuris iiſdem quæ ad exhibitionem à teſtatrice præſtabantur.

Teſteus,adiectiuum à teſta,pro teſtaceus,ὀςρακινός. Macrobius Saturnaliorum libro 7.cap.15. Medicina autem phyſicæ partis extrema pars eſt, cui ratio eſt cum teſteis terreniſque corporibus. Idem Commentariorum l.1.c.11. vt per eas gradatim ſocietati huius indumenti teſtei concilietur.

Teſtimonium dicere, id eſt teſtem eſſe. Vlpianus Digeſtorum libro 28. Titulo 1. lege viceſima. Mulier teſtimonium dicere in teſtamento quidem non poterit. Aliâs autem poſſe teſtem eſſe mulierem,&c.

Teſtudinei lecti. Iauolenus D.lib.32.l.100. Cui teſtudinea legata eſſent, & lectos teſtudineos pedibus inargentatos deberi, Labeo,Trebatius reſponderunt.

Tethea, vel *Tethea*, & *Tethya* Plinio, τήθυα Homero, apud Ariſtotelem τήθυα, & τήθη (per reduplicationẽ à θῶ τὸ θηλάζω: ſugeréque dicuntur à Plin.) & diminutiuè apud Athenæum libro 3. τηθυνάκια: vulgo Grecorum Spherdoclos: Gallis Narbonenſibus Bechus: Maſſilienſes Vichonos vocant: Veneti Sponghe. Tethea ſunt inter Zoophyta, vt holothouria, ſed hæc ſaxis oſtreiſque adhæreſcunt, compluráque ſimul repperiri ſolent: callo tota teguntur, & cùm aperiũtur gladio ſcindi neceſſe eſt: preſſa ſiphonis inſtar aquam eiaculantur. teſta fuſca, oualis, intus argẽtea: caro rufa, & crocea, quæ cruda editur, ſed interdum tam amara atque acris, vt fauces excruciet (quod ego quaſi ſtrangulatus vnius eſu experientia didici, & vidi in aliis) ventremque conturbet. De his Ariſtoteles Hiſtor. lib. 4. cap. 6. Plinius lib. 22. cap. vlt. & lib. 32. cap. 9. Tetheæ torminibus & inflationibus occurrunt. Inueniuntur hæ in foliis (ſcopulis) marinis ſugentes (inde nominis origo) fungorum verius generis, quàm piſcium. malè fungorum: tuberum dici debuit. Ariſtoteles de Partib. lib. 4. cap. 5. dixit Tethea ſpongiis ζωοτικώτερα (ſic enim legendum) id eſt animalium naturæ propinquiora.

Tetrao, vide Erythrotao.

Tetrax, τέτραξ Ariſtophani, Gallis Cannepetiere. Athenæus libro 9. Tetracem deſcribit maiorem gallinaceo, ac porphyrionis ſpecie, quæ galli barbulas vtrinque ab auribus propendentes habeat, voce graui. Alia auis eſt Tetrix, τέτριξ ſiue ὄρτυξ Ariſtoteli: Gallis La Prêle: Aliis Corlien à court bec.

Tetrax, cis, idem quod Otis (Gallis Ouſtarde, vel Outarde: vide Otis) Nemeſiano poetæ lib. de Aucupio: Et Tetracem Romæ, quem nunc vocitare taracem Cœpẽrunt, auium eſt multò ſtultiſſima, nanque Cum pedicas necti ſibi contemplauerit aſtans, Immemor ipſe ſui, tamen in diſpendia currit. Tu verò adductos laquei cúm ſenſeris orbes, Appropera & prædã pennis crepitantibus aufer. Nam celer Oppreſſi fallacia vincula colli Excutit, & rauca ſubſannat voce magiſtri Conciliũ, & læta fruitur iam pace ſolutus. Hic prope Pentinum radices Apennini Nidificat, patulis qua ſe ſol obiicit agris. Perſimilis cineri dorſum maculoſaque terga Inficiunt pullæ cacabantis imagine notæ. (i. nigræ vt in perdice) Tarpeiæ eſt cuſtos arcis non corpore maior. i. non maior anſere: &c.

Therionarca. De qua Plinius lib. 25. cap. 9. & lib. 24. cap. 17. &

Delphinium Dioſcoridis, ac *σαύειον* Hippocratis lib. de vlceribus, eadem herba cenſetur à doctoribus: ego adhuc amplio.

Thya, vide in noſtro Lexico *θύα*. Multi cōtendunt eſſe Sabinam bacciferam. lege quæ in Sabina, & Cedrus.

Thymallus, (à Thymi fragrantia & odore) *θύμαλλος*, Italis Temolo, Temelo: al. Themero. Piſcis eſt vmbræ fluuiatili, vel truttæ, (ſiue ſalar dicatur, nobiſque Truitte) admodum ſimilis, thymum redolens, vt violam qui à nobis Eſperlan appellatur. In fluuiis Italiæ naſcitur, vt in Ticino, Ambra, atque Ada nominatis, ibique tamenta auri deuorat, vt & vmbra. Albertus magnus lib. 7. de Animal. Thymmallus eſt, qui vocatur vmbra. Diuus Ambroſius Hexaem. li. 5. cap. 2. Neque te inhonoratum noſtra proſecutione Thymalle dimittam, cui à flore nomē inoleuit, ſeu Ticini vada te fluminis, ſeu amœni Atheſis vnda nutrierit, flos es. Denique ſermo teſtatior, quod de eo qui gratam redolet ſuauitatem, dictū facetè ſit, Aut piſcē olet, aut florem: Ita idem pronunciatus eſt piſcis odor eſſe, qui floris, &c. De eo pluribus Ælianus de Animal. lib. 14. cap. 22.

Thymaria piſcatio, dicta à Thynnis ſiue Thunnis piſcibus, de qua Vlpianus D. lib. 8. Tit. 4. l. 13.

Thurarius, qui thus vendit. apud Iul. Firmicum lib. vlt. Matheſeos, pigmentarius, aut thurarius.

Thyonianus. Catullus: Migrate: hic merus eſt Thionianus, i. Bacchus, Thyoneus Ouidio: *θυων*Ⓞ Lycophronis interpreti. Auſonius ad Paulinum: Ne in ſacris, & fabulis aut Thyonianū mireris, aut Virbium.

Thymbra, vide Satureïa.

Thynnus vel *thunnus*, *θύνος* (fœmella *θυννὶς*, maiorque *θύννη* Oppiano) Vulgo Græcorum *πάλλαξ*: *παλλακὶς*: Gallis Thon (eiuſque caro Thunine) in Prouincia: Santonibus Athon: Italis Ton: Tono. Pelamys, *πηλαμὺς* (*ἀπὸ τῦ ἐν πηλῷ μύειν*, quòd luto ſe occultet, limoſaque ſit) Italis Palamia, aliis Palamodo: Gallis petit Thun. Pelamys differt à Thūno ætate: vbi enim adoleuit Tunnus vocatur. Simeon Sethi pelamydē *φιλομῆδα*, vel vt alij codices *φιλομῆλα* appellat. Pelamidūque generis maxima, durior ttitone, *ἀπόλεκτος*, Apolectus Plinio, quæ *συνοδοντὶς* Athenæo. Thvnni fœtus appellatur *κορδύλη* vel *σκορδύλη*, & Byzantiis *αὐξὶς* (à creſcēdi celeritate) Cordyla Plinio, & Cordula Apicio. Eſt verò Thunnus piſcis marinus gtegalis, lacerto minori ſiue ſcōbro forma ſimilis, ſiue ſquamis: Cui cutis lubrica & læuis: dor-

uis:dorſum coloris plũbei:Pinnæ & cauda ſcõbri,aut coliæ:vẽter lacteus:linea recta per corporis mediũ ad caudam vſq; producta. Mari & fœminæ ſub ventre pinnula eſt,quæ ἀφαρδὸς nominatur:ſed in fœmina diuiſa,in mare continua. Thunnorum generis Sarda,Orcynus,Triton,Põpilus,melandria,Synodõtis ſiue Apolectus:& quæ Athenæus lib.3.& 8. Sarda,σάρδα Galeno lib.de Alimẽt. eſt pelamys lõga:quæ in Gallia Narbonenſi Bize,vt Hiſpanicè,& Pigo. Hæc ſquamoſa eſt,alioqui Thunno deſcripto ſimilis. Orcynus,ὄρκυνος & ὄρκυνος,& ὄρκυν apud Athen.cetaceus piſcis eſt magnúſq; Thũnus,quẽ à Gallis Thon, & Athon diximus appellari:Cui dorſum nigricat:linea qua corpus exaratur,velut duplex & incurua: Pinnula imo dorſi,ei quæ ſub vẽtre ſimilis ſituque reſpõdet. Triton ſiue χελιδονίας Athenæo,pelamydũ generis magni eſt Plinio, ſed durior. De Põpilo,vide ſeorſim in voce Põpilus. Melãdria,μελάνδρυς,& μελάνδρυος Oppiano, etiã cetaceus thũnus eſt. De Apolecto ſuprà. Et Oppianus κυβείαν inter Thynnos numerat. De Thunnis Ariſtoteles Hiſtor lib.6.cap.17.& Plinius lib.9.cap.15. & lib.32. ca.15.& ca.11.ac lib.9.ca.1. Ex Thunnis fiunt tomi,i. τεμάχη ſiue κόμματα: ac ſalſamenta, quæ θυννία τεῖχη Athenæo. Galli Orcyni carnes membratim in aſſulas diſſecti vocant Tõnine: Italis Tonina,eſt caro macra, pinguis verò ac ſalita Tarãtello. Salſus Thynni venter præcipuè, ὑποτάριχος & κήτημα: eiuſq; dorſum ſalitum,Italis Morona. Et κλειδίς ſiue Clidia,iugulus, parteſq; faucibus proximæ. Cybia ἐκ τῆς κυβείας propriè,tomi. Et ὡραῖα τεμάχη ſiue ὡραιοτάριχος,& τάριχος ὡραῖον apud Pollucẽ, Vræa Plinio quaſi ὡραῖα, quia à cauda fiunt Tritonis pelamydũ generis magni,& cybia. Diſtinguit Athenæus ὡραῖα & κύβια: vtrũque tamẽ ex macra carne: vt ex pingui θυννάδα, vel θυννία. Eſt & ὑπομελανδρυώδη τέμαχος Athenæo,& Plinio melandrya vocantur cæſis quernis aſſulis ſimillima: hæc & ex Orcyno. Sũt & Apolecta,ex Apolecto pelamydũ maxima. Et Orcyno Gaditanũ ſalſamentum, de quo Hippocrates: γαδειρικὸν ὑπογάστριον dicit Antiphanes.

Tibicinium, ἡ αὔλωσις. Apuleius Floridorum lib. 1. Is Igitur (Antigenidas) cùm eſſet in tibicinio apprimè nobilis.

Tichobates,qui à Iuriſconſultis directarius. Vopiſcus in Carino: Nam & Neurobatẽ, qui velut in ventis cothurnatus ferretur exhibuit,& Thicobatẽ, qui per parietẽ vrſo eluſo cucurrit.

Tilia,vide Phyllyrea.

Tinca (quibuſdam φύλων Ariſtotelis lib.4. Hiſtor.cap.14.&

γναφεὺς Dorionis apud Athenæum)Gallis Tenche, & Dimi nutiuè Tenchon: Italis atque Hiſpanis Tinca. Mutula fluuialis à nõnullis vocatur. Piſcis enim eſt corporis habitu Tincæ marinæ, ac phycidi ſimilis, ſed lacubus, ſtagnis fluuiiſque proueniens: Cui dentes nulli, ſed oſſa ſerrata dentium vice in ima oris parte: Oculorum circulus ruber: Dorſi pinna vnica & breuis abſque aculeis: linea potrecta per corporis medium vſque ad caudam, quæ in pinnam latam deſinit: ſquamæ paruæ ac tenues: Color flauus ex viridi: Solus Auſonius antiquorum Tincæ meminit in Moſella: Quis non & virides vulgi ſolatia Tincas Norit?

Tinea, etiã inſecta fontium, quæ nos vulgò Eſcroëlles: quæ ſquillæ paruæ ſimilia, multipeda, breuia, ac ſeſe vt multipedæ contrahentia: quibus epotis ſtrumas gigni credunt. Plinius lib. 31. cap. 3. Limus aquarum vitium eſt: ſi tamen idem amnis anguillis ſcateat, ſalubritatis indiciũ habetur: ſicuti frigoris, tineas in fonte gigni.

Tingere numos. Vlpianus D. lib. 48. Tit. 10. l. 8. Quicunque nummos aureos partim raſerit, partim tinxerit, vel finxerit: ſiquidem liberi ſunt, ad beſtias dari: ſi ſerui, ſummo ſupplicio adfici debent.

Tinnunculus ſiue Cenchris, Ariſtoteli κεγχρὶς (à variis maculis ac punctis miliaris formæ) & Suidæ κεγχρὴς & κεγχρίνης: (alia auis κερχνὴς, vt in Lexico expoſuimus) Gallis è Græco Quercerelle: in Gallia Narbonẽſi Siricach: Italis Gauinello, Canibello: Triſtarello: Hiſpanis Cernicalo vel Zernicalo: Anglis Keſtrel. Germanis VVandvvæher: Saxonibus ſteingal. Accipitris minoris ſpecies eſt clamoſa ac ſtrepera: quæ turribus nidulatur & oua parit minij coloris: Cuius corporis color fuluior quàm cæteris ſui generis: plumarũ alioqui muſtelinus aut caſtaneus, & flauus pedum: Plinius lib. 10. cap. 52. Pennatorum autem infœcunda ſunt, quæ aduncos habent vngues: Cẽchris ſola ex his ſupra quaterna ædit oua. Ibid. oua rubri coloris cẽchridi. Idem (ex Columella) lib. 10. cap. 37. Ob id cum iis (columbis) habenda eſt auis, quæ Tinnũculus vocatur. Defendit enim illas, terrétque accipitres naturali potentia, in tantùm, vt viſum vocemque eius fugiãt. Hac de cauſa præcipuus columbis amor eorum, &c.

Tinurtium, vrbs Galliæ. Spartianus in Seuero: Multis interim varié geſtis in Gallia primo apud Tinurtium cõtra Albinũ feliciſ-

feliciſſimè pugnauit. Vide num ſit Tinurtium vrbs quæ circa Lugdunũ nomine Tournon. Herodianus ad Lugdunum depugnatum eſſe ſcribit.

Tironum vel equorum productio. Arcadius D. libro vltimo. Titulo quarto l. 18. Tironum ſiue equorum productio, & ſi qua alia animalia neceſſariò producenda, perſonale munus eſt.

Tolerabiliſſimus. Paulus D.lib.28.Tit. 5.l.18.Hanc eſſe Tolerabiliſſimam ſententiam puto.

Tolerantior. Cornelius Tacitus libro 12. Clementiamque ac iuſtitiam quanto ignoratiora barbaris, tanto tolerantiora capeſſeret.

Toloſenſis, vt Toloſenſis lacus, apud Iuſtinum Hiſtor.lib.32. vbi de Toloſa vrbe.

Tonitrualis Iupiter, βροντᾶιος ζδὺς. Apuleius libro de Mundo: Iuppiter quem ζῆνα Græci, quod vitæ noſtræ author ſit, rectiſſimè appellant, fulgurator, & Tonitrualis, & fulminator.

Tonſicula. nomen piſcis apud Caſſiodorum Variarum lib.12. cap.4. Deſtinet carpã Danubius, à Rheno veniat Anchorago (Salmo, à roſtri aduncitate vt in anchora) ex Orinis Tonſicula quibuſlibet laboribus afferatur

Tonus Seneca Quæſtion. natural. lib.2. capite 56. Antiqui autem tonitruum dixerunt, aut tonum. Hoc apud Cecinnam inuenio.

Torpedo, νάρκη, ſiue νάρκη θαλασσία Platoni ac Dioſcoridi: Græcis recentioribus τύρπαινα: nũc iiſdem Græcis vulgò Margotira vel narcotira: Gallis Torpille, & à Northmanis Endormie: Maſſilienſibus Dormilionſe: Burdegalenſibus Tremble: Italis (vt in Apulia) Torpedine: Romæ Batti pota, & Fotterigia: Venetiis Tremolo, & Sgramphi: in Liguria Tremoriza: ab Hiſpanis Tremielga, & Hugia. Piſcis planus eſt cartilagineus ac marinus, cui mira vis, quòd vel linea tactus piſcatorum manus torpeſcere faciat: vnde nomen à torpore tam Græcè quàm Latinè. Ranæ piſcatrici quàm Raiæ ſimilior eſt: cuius variæ ſpecies. Eſt enim quædam velut oculata (ob id Romæ Occhiatella dicta) & quibuſdã orbibus dorſo inſignis: alia maculoſa, & nigris notis rotundis interſtincta & variata: Alia longis notulis interpuncta: Alia conſcripta variè & inordinatè circuli rudimentis: Alia abſque maculis & notis. De Torpedine præter Dioſcori-

dem Ariſtoteles Hiſtor. lib. 9. cap. 37. Plato in Memnone, Galenus li. 1 de Symptom. Oppianus 2. Halieut. Pliniuſque li. 9 c. 42. & lib. 32. cap. 1. De Nili Torpedine Strabo & Athenæus lib. 7.

Torquere in caput, vt ſeruū in domini caput torquere, quod & contra, vel in dominum dicitur. Vlpianus D. lib. 48. Tit. 18. l. 1. Sed nec libertum torqueri in patroni caput conſtitutum eſt. Ibidem, Torqueri in meum caput. Et, Serui torquentur in ſe.

Tortum funem ſequi. Horatius Epiſtola 10. Imperat, aut ſeruit collecta pecunia cuique, Tortum digna ſequi potius quam ducere funem. Apud Senecam: Pecuniæ imperare oportet, non ſeruire. Rurſus. Pecunia ſi vti ſcias ancilla eſt, ſi neſcias domina eſt. Sumpta (inquit Brodæus Miſcellaneorum lib. 1. cap. 29. à choræis metaphora, in quibus præſultor funem ducit, quem alij eodem fune apprehenſo, præeuntem ſequūtur. Terētius in Adelphis: Tu inter eos reſtim ductans ſaltabis: Vide in noſtro Lexico Κόρδαξ & κορδακισμός.

Totus, in dat. toto, vt vno pro vni. Plinius libro 2. cap. 5. de aëre: Vitalem hunc & per cuncta rerum meabilem, totóque conſertum.

Tota millia. Catull⁹ in Acmē: Tota millia me decē popoſcit.

Trabs pro naui, qua vſus eſt ante Catullum, Horatiū, ac Virgilium Ennius apud Varronē in. 6. de lingua Lat. Vna trabes remis ſulcat roſtrata per altum.

Tracurus, in voce Lacertus piſcis.

Tractator. Seneca Epiſt. 67. Quid ni ergo feliciorem Mutiū putem, qui ſic tractauit ignem, quaſi illam manum tractatori præſtitiſſet: Superius dixerat: An potius optē, vt malè laxandos (alii malaciſſandos, aut malè laxatos) articulos exoletis meis porrigam, vt muliercula, aut aliquis in mulierculā ex viro verſus digitulos meos ducat?

Tractitius, Adiect. à traho. In Epitome Sexti Aurel. Victoris in Heliogabalo: Nouiſſimè cum anguſtum foramen cloacæ corpus minimè reciperet, vſque ad Tyberim deductum, adiecto pondere ne vnquam emergeret, in fluuim proiectum eſt: atque ex rebus quæ acciderant, Tyberinus Tractitiuſque appellatus eſt. Lampridius in Heliogabalo: Tractum eſt cadauer eius etiam per circi ſpatia prius quàm in Tyberim præcipitaretur. Appellatus poſt mortem Tyberinus, & tractitius, & im‸urus.

Traditor,

Traditor, προδότης, proditor. Cor. Tacitus lib.20. Quin potius interfecto traditore, fortunam virtutemque ſuam malo omine exoluerent.

Traditor. Fab. Victorinus in 1. Rhetor. Cicer. Rhetor eſt qui docet literas, atque artis traditor eſt eloquentiæ.

Tragœdiographus, Tragicus. Vide Comœdiographus.

Tragopogon, τραγοπώγων, κόμη: Gal. barbe de bouc: Ital. barba di becco, barba di prete, Saſſefrica in Hetruria, & herba lizza Paduæ. Plinius lib. 28. Eſt (al melius eſtur. eſt enim ἐδώδιμος ac edulis, vel teſte Dioſcoride) & Tragopogon, quem alij comen vocant, caule paruo, foliis croci, radice longa, dulci, ſuper caulem calyce lato, nigro. falſum id quidem: ſed ſemine nigro, legendum. & Dioſcor. καρπὸς μέλας.

Traiectitius, vt traiectitia pecunia. D. lib. 22. Tit. de nautico fœnore l. 1. Modeſtinus: Traiectitia ea pecunia eſt, quæ trans mare vehitur: cæterùm ſi eodem loco conſumatur, non erit traiectitia. Infrà, nautica pecunia.

Trames tranſlatè, vt generis trames. Gellius lib. 13. cap. 18. Videtis igitur hanc partem familiæ, quæ ex minore Catonis filio progenita eſt, nō ſolùm generis ipſius tramitibus, ſed temporum quoque diferre.

Tranquilliſſimè: Suetonius in Auguſto: Auus municipalibus magiſteriis contentus abundante patrimonio, tranquilliſſimè vixit.

Transfiguratio, μετασχηματισμός: Diomedes Grammat. lib. 1. Per aliam tamen transfigurationem hæc verba quidem declinare conſueuerunt.

Transfretare. præter Plin. ſecund. Suetonius in Cæſare: ſecūdum ſuperum mare Brunduſium tetendit: quo Cōſules Pompeiúſque confugerant, quamprimum transfretaturi.

Transfretatio, *nis*, διαπόρθμευσις, tranſgreſſus, ſiue trāgreſſio. Gellius lib. 10. cap. 26. Propterea negāt apud ſcriptorē idoneum (quaſi non ſit idoneus Salluſtius) aut nauium tranſgreſſum reperiri poſſe, aut pro transfretatione tranſgreſſum.

Tranſgreſſus, *us*, trāſgreſſio. Gellius. li. 10. cap. 26. Aſinio Pollioni C. Salluſtius iniquè dignus nota viſus eſt, quòd in primo hiſtoriarum maris tranſitum tranſmiſſumque nauibus factum, tranſgreſſum appellauit. Rectè verò ſed tranſlatè. vide cætera & in voce transfretatio.

Tranſgreſſiua verba, quæ formam ſuā, i. primæ regulæ decli-

nationem, ſeruare non poſſunt. Tempore enim præterito perfecto, ſpecie tam abſoluta quàm exacta, tranſeunt in formam paſſiuorum & deponentium, quæ quidam ideo Mixta appellarunt. Sic ab eo quod eſt audeo, auſus ſum, es, eſt. Item in exacta ſpecie, auſus eram, eras, erat. Item gaudeo, & ſimilia: Diomedes Grammatices lib. 1.

Transfuſio debiti, vide Nouatio.

Translaticiè, defunctoriè, ἀφοσιώσεως ἕνεκα, ac dicis cauſa. Papinianus D. lib. 36. Tit. 1. l. 55. Sed nec illud tranſlaticiè omittendum eſt. Sic & vſurpatur infrà l. 1. de iure patr.

Tranſnominatio, μετωνυμία, Diomedes Grammat. lib. 2.

Transpõnere pro tranſcribere, μεταγράφειν. Gellius libro 6. capite 9. Locum iſtum totum huc, ex Piſonis annali, tranſpoſuimus.

Tranſportatio. Seneca de Conſolat. ad matrẽ cap. 6. Omnes autem iſtæ populorum tranſportationes, quid aliud quàm publica exilia ſunt?

Tranſſumptio, μετάληψις. Diomedes Grammat. lib. 2. μετάληψις, eſt per trãſſumptionem dictionum, proprietatis dilatio, vel dictio gradatim ad propriam ſignificationem deſcendens: vt, Speluncis abdidit atris.

Tranſuectio, παρόχησις, quæ fit vehiculis trãſportatio. Plinius in Panegyrico: Iraque non vt ante immanium tranſuectione ſaxorum vrbis tecta quatiuntur.

Tributorius, vt actio tributoria, apud Vlpianum D. libro quartodecimo. Tit. 2. l. 11. qua quis in tributum vocatur. vide Titul. 4.

Tributor, is, νομεύς. Apuleius in Hermetis Aſclepio: Sic & mundus præſtitor eſt, & tributor omnium, quæ mortalibus videntur bona.

Tributiones, prædij, i. tributa ac penſiones. D. de Pactis l. 52. ſi quas ſummas propter tributiones prædij pignori nexi factas creditor ſoluiſſet.

Tricenarius, i. triginta annorum. Seneca Controuerſiarum libro tertio in 3. Lex: Cum filio tricenario pater patrimonium diuidat. Ibidem: Nec tricenario quidem filio adoptare licet.

Trifariè, τριχῶς, trifariam. Diomedes Gram. lib. 1. Trifariè ordinantur.

Triones. Gellius libro 2. cap. 22. Sed ego quidem cum Lælio & M.

& M.Varrone ſentio: qui Triones ruſtico vocabulo boues appellatos ſcribunt, quaſi quaſdam teriones, hoc eſt,arandæ colendæque terræ idoneos.Itaque hoc ſydus, quod à figura poſituráque ipſa, quia ſimile plauſtri videtur, antiqui Græcorum ἅμαξαν dixerunt: noſtri quoque veteres,à bubus iunctis,ſeptẽtriones appellarunt, id eſt à ſeptem ſtellis,ex quibus quaſi iuncti triones figurantur.

Triorches,τριόρχης:vel τρίορχος Ariſtophani, Millo Marcello.Cui accipitrum principatum tribuit Ariſtoteles: ob id quidam,eum qui à nobis Auſtour, vel Autour (id eſt Aſtur Iulio Firmico)Triorchem eſſe arbitrati ſunt. Sed Plinio Triorches eſt Buteo.Scribit enim libro 10.cap.8.Triorchem à numero teſtium,cui principatum in auguriis Phæmone dedit:Buteonem hunc appellant Romani, &c. Noſtris Buteonem exponimus Buzart:vel Buze, licet alii Circum eſſe malint. Triorches Ariſtotelis,ſolus accipitrum omni tempore apparet. At id Plinius Æſaloni tribuit. non erit igitur Aſtur: niſi fortè id in Græcia. Siquidem accipitrum ſolus apud nos ſemper conſpicitur, qui Eſmerillon appellatur (qui accipitrum minimus,alioqui falconi ſimilis) Italis Smerlo, vel Smeriglio: Germanis Smirle, vel Mirle: Heſychio Triorches etiam κεγχρίλης vocatur.

Triplicatio,τριπλασιασμός. Vlpianus Digeſtorum lib.44.Tit. 1.2.Sed & contra replicationem ſolet dari duplicatio, & cõtra duplicationem replicatio.

Triplicatio, τριπλασιασμός. Macrobius Commentariorum libro 1.capite viceſimo. Secundum triplicationem cum ſeptimæ partis adiectione.

Triſtiſſimus,ſuperlat.Seneca Controuerſ.l.1. Ambo triſtiſſimam egimus vitam.Spartianus in Adriano: ingruente triſtiſſima valetudine.

Triſtitudo,triſtitia,λύπη. Apuleius in Apolog.Nec tam lætũ quod non poſſit ad triſtitudinem intelligi.

Triticum,vide Frumentum.

Tritiſſimus,ſuperlat.à tritus. Seneca lib.De vita beata c.1.At hic tritiſſima quæque via & celeberrima maximè decipit. id eſt,vſitatiſſima.

Triton,vide Thynnus.

Trochilus, τροχίλος (ſcribitur & τροχίλος vel τρόχιλος à τρέχειν currere) rex auium. Vide Regaliolus. Eſt Trochilus auis aquatiqua (vt Trochilus Niloticus) de qua confuſè cum

rege auium ſcripſit Plinius lib.8.cap.25.de crocodilo: Hunc ſaturum cibo piſcium, & ſemper eſculento ore, in litore ſomno datum, parua auis, quæ trochilos ibi vocatur, rex auium in Italia, inuitat ad hiandum pabuli ſui gratia, &c. Trochili aquatici multæ ſpecies: Trochilus ſiue Pluuiorum rex, *λαλκόσικτος* notis albis compũctus, gallicè Plouuier appelleur: roy des plouuiers, *τροχιλομήτρα* Ariſtoteli, qui & *νουμλώκς* dictus Oppiano & Heſychio. Et trochilus maior *κόρυθος* appellatus (quorundam Vanellus, ob cirrhum) Et Pluuius minor, Gallis vn Guillemot, Northmanis vne petite: *σισόφελος* Heſych. Trochilus ille familiaris crocodilo *κλαδαρόρυγχος* (à motu & concuſſione roſtri) ab Æliano vocatur. Etiam ex trochilis eſt, auis quæ à Sabaudis collarin nominatur. Vide Oppianum libro 2.de Aucupio. Sunt autem trochili noſtri coloris cinerei, turture maiores: quibus tamen pennæ luteis iiſque obſcuris maculis conſperſæ ſunt (ob id quidam pardali nomine vocarunt) terníſque tantùm digitis inſiſtunt, vt picæ marinæ, illiſque crura prælonga. Ob ſimilitudinem gallinulis adnumerantur.

Trogon, *τρωγών* (à voracitate) Gallis Croiſet, Loxia Geſneri. Auis vel roſtro inſignis, quod ſola omnium decuſſat tranſuerſis mucronibus. Varii eſt coloris, hyeméque præcipuè mutabilis: cúmque æſtate ſileat, hyeme canit. Plinius libro decimo, capite decimoſexto: Hylas tradit noctuam, bubonem, picum arbores cauantem, trogonem, cornicem, à cauda de ouo exire: quoniam pondere capitum peruerſa oua, poſteriorẽ partem corporum fouendam matri applicent.

Tropicus, adiectiuum *τροπικός*, vt Tropica figura. Gellius lib. 13 capite viceſimotertio: Tropica quadam figura mutationẽ vocabuli fecerint.

Tructa, (alius verò *τρώκτης* Æliani, id eſt Amia piſcis) ſiue Trutta recentioribus, & Varius Iſidoro (alius lupus varius) quibuſdam Sario ſiue Fario Auſonii: aliis Salmo fluuiatilis (veteribus Latinis, Græciſque indictus, niſi ſit *πυρέσις* ſiue *πυρεῦς*, propter igneas rubráſque maculas. Nam apud Athenæum libro octauo, *οἱ ἐν τοῖς ὀξυτάτοις τῶν ποταμῶν, ὡς πυρσιῶτες*) Gallis vocatur Truite: Italis Trotta, vel Trutta, Truttala. Piſcis eſt etiam in torrentibus rapidiſſimíſque fluminibus viuens, quin & aduerſum means ac ſubiens: cui parui ſalmonis figura (ob ídque ſalmo fluuiatilis. Plinii eſſe creditur) dorſum ex albo fla-

ueſcit

ueſcit:corpus paruis ſquamis contectum, & guttis rubris inſignitum eſt. Fortè apud Ælianum libro decimo ſeptimo capite primo, Truttæ ſunt, piſces illi quos dicit τὴν χρόαν καταςίκτους, & vario colore notíſque compunctos eſſe. Diuus Ambroſius Hexaëm lib. quinto, capite tertio. Piſcium alii oua generant, vt ii quos Tructas vocant, & aquis fouenda committunt. Truttam vocat Plinius Valerianus libro quinto, De re medica cap. 43. Iſidorus: Piſcium nonnulli à colore appellãtur, vt varii à varietate, quos vulgò truttas vocant. Eſt etiam truttarum generis piſcis ille, qui in Lemano lacu capitur, vocatúrque ab accolis Vmble: ſimiliſque qui vmble cheualier nominatur. Vterque ſine maculis: huic venter coloris argentei: illi verò aurei.

Truo auis, vide Onocrotalus.

Tubarius, σαλπιγγοποιός, qui tubas efficit. Tubariorum meminit Calliſtratus D. libro vltimo, Tit. ſexto, lege ſexta: inter eos quibus aliquam vacationem munerum grauiorum conditio tribuit.

Tuberes, ὕδνα Dioſcoridi, οἰδήματα τῆς γῆς, & οἶδνα Theophraſto: Gall. Truffes: Ital. Tartuffi. Interpres Ariſtoph. ἐν νεφ. etiam βολβοὺς vocat.

Tubulatio. Apuleius Floridorum libro ſecundo: flexa tubulatio ligulæ.

Tumultuare pro tumultuari præter Plautum vtitur quoque Macrobius libro tertio Saturnaliorum capite decimoquarto, Populum Romanum obiurgauit, quòd Roſcio geſtum agente tumultuauerit.

Tumultuaria militia. Gell. lib. 16. capite 11. in quam & legebantur Proletarii.

Tumultuoſiſſimus, ſuperlatiuus. Seneca de Conſolatione ad matrem capite 5. Atqui futuro ſe bello ante bellum parauerũt, compoſiti & adaptati primum, qui tumultuoſiſſimus eſt, ictum facilè excipiunt.

Tunica interior, tunica linea quæ vulgò Camiſia. Valerius Maximus, Nam ſi huius conſilii mei interiorem tunicam conſciam eſſe ſenſero. Tunica intima etiam vocatur. Gellius: Tunicam intimam niſi in locis tectis non exuit. Athenæus de Phryne loquens, χιτώνιον ἐγχέσαρχον nominauit, quam vocem pro muliebri ſolùm tunica accipiẽdam, Lucianus in Lexiphane innuit, qui tamen ſui oblitus, in Commentario περὶ τῶν ἐπὶ μισθῷ συνόντων, pro virili obtruſit.

Tunica etiam in tortorum inſtrumento. Seneca libro ſecũdo Epiſtolarum in 14. Cogita hoc loco carcerem,& cruces,& equuleos,& vncum,& adactum per medium hominem, qui per os emergat,ſtipitem,& diſtracta in diuerſum actis cruribus membra,illam tunicam alimentis ignium & illitam & intextam.

Tunica intima, χιτώνιον ἰχέσαρκον,tunica linea,quam (Camiſiam vulgus vocat)induſium,intuſium Varroni,χιτωνίσκος.Apud Gellium libro decimo,cap.20. Tunicam intimam,niſi in locis tectis non exuit,ne ſub cœlo tãquam ſub oculis Iouis nudus ſit.Vbi de Flamine Diali.

Turbator pacis. Paulus D.lib.49. Tit.16.l.16. Miles turbator pacis capite punitur.

Turbidè loqui,ἀσαφῶς λαλεῖν: cui contrar.planè & articulatè eloqui. Gellius l.5.cap.9. Atque is oris vinculo ſolutus per omne inde vitæ tempus, non turbidè, neque adhæſè locutus eſt,i.ſine linguæ adhæſione locutus eſt.

Turdus piſcis,(ſic dictus à ventris turdi auis varietate,quam imitatur. Eſt enim ποικιλόστικτος) κίχλη,& Doricè κιχήλα (rectè Nicander πολυώνυμον eſſe dixit.nam & impropriè σαῦρος dicitur & αἰολίη apud Athenæum libro 7.)Gallis Vielle:Prouincialibus,Italis Hiſpaníſque Turdo.Piſcis marinus eſt littoralis ac ſaxatilis,cuius multa genera: quæ tamen duobus cõcludi poſſunt dorſi differentia aut repandi,aut recti. Qui repandi ac incurui,auratæ non diſſimiles aut ſparo. Omnium in colore mirabilis varietas.Eſt enim cui dorſum fuſcum, venter ex albo liueſcens,Pinnæ ad branchias aureæ,ad podicem & in tergo flauæ,nigris cæruleíſque maculis aſperſæ, & cauda lata maculis nigris & rufis inſignis:reliquum corpus varium: vnde αἰολος dictus.Alius pauo dictus,maior: cui color ex viridi cæruleus. Tertius varius admodum, viridis tamen magna ex parte punctíſque purpureis cæruleíſque diſtinctus. In Prouincia Minchia di Re appellatur.Quartus cui dorſum nigreſcit: pinna viridis. venter cum lateribus flauus.à noſtris Perroquet, i.pſittacus,nominatur.Quintus Gobioni flauo ſimilior,aurei coloris. Sextus illi ſimilis,ſed huic non alba illa linea ad caudam producta,ſed cærulea. Septimus,qui Tralliano & Athenæo κνεὸς, (aliíſque κιῤῥὶς,quia κιῤῥὸς giluúſque eſt)Prouincialibus Cero: cuius magnitudo cubitalis,dorſum aureum viridibus maculis conſperſum: venter candicans. Octauus ſeptimo ſimilior,ſed diſcre-

diſcretus multis in ventre lineis ſeſe interſecantibus. Octauo nonus ſimilis,ſed diſtinguitur longa linea candida. In Gallia Narbonenſi Meneſtrier appellatur à Tibicinis verſicole habitu: ab aliis Bille, & Gaian. Decimus viridis eſt: in branchiis, ventriſque pinnis color purpuraſceus: in ventre ex albo flauus. Vndecimus maximus,rubricæ coloris: qui Monſpelienſibus Auriol vocatur. Vltimus peculiariter Vielle à noſtris appellatus,item variùs,cui caput cæruleum,dorſum vireſcens: linea ad caudam porrecta viridis cum macula rotūda circa caudam:reliquum corpus rubeſcens.De turdis Columella lib.8.c. 16.Plin.lib.32.c.11. Oppianus Halieut.lib.4.

Turdus (à voce qua trutilat) κίχλα,& Heſychio ἴχλα (apud Epicharmum κιχήλας Doricè,pro κίχλας)Gallicè Tourd:Italicè Tordo:Hiſpanicè Tordo & Zorzol:nunc vulgo Græcorum Schinopoulli,id eſt auis lentiſci: & myrtopoulli, quòd lentiſci ac myrti baccis paſcantur. Turdi multa genera: Turdus viſciuorus ἰξοβόρος Ariſtoteli, ſiue ἰξοφάγος Athenæo: Gallicè griue,& Sabaudicè griue ſiſalle: Italicè viſcada vel viſcardo:dreſſo,drexano Venetiis:Turdela Iſidori. Picæ hic magnitudinis eſt ac viſco veſcitur:quod & ſtercore reſeminat. Vide Theophraſt.De cauſis lib.2.c.23.Athenæū lib.9.Plin.lib.16.c.44. Eſt & turdus viſciuorus minor. Turdus pilaris, τειχὰς Ariſtot. Gallicè Litorne, griue velue: Italis ſchiron, & falſò aliquibus viſcada. Turdus Iliacus, ἰλλὰς, vel ἰλιάς, & τυλὰς apud Athenæum: Gallicè Mauuis, Traſle: Italicè Maluizo. hic minimus eſt.

Turſio, φώκαινα Ariſtoteli, & φῶκος Heſychio:Galli vocant Marſouin(i.maris ſuem:at Polybius ὑὸ θαλάττιον thunnū appellauit:& alius χοῖρος Straboni, vide Porcus marinus) ab obeſitate,& capite oculiſq; quaſi ſuillis: Hiſpani Marſopa, vt Vaſcones Marſupa. Delphini ſimilis eſt,ſed minor,verùm dorſo latiore: cuius color ex cæruleo liueſcit, & ſub ventre albicat, cauda verò lunata eſt. De turſione Ariſtot. lib.6.Hiſt.c.12. & Plin.l.9.c.9. Delphinorum ſimilitudinem habent qui vocantur turſiones.Diſtant & triſtitia quidē aſpectus,abeſt enim illa laſciuia, maximè tamen roſtris: canicularum maleficentiæ aſſimilati. Sic enim legendum.

Turtur piſcis, vide Paſtinaca.

Tuſſilago,Tuſſicularis Cælio Aureliano, βήχιον: Gallis Pas-d'aſne: Italis Farfara,farfarella:vnghia di cauallo, & Pecca di

mula Patauii. De ea Plinius libro viceſimo ſexto, capite 6. Vbi falſò ſine caule, ac flore prodidit. Floret enim antequam folium emittat: nec vnquam flos cum folio videtur, licet ita depingatur à Matthæolo.

Tutela nauis. Seneca epiſt.77. Nauis bona dicitur, non quæ pretioſis coloribus picta eſt, nec cui argenteum aut aureum roſtrum eſt; nec cuius tutela ebore celata eſt.

Tutela nauis, nauis ſignum (vt Dei tutelaris) proræ impoſitum, νεὼς παράσημον. Ouid. Triſtium 1. Et pictos verberat vnda deos Nauis tutelam. Sillius Ital. Tutelæque deûm fluitant. Seneca Epiſt.77. Nauis bona dicitur, non quæ prætioſis coloribus picta eſt, nec cui argenteum roſtrum eſt, nec cuius tutela ebore celata eſt. Vide Brodæum Miſcell. lib.1. cap.10.

Tympanus, τύμπανος: Gallis Pie-grieſche. Auis eſt, quæ à cornice occiditur, inquit Ariſtoteles Hiſtoriæ animalium lib. 9. capite 1.

Typha, τύφη Theophr. & Dioſcor. Gallis maſſe, & rouſeau: Italis mazza ſorda. Eius enim paniculæ quæ ἀνθήλη flos ſi aures intrauerit, exurdat. Eadem panicula oleo imbuta, & accenſa facis vſum ſuppeditat.

Tyrocinium pro rudimento. Hirtius De bello Africo, Atque hæc propter exercitus ſui præſentis paucitatem, & tyrocinium præparauerat, id eſt imperitiam.

V*acans mulier*, vidua. Marcianus Digeſtorum lib. 48. Tit.6. l.5, Qui vacantem mulierem rapuit, vel nuptam, vltimo ſupplicio punitur.

Vacatio malorum pro eo quod eſt vacuitas. Seneca Epiſt.86, Non enim diminutionem malorum in bono viro intelligo, ſed vacationem: nulla debent eſſe, non parua.

Vacillatio, præter Quintil. Suetonius in Claudio, Non ſine fœda vacillatione diſcurrens.

Vacuus rerum, vt literæ vacuæ rerum. Tacitus lib.15, Compoſuitque ad Cæſarem literas, quaſi cōfecto bello, verbis magnificis, rerum vacuas.

Vacuo vtero mulier, quæ prægnans non eſt. Vlpianus D. libro 29. Tit.2. l.30.

Vacue-

Vacuefacere,vacuare,*κενοῦν*. Macrobius Saturnaliorum lib. primo, capite ſecundo,A Prætextato veniam poſtulando, mihi in cœna vacuefeciſti locum.Ibidem lib.7.cap.12, Venas inedia vacuefacit.

Vale atque *ſalue*: ſiue, Salue æternúmque vale: vel, Aue atque vale,dicebant nunquam viſendis, vt mortuis : quod Virgilius vocat,extremum affari. Plautus in Curgul.Ego, inquit, abeo. vale atque ſalue. Virgilius Ænæidos vndecimo, Salue æternùm mi maxime Palla, Æternúmque vale. Catullus in fratris tumulo,Atque in perpetuum frater aue,atque vale. Et in inſcriptionibus antiquis ſepulchrorum talis ſalutatio viſitur.Homericus Achilles ſic Iliados ψ, *Χαῖρέ μοι ὦ Πάτροκλε καὶ εἰν ἀΐδαο δόμοισι.*

Valentia. Macrobius Comment.l.2.c.14. Vt medicus, vt exercitator corporum,ſanitatem vel valentiam,quam ille ægris, hic luctatoribus præſtat.

Valetudine proſperrima vſus eſt,Suetonius in Veſpaſ.

Vapor pro tepore ac calore. Plinius libro 9.cap.10.de teſtudinibus, In tantum fallit oblitas ſui , vt ſolis vapore ſiccato cortice,non queant mergi. Et capite 38,Ac modico vapore terreri. Rurſus lib.15,Muſtum incoquitur vapore lento.Quin & lib.2. Molliri eis creditur ſolis vapor geminatus ardore ſyderis.

Vaſtitudo pro vaſtitate ac corporis mole. Gellius libro quinto,capite decimoquarto, Is vnus leo corporis impetu,vaſtitudine,terrificóque fremitu.

Vaticinatrix,*χρησμῳδός*. Pomponius Lætus de magiſtr.Romanorum,Fauni ſoror Fatua vaticinatrix, ab ea vates Fatuarii (lege fatuari ex Iuſtino Hiſtor.lib.43.)dicuntur.

Vber homo,*εὐτραφὴς*,bene curatus & obeſus. Gellius libro quarto,cap.vltimo,Cùm equitum cenſum agerent, equum nimis ſtrigoſum & malè habitum, ſed equitem eius vbertimum & habitiſſimum viderunt.

Vberare,fœcundare. Plinius Panegyrico, Et cœlo quidem nunquam benignitas tanta,vt ſimul omnes terras vberet, foueátque.Palladius 11,Hoc coitu ſteriles arbores vberãtur. Apud quem vberatus participium.

Vbi me illius vita ferina iam pertæſum eſt. Gellius libro quinto,capite 14.

*Vectigalis ager.*D.li.6.T.3.l.1,Agri ciuitatũ alii vectigales vocantur,alii non. Vectigales vocantur,qui in perpetuũ locãtur.

id eſt hac lege, vt tandiu pro his vectigal pendatur, quandiu neque ipſis qui conduxerint, neque his qui in locum eorum ſucceſſerunt, auferri eos liceat. ἐμφυτευτικὸς, Amphiteucarius etiam vocatur.

Vecturas factitare, βαστάζειν. Gell. lib. 5. c. 3. Protagoram aiunt victus quærendi gratia in mercedem miſſum, vecturáſque onerum corpore ſuo factitauiſſe: quod genus Græci βαστάζοντας vocant, Latinè baiulos appellamus.

Vehemens dea, vt δεινὴ θεὰ Homero. Catull. ad Licinium, Ne pœnas Nemeſis repoſcat à te: Eſt vehemens dea.

Vehicularis, ὀχηματικός. Hermogenianus Dig. libro vltimo, Tit. 4. l. 1. Patrimonii ſunt munera rei vehicularis, item nauicularis, decemprimatus.

Vehicularius, adiect. Spartian. in Antonino, Vehicularium curſum ſumma diligentia ſubleuauit.

Vehicularium munus, perſonale munus vehicularis curſus ad tabellarios publicos tranſmittendos per ciuitates inſtituti. Dicitur & curſus publicus. Spartianus in Seuero, Poſt hæc cùm ſe vellet commendare hominibus, vehicularium munus à priuatis ad fiſcum traduxit.

Velleus, adiect. à vellus. Aſconius Pædian. in Orat. 2. in Verr. Et crumenæ velleæ, & ſcorteæ.

Venam ſoluere (& apud Tacitum venas exoluere) venam ferire atque incidere. Gellius libro 10. c. 8. Fuit hæc quoque antiquitus militaris animaduerſio, iubere ignominiæ cauſà, militi venam ſolui, & ſanguinem mitti.

Venaliter. Seneca De beneficiis libro 2. Quod adeò non eſt committẽdum, vt etiam ſi quis coram nobis narrabit, reſpondendum ſit, digniſſimus quidem ille eſt maioribus beneficiis, quæ ego magis velle me ſcio præſtare, quàm poſſe. Et hæc ipſa non venaliter, nec ea figura, qua quidam reiiciunt, quæ magis ad ſe volunt attrahere.

Venalitiarius, adiect. vt apud Vlpianum D. lib. 32. Tit. 1. l. 73. Venalitiariam exercere.

Vendicator, προσποιητὴς, προσποιητικὸς Ariſtoteli. Cor. Tacitus lib. 17. Famæ nec incurioſus, nec vendicator.

Venena tranſlatè de inſulſis ineptíſque ſcriptis (vt Annales Voluſi, cacata charta Catul.) quæ velut venenũ lectorem vel auditorẽ malè cruciãt atque enecant. Catull. in Epigr. ad Licin. Nam ſi luxerit, ad librariorum Currã ſcrinia, Cæſios, Aquinos, Suffenum,

Suffenum,omnia colligam venena, Ac te his ſuppliciis remunerabor. Idem in fund. Sextianus dum volo eſſe conuiua Orationem minantium petitorum Plenam veneni & peſtilentiæ legit. Sic virus appellat Horatius in 2. Epiſt. ad Auguſt. Defluxit numerus Saturnius, & graue virus Munditiæ pepulere. At in 1. Serm. de inepto ſcurra dixit. Proſcripti regis Rupili pus, atque venenum.

Veneor. Vendo vendidi. Paſſiuum Veneo venij. Eſt autem apud Veteres veneor, venditus ſum: vt apud Plautum: Egóne illi venear? Titianus etiam de Agricultura primo: Nam id melius emitur, quàm veneatur. Cicero Cauſarum 13. Re vẽdita, iterum empta. Vnde manifeſtum fit, venita non dici, ſed aut venũdata, aut vẽdita, vt Cicero: Poſſeſſiones redimi eas poſtea pluris venditis: Ex Diomede Grammatices lib. 1.

Veneratus Paſsiuè. Gellius lib. 15. cap. 13. Dignor quoque, & Veneror, & Confiteor, & teſtor habita ſunt in verbis communibus, ſicut illa in Vergilio dicta ſunt: Curſuſque dabit venerata ſacerdos.

Venerabiliter, αἰδησιμῶς. Macrobius Satur. lib. 7. cap. 11. Seruius his dictis venerabiliter aſſenſus, obticuit.

Venerius, pro ſalaci ac Veneri dedito, ἀφροδισιαςικὸς, i. libidinoſus. Gellius lib. 7. cap. 8. Delphinos Venerios eſſe & amaſios, non modò hiſtoriæ veteres, ſed recẽtes quoque memoriæ declarant. Ibid. delphini amatores flagrantiſsimi. De quo & elegantiſsima Plinij epiſtola lib. 8.

Venetus etiam de Mantuano dicitur, vt apud Macrobium Satur. lib. 5. cap. 2. de Virgilio, quem conſtat Mantuanum fuiſſe: Vnde Veneto, ruſticis parentibus nato, inter ſyluas & frutices educato, vel leuis Græcarum notitia literarum.

Venia donare in præteritum. Suetonius in Domitiano: Scribas quæſtorios negotiantes ex conſuetudine, ſed cõtra Clodiã legem, venia in præteritum donauit.

Venialis qualitas. Fabius Victorinus in 1. Rhetor. Cicer. Quoniam nihil eſt quo ſe defendat, debebit factum fateri, ſed veniam poſtulare. quæ eſt qualitas venialis, quam cõceſſionem Cicero vocauit.

Venter pro fœtu prægnantis. D. lib. 5. Tit. 4. l. 3. Antiqui libero ventri ita proſpexerunt, vt in tempus naſcendi omnia ei iura integra reſeruarent. Et lib. 25. Tit. 4. l. 3. Qui ventri ſubſtitutus eſt, vel inſtitutus, ſi ventrem ſeruare velit, audiendus eſt.

Ventoſiſſimus, inaniſsimus. Apuleius in Apologia: Vt olim Vlyxis ſocij theſaurum reperiſſe arbitrati ſunt, cum vtrem vẽtotiſsimum manticularentur, i. vento pleniſſimum.

Ventris illuuies, ventris profluuium, διάῤῥοια. Sext. Aurel. Victor in Veſpaſiano: Deinde ventris illuuie feſſus, & aſſurgens, ſtantem ait imperatorem excedere terris decet. Vbi mendoſè ab Aldo editum ingluuie. Suetonius hoc ſic extulit: Aluo repente vſque ad defectionem ſoluto, imperatorem aut ſtantem mori oportere.

Ventralis. Macrobius ſatur. lib. 7. cap. 8. Ventralis humoris alluuio.

Ventris compreſsio. Gellius lib. 16. cap. 3. Ea ventris compreſſione eſuritionem poſſe depelli creditum eſt.

Venundare ſub lege, i. ſub latæ legis conditione. Suetonius in Auguſto. Neque aut crebrius, aut perfidioſius rebellantes grauiore vnquam multatus eſt pœna, quàm vt captiuos ſub lege venundaret, in vicina regione ſeruirent, néue intra 30. annum liberarentur.

Ver tranſlatè, vt ver ætatis. Ouidius 1. Metam. Ætatis breue ver. Catullus ad Mallium: Iucundum cùm ætas florida ver ageret. Et Grecè ἔαρ βίου. Põpeius Macer, Παίζει ὦ νέαι φρένες, ἐστὶν ὑμῶν τοῦτ' ἔαρ παντὸς βίου.

Verba agentia, i. Actiua: Gellius lib. 18. cap. 12. Verba autẽ patiẽdi pro agẽtibus in omnibus ferme veterũ ſcriptis reperiũtur.

Verba rotunda. Gellius lib. 15. cap. 1. Quoniã verè atque luculentè dictum, verbiſque eſt breuibus & rotundis vinctum.

Verbena, περιστερεών. Eius duæ ſpecies. Prima Verbena recta Dioſcoridis, Gallis Bugle: Italis Columbina. Secunda verbena ſupina, (quam Plinius Verbenacam & ſaguina vocat) ἱερὰ βοτάνη. Gallis Verueine: Italis Berbena, berbenaca, Herba de S. Giouanni. Vide περιστερεὼν in noſtro Lexico.

Verbis inuerſis loqui, παραβλήδην ἀγορεύειν Homero. Apuleius in Apologia: Ac primo quidem voluntatem meam verbis inuerſis periclitabundus, quoniam me viæ cupidum, & conuerſum ab vxoria re videbat, orat ſaltem pauliſper manere.

Verbigerare, verbis agere ac conflictari. Apuleius in Apologia: Nimis multa oratio eſt, ſi velim memorare, quæ ego cõtrà reſponderim, quandiu & quotiens inter nos verbigeratum ſit.

Verecundiam pulſare, incutere pudorẽ. Horatio. Papinian⁹ D. li. 34. Tit. 1. l. 8. Alimentorũ verò præbẽdorum neceſsitas oneri-

ribus menſtruis atque annuis verecundiam quoque pulſantibus aſtringitur.

Verens reprehenſionem, Suetonius in Claudio.

Veretillum, paruum veretrum. Eſt & veretillum, inter purgamēta marina virilis pudendi magnitudine ac ſpecie, κολύβδαινα Epicharmo apud Athenæum, θαλάττιον αἰδοῖον, Italis Cazo di mar: Græcis ψολὴ. Apuleius in Apologia: At quæſiſſe me fingeretis ad illecebras magicas, duo hæc marina, veretillū (malè in impreſſis varetillā) & virginal. Diſce enim nomina rerū latina. Eſt verò Virginal, & marinū eiectamētū, Italis Pota di mar: Græcis μογνὰ, ſpecieſque τῶν ἀκαλυφῶν atque vrticarum maris.

Veriſimiliter, πιθανῶς. Apuleius in Apologia: Tam rudes vos eſſe omnium literarum, omnium, denique vulgi fabularum, vt ne fingere quidem poſſitis iſta veriſimiliter.

Veritates Pluraliter etiam dicitur. Gellius lib. 18. cap. 7. Veritates plerunque fortiter dicere.

Veritum imperſonaliter. Gellius lib. 15. cap. 13. Veritum autē, ſicut puditum, & Pigitum, non perſonaliter per infinitū modum dictū eſſe, non à vetuſtioribus tantùm videmus, ſed à M. quoque Tullio in 2. de finib. Primùm, inquit, Ariſtippi Cyrenaïci, eorumq; omniū, quos nō eſt veritū, in ea voluptate, quæ maxima dulcedine ſenſum moueret, ſummū bonum ponere.

Verò, pro verè. Gellius lib. 6. cap. 8. Veróne, an falſò, incertū.

Verſari inter manus hominum. Pomponius de Origine iuris D. lib. 1. Nec verſantur omnino ſcripta eorū inter manus hominum. Contr. minus frequentari, Ibid.

Verſus æquidicus, ἰσόλεκτος, qui ſingulis propoſitionibus ἀντιθέτους apparat dictiones: vt, Alba liguſtra cadūt, vacinia nigra leguntur. Albis enim liguſtris vacinia attribuit, & cadentibus legenda aſſignauit. Ex Diomede Gram. lib. 3.

Verſus æquiuocus, ἠχωϊκὸς, Echoïcus Seruio: in quo ſonus vltimæ ſyllabæ congruit penultimæ: vt, Grata malis lis. Ex Diomede Gram. lib. 3.

Verſus delūbis Victorino, μείουρος, σκάζων χωλίαμβος Diomedi Gram. lib. 3. & πελείαμβος Victor. qui in vltima cōcluſione oratiūcula, vel ſyllaba fraudatur, vel tēpore deficit: vt apud Homer. τρῶες δ' ἐῤῥίγησαν ὅπως ἴδον αἰόλον ὄφιν. Cui opponitur δολιχουρὸς ſiue ἐπίουρος, vel μακροσκελὴς, vel ὑπερμηκὴς Euſtachio.

Verſus fiſtularis, vide fiſtularis.

Verſus fluxus, qui ſoluto modo & vulgari metro vacillans quatitur: Diomedes Gram. lib. 3.

Verſus fragoſus, τραχὺς, χαλεπὸς, μινυρὸς, confragoſus Quintiliano: qui illeuigato ſono & incondito variatur, vt author Diomedes Gram.lib.3.

Verſus hiulcus ſiue *exilis*, λαγαρὸς, σφηκώδης, vel σφικοειδὴς Euſtath. cuius in media parte contra legem ſyllaba correpta: vt, Non mihi diuitiæ, ſed eſt mihi, &c. Et ille Homericus, Οὔτοι ἀπόβλητον ἔπος, ὅ, τι κεν εἴπω. Ex Diomede Gram.lib.3.

Verſus illibatus, ἀπηλεγὴς: qui non aucta vel minuta, aut amputata ſyllaba vitiatur, ſed integra & pleniſsima dictione formatur: vt, Depreſſo incipiat iam tum mihi taurus aratro. Ex Diomede Gram.lib.3.

Verſus iniugis, ἀσυνδετος, qui nulla coniunctionis ſyllaba copulatur: vt, Tectum anguſtum, ingens, centum ſublime columnis. Ex Diomede Gram.lib.3.

Verſus æquiformis ἰσόσχημος: qui non compoſita, ſed ſimplici figura oſtentatur: vt, Vrbe fuit media Laurentis regia Pici.

Verſus mutilus vel *truncus*, ἀκέφαλος, βραχυκέφαλος. Euſtath. qui in principio amputatur, & literam vel ſyllabam amittit, vel tempore deficit: vt, Fluuiorum rex Eridanus, apud Virgil & apud Homerum, ἐπειδὴ νῆάς τε καὶ ἑλλήσποντον ἵκοντο. Lege Diomedem Gram.lib.3.

Verſus Rhopalius, Vide fiſtularis.

Verſus reciprocus Diomedi Gram.lib.3. verſus recurrens ſiue retrogradus, ἀντίστροφος: vt, Eſſe bonus ſi vis, cole diuos optime Panſa. ſic recurrit: Panſa optime diuos cole, ſi vis bonus eſſe. Hic in precurſu hexameter eſt, in recurſu Sotadicus. Et hic cõuertitur, Volo liber tua prædicentur acta. Quin hoc hexametrum per hexametrũ recurrit: Muſa mihi cauſas memora quo numine læſo.

Verſus ſonorus, ἠχητικὸς, qui crepitat pronunciatione fragoſa, & exultantem informat dictionem: vt, At tuba terribilem ſonitu procul ære canoro Increpuit: Ex Diomede Grammatices lib.3.

Verſus teres, κυκλοτερὴς, qui volubilem & cohærentem continuat dictionem: vt., Torua mimalloneis implentur cornua bombis. Ex Diomede Gram.lib.3.

Verſus vocalis, φωνητικὸς, qui per alta producta locutione, ſonãtibus literis vniuerſam dictionem illuſtrat: vt, Portus ab acceſſu ventorum immotus & ingens, Ipſe ſed horrificis iuxta ſonat Ætna ruinis. Diomedes Gram. lib.3.

Verſidicus, Verſificus, poeta maximè epicus. Fab. Victorinus in primo Rhetor. Cicer. Nam aut propter negotia exponenda ſumitur, quod eſt Comœdiographorum, vel Tragœdiographorum, vel propter perſonas. Verſidici verò in vtroque verſantur. Nam Virgilius, &c.

Verſificatio. præter Quintil. vtitur & Probus in Catholicis: Quæ ſola verſificatio eſt oratoribus deuitanda.

Verſutiſsimus, Superlat. Velleius Paterculus hiſtor. lib. 2. Germani in ſumma feritate verſutiſsimi, natúmque mendacio genus.

Veſpa Plin. σφὴξ Ariſtot. Gal. Gueſpe: Ital. muſcone.

Veſtitior, magis veſtitus, ἱματισμένος: cuius ſuperlat. veſtitiſsimus apud Columel. Apuleius in Apologia: Hercules paulo prius quàm in cælũ ob virtutes aſcitus eſt, neque vna pelle veſtitior fuit, neque vno baculo comitatior.

Veſtitor, qui veſtes facit, ſartor. Lampridius in Alex. Seuero: Ita vt annonas non dignitates acciperent fullones, & veſtitores & pictores.

Veternoſiſsimus, Superlat. Seneca Epiſt. 83. Ego nõ redigo iſta ad legem Dialecticã, & ad illos artificij veternoſiſſimi nodos.

Via. Viarum quædam publicæ ſunt, quædam priuatæ, quædam vicinales. Publicas vias dicimus, quas Græci βασιλικὰς noſtri Prætorias, alij Conſulares vias appellanr. Priuatæ ſunt, quas agrarias quidam dicunt. Vicinales, quæ in vicinis ſunt, vel quæ in vicos ducunt: Vlpianus: D. lib. 43. Tit. 8. l. 2. Ibid. viæ ruſticæ: Viæ vrbicæ.

Viam aperire, eſt ad veterem altitudinem latitudinemque reſtituere. Purgare viam propriè dicitur, ad libramentum proprium redigere, ſublato eo, quod ſupra eam eſſet. Vlpianus D. lib. 43. Tit. 11. l. 1.

Viatim, Aduerb. teſte Diomede Grammat. lib. 1.

Viburnum, vide Spiræon.

Vice ſua quiſque, i. ſinguli viciſſim. Gellius lib. 18. cap. 13. Teſſerulas in medium vice ſua quiſque iaciebamus.

Viceſimatio. Iul. Capitolinus in Macrino: Quãdo eos centeſimaret, qui digni eſſent decumatione, atque viceſimatione.

Vicinium, vicinus locus, vt apud Senecam, in vicinio verſari. Plinius lib. 2. cap. 16. Perinde confeſſum eſt motũ augeri, quandiu in vicinio ſint terræ. Vbi malè in editis libris in vicino.

Victorialis, Adiect. Iul. Capitolinus in Galieno: Populúmque

quaſi victorialibus diebus ad feſtiuitatem ac plauſum vocauit.

Victus.Verbo Victus continentur,quæ eſui,potui cultuíque corporis,quæque ad viuẽdum homini neceſſaria ſunt.Veſtem quoque victus habere vicẽ Labeo ait: Cætera quoque, quibus tuendi curandique corporis noſtri gratia vtimur,ea appellatione ſignificantur.Vlpianus D. de verborum ſignific.

Victualis,βιωτικός. Apuleius lib.de Dogmate Platonis: Inferiora reguntur optimatum præſtantia,& ipſa miniſterium ſuggerunt victuale.

Viculus diminut.Flauius Vopiſcus in Aureliano:in minimis nati ſunt viculis.

Videndi verbo etiã vti ſolent Iureconſulti,cùm modeſtè volunt oſtendere quid ſentiant,in iuris cõtrouerſi quæſtione. D. lib. 5.Tit.2.l.8. Si conditioni parere teſtator hæredem iuſſit. in perſona filij vel alterius qui eãdem querelam mouere poteſt, & ſciens id accepit,videndum ne ab inofficioſi querela excludatur.agnouit enim iudiciũ.Et lib. 13.Tit.4.l.10.Si poſt moram factã quo minus Capuæ ſolueretur ,cũ arbitraria vellet agere, fideiuſſor acceptus ſit eius actionis nomine, videamus ne ea pecunia,quæ ex ſentẽtia iudicis accedere poteſt,non debeatur.

Vigere in. Liuius in 2. bello Punico, Videret,vt,quibus lingua prõpta ac temeraria eſſet,æquè in pugnã vigerẽt manus.

Vigilatè,vigilanter. Gellius lib.3.cap.14. Vigilatè atque attẽtè verbum non probum mutauit.

Vinalis, Adiect.οἰνικός,οἰνηρός.Macrobius Satur.lib.7.cap.7. Si qua vinalis fortitudo in homine reſedit.

Vinearij horti,D.de verbor.ſignificat.

Vindemialis,τρυγητικός. Macrobius Saturnal.lib.7.cap.7. Nuper in Tuſculano meo fui,cùm vindemiales fructus pro annua ſolennitate legerentur.

Vincaperuinca, & Clematis Ægyptia Plinij, κληματὶς prima Dioſcoridis:Gallis Peruenche,& lyſeron:Italis Prouenca.Duplex eſt,floris cyanei,& albi inodori Plinius lib.21. cap 11. Vincaperuinca ſemper viret,in modũ lineæ foliis geniculatim circundata.Topiaria herba:inopiam tamen florũ aliquando ſupplet.Hæc à Græcis Chamædaphne vocatur. Alia tamen lõgéque diuerſa Chamædaphne Theophraſti atq; Dioſcoridis ſimiliſque Laureolæ : quã & ipſe deſcripſit ex Dioſcoride lib.24. cap.15.Rurſus idẽ Plinius lib.21.cap.27. Et Vincaperuinca ſiue Chamædaphne.Vbi quas vires aſſignat,ventri cõpetunt.Irerũ

Clema-

Clematidis Ægyptiæ lib.24.cap.15.& deſcriptio & facultas,eadem quæ Clematidis primæ Dioſcoridis,quæ Vincaperuinca Plinio. Quę Clematis ſecunda,ſuo loco.

Viola alba, λευκόϊον Theophraſti (nam Dioſcoridis leucoïon aliud eſt)de qua Plinius lib.21. cap.11. Florum prima ver nunciantiũ,viola alba. Optimè repræſentauit Fuchſius. Matthæolus minus rectè inter narciſſos retulit. Eius flos albus, ac herbacei coloris:radix bulboſa.

Violentiſsimè, Aduerb. Iuſtinus Hiſtor.lib.25. Inter cõfertiſſimos violentiſſimè dimicans, ſaxo de muris iactato occiditur.

Vireo, vide Chlorio.

Vireſcere pro priſtinas vires recuperare, ἀναδυναμοῦσθαι. Furius poeta apud Gellium lib.18 cap.11. Increſcũt animi, vireſcit vulnere virtus.

Virga ſanguinea, vide ſanguineus frutex.

Virgo maxima, Veſtalium princeps. Suetonius in Domitiano: Corneliam virginem maximam abſolutam olim, dehinc longo interuallo repetitam,atque conuictã defodi imperauit.

Virginal,is, Fugæum, virginis pudendum,ſed & inter marina. Vide Veretillum.

Virguncula. Seneca Quæſt. natural. libro primo cap.vlt. Iam libertinorum virgunculis in vnum ſpeculum non ſufficit illa dos,&c.

Viridis animo ac vigens. Seneca Epiſt.67. Claranum cõdiſcipulum meum vidi ſenem, ſed me hercules viridẽ animo, ac vigentem,& cum corpuſculo ſuo colluctantem.

Viriliores, quibus virilia maiora,bene naſati. Lampridius in Heliogabalo: Lauacrum publicum in ædibus aulicis fecit, ſimul & palam populo exhibuit, vt ex eo conditiones bene naſatorum hominum colligerent: Idque diligenter curatum eſt, vt ex tota penitus vrbe, atque ex nauticis monobelos quærerent,ſic eos appellabant,qui viriliores videbantur. Infrà vocat bene naſatos & maioris peculij.

Viripotens, præter Plautum Labeo D. libro 24. Tit. 1. l. 1. Quod vir ei quæ nondum viripotens nupſerit donauerit, ratum futurum exiſtimo. Et Papinianus D. libro 35. Tit. 1. l. 101. Cùm ea priuſquam viripotens fieret vira deceſſerit. Eſt verò viripotens, quæ virum pati poteſt, D. libro 36. Tit.2.l.30.

Virum pati, vide Viripotens.

Vitator,is, φύλαξ. Apuleius de Deo Socratis: In rebus certis proſpectator,dubiis præmonitor,periculoſis vitator.

Viſceribus ſuis vim inferre dicitur mulier,quæ ſumpto medicamento fœtum diſcutere nititur atque abortum facere. Vlpianus D.lib.48.Tit.8.l.8.Si mulierem viſceribus ſuis vim intuliſſe, quo partum abigeret, conſtiterit: eam in exilium præſes prouinciæ exiget.

Viſcum vel viſcus, ἰξὸς (& ἰξίας Theophraſto, vt in Lexico oſtendimus, in voce ἰξία: vbi error Plinij, ac Matthæoli derectus eſt)Gallis Glu,quia glutinoſum: Italis Viſchio,& Pania in Hetruria.

Vitex, ἄγνος vel λύγος:Gallis Lugdunenſibus Poiurier, quia ſemē piperi ſimile:ob id & piper agreſte dictum (in inſcriptionibus attributis Dioſcoridi: vbi & falſò Salix Amerina. Aliud enim Amerina,vt in Salice docui)in Officinis Agnus caſtus.vbi eius ſemina fraudulenter diuendunr cum pipere.

Vitiligo,cuius ſpecies λεύκη, & ἄλφος, dicta nō à vitio aut vitulo,vt voluit Feſtus,ſed à Vitis,vitilis,vitiligo, ſiue à vitis & ligo,quòd huius modi cutis vitium, vitis modo ſerpat. Sic ab impetus, impeto, impetigo: vel ab impete & ago, quòd pituitoſus ac ſalſus humor qui impetiginis ac ſiccæ ſcabiei cauſa eſt,impete agatur & efferatur ad cutim.

Vitioſiſſimus, Superlat. Velleius Paterculus ſecundo Hiſtor. homine in omnia pecuniæ quàm recte faciendi cupidiore, & inter ſummam vitiorum diſſimulationem vitioſiſſimo.

Vitis ſylueſtris, alia quàm labruſca (quæ ἄμπελος ἀγρία Dioſcoridi, & οἰνάνθη ἀγρία Theophraſto) ἀθραγένη Theophraſti, vt in Lexico oſtendimus. Quæ pingitur à Matthæolo pro vite ſylueſtri, eſt Solanum lignoſum herbariorum, ſiue Dulcamara.

Vitis Alexandrina Plinij.lib 14.cap.3. (ex Theophraſto hiſtor.lib.3.cap.17. cui ἄμπελος παρὰ Ἴδης, vt in Lexico oſtendimus) vitis Idæa,ἀρκτοςαφύλη Galeni lib.7.κατὰ τόπους cap.4. Gallicè Airelles,&Northmanis meis Mourets:Italicè Vua dolce, & vua dell' Orſo.Eſtque Myrthus Germanica Tragi:& Vaccinium nigrum Dodonæi.

Vitrea eſcaria. Paulus D.lib.33. Tit.10.l.3. Vitrea eſcaria, & potoria in ſuppellectili ſunt.

Vitulus marinus,Phoca,φώκη:Bocas Feſto:Gal. veau de mer:

In Gallia Narbenenſi vedel de mar:Italis vechio matino:Genuæ ac Maſſiliæ bouis marini nomine appellatur. Eſt autem animal *ἀμφίβιον* vitulo terreſtri(exceptis auribus,quarum loco ei exigua foramina) ſimilis, cui caput breue paruúmque pto corporis magnitudine, collum longius: oculi ardentes variis ſubinde coloribus:dentes ſerrati acuti, lupinis ſimillimi, nares vituli, pectus latum: à ſcapulis bini pedes veluti brachia, ſine cubito, ſiue vlna breuiſſima cum manu indiuiſa & diſtincta tantùm quinque vngulis: corporis reliqua pars paulatim gracileſcens bifidam caudam piſcium maximè galeorum, æmulatur. Mugit etiam,corióque tegitur duro ac pilis variis(maximè ex flauo nigricantibus,vt Venetiis obſeruaui)quorum hoc miraculum,quòd & in mortuis horreſcant ſubrigendo Auſtro flante,ſempérque maris æſtu recedente: concidant verò,ita vt nullos eſſe affirmes, ſpirante Borea, ídque compertiſſimum. De eo Ariſtoteles Hiſtor.libro 2.capite 1. & Plinius præcipuè libro 9.cap.10.

Vituperones,vituperatores. Gellius libro decimonono,capite ſeptimo, Quòd vituperones ſuos ſubducti ſupercilii carptores appellauit.

Viuaciſſimus,ſuperlat.Carbones viuaciſſimi.Iulius Capitolinus in Pertinace. Gellius libro 15.cap.21. Cerua alba, eximiæ pulchritudinis,& viuaciſſimæ celeritatis. Idem libro 5.capite 2. Propè iam exanguis,è mediis hoſtibus regem viuaciſſimo curſu retulit.Flauius Vopiſcus in Aureliano,A prima ætate ingenio viuaciſſimus.

Viuere pro lætam vitam agere apud Plautum,ab aliis quidẽ obſeruatum:ſed hæc omiſſa.Nonius Marcellus,Vitulantes veteres gaudentes dixerunt, ſicuti qui nunc eſt in ſumma lætitia viuere eum dicimus. Catullus,Viuamus, mea Lesbia,atque amemus. Martialis, Poſthume viue hodie.Ita quoque *ζῆν* apud Græcos: Agathias,*πῖνε γέρων,ζῆθι*.Cicero,quando viuemus.

Viuificare,*ζωοποιεῖν*. Apuleius in Aſclepio Hermetis, Ignis ſolùm,quod ſurſum verſum fertur,viuificat.

Viuus ignis, id eſt ardens ac candens. Velleius Paterculus ſecundo Hiſtor. Seruilia Lepidi vxor, quæ viuõ igni deuorato, præmaturam mortem immortalem nominis ſui penſauit memoriam.

Vltra ad perſonam relatum, vt vltra fœminam,i.ſupra fœminam,plus quàm fœmina. Velleius Paterc.Hiſtor.2.Ocio ac

molliciis penè vltra fœminã fluens. Alibi, vltra barbarũ promptus ingenio,i. *ὑπὲρ τὸν βάρβ.*

Vltramundanus. Apuleius lib. De dogmate Plat. Vnus ſummus,primus & ſolus ille, vltramundanus.

Vltroneus,ἑκούσιος,αὐτόματος. Præter Senecã Apuleius Florid.lib.2, Vt virgo nobilis ſpretis iunioribus,ac ditioribus procis,vltronea ſibi optauerit.

Vmbra,& ſciæna Plinio,*σκίαινα*:& *σκιαδεὺς* (licet Plin.in Catalogo diſtinxerit) & *σκιαθὶς* apud Athen.lib.7.vel *σκιαινὶς*,vnde per apocopen *σκινὶς* Galeno:vulgo Græcorum *σκίον* vel *μηλοπόποιον*.Gallis Maigre,& Baionæ Borrugat (à verruca menti) Narbone Daine:Italis vmbrina. Piſcis marinus eſt coracino ſimilis,à quo diſcernitur ampliore magnitudine,in mento verruca,& aureo colore in lineis obliquis & obſcuris,quæ aliarum videntur vmbræ:vnde & nomen. Ouid.Tum corporis vmbræ Liuentis. Vmbra verò fluuiatilis(quam *θύμαλλον* quidam eſſe voluerunt.Vide Thymallus) in Gallia Narbonenſi, Vmbra,& Lugduni Vmbre vt Allobrogibus. Piſcis eſt ex truttarum genere,cui dentes nulli: oculi patuli,cornea tunica aurea,pupilla nigra:branchiæ quaternæ.Auſon.in Moſella,Effugiens oculos celeri leuis vmbra natatu.

Vnanimiter. Vopiſcus in Tacito, Et mihi hoc ſolùm obeſſe incipiat,quod me vnanimiter delegeſtis.

Vnctum caput,quod diuitiarum argumentum. Lucilius,Hi, quos diuitiæ producunt,& caput vngunt. Catull.Cur quiſquã caput vnctius referret. Facetè Cicero in 4.Verr. Ita paleſtritas defendebat,vt ab illis vnctior diſcederet,i.muneribus locupletior.Nam & vncti diuites dicuntur. Iuuenal.Sat.8.vnctámque Corinthum.

Vndeuiceſimani,i.vndeuiceſimæ legionis milites. Cor.Celſ. lib.1, Orto ab Vndeuiceſimanis Quintaníſque initio.

Vndeuiceſimanus. Hirt.De bello Alexandrino, Cognita re noctu cum v.cohortibus vndeuiceſimanorum egreditur.

Vnguentatus.præter Catull.vſus eſt Scipio apud Gell.lib.7.c. 12. Nã qui quotidie vnguentatus aduerſum ſpeculũ ornetur, cuius ſupercilia radũtur,qui barba vulſa, feminibúſque ſubuulſis ambulet. Cæſar apud Suet.Licẽtiam omnem,inquit,paſſim laſciuiendi permittebat,iactare ſolitus,milites ſuos etiã vnguẽtatos bene pugnare poſſe.

Vnguellula, diminutiuum ab vnguis, vngula, vnguellula.

Diomedes

Diomedes Gramm.lib.1. Vide Piſtrilla.

Vngues Varroni,& Solenes Plinio, σωλῆνες (ab imbricis canaliſque forma (ſiue αὐλοὶ,ſiue δόνακες, ſiue δάκτυλοι, ſiue ὄνυχες, Gallis couteaux: Northmanis noſtris Manſotz,(aliis manchots: quia gladii capulum,id eſt manche, omnino repræſentant) Italis Cappe longe. Varro, In conchyliis quædam vocabula Græca ſunt,vt peloris, oſtreæ: alia vernacula, ad ſimilitudinem (dicta) vt pectunculi, vngues. Binis teſtis velut canaliculis clauduntur, in areniſque defixæ viuunt. Edules ſunt apud nos cocti, Venetiis & in Græcia crudi. Horum tria genera,vnum in Northmania frequentiſſimum, cuius canaliculi ſiue imbrices cærulei, (Athenæo οὐρανοχρώματοι & ῥαβδωτοὶ,id eſt virgati.) Hoc marem eſſe volunt. Aliud,fœminam albi coloris (μονοχρωμάτους appellat Athenæus. Plinius vnicolores:) Tertium oris patuli, cuius teſtæ exalbidæ: frequens in Illyria, rarius Venetiis, vbi vngues magni cappe da ferro vocantur. Minuti cappe da deo (quia digito exēptiles: aliæ nō niſi ferro) vngues quidē apud Athen. μακρογχοΓχύλους vocat Epicharmus, ſed aliud apud Plin. conchæ longæ,vt expoſitū ſuo loco. Idem Plinius libro 32,capite 9.apud quem ſic legendum, Purgatur veſica & pectinum,& vnguium cibo. Ex his mares alii donacas,alii aulos vocant: fœminas onychas. Vrinam mares mouent. Dulciores fœminæ ſunt & vnicolores. Vox vnguium ſublata eſt ab ignaris σωλῆνας ita vocari taliſque facultatis eſſe, qui authore eodem Athenæo εἰσὶ τοῖς λιθιῶσι,καὶ ἄλλοις δυσουροῦσιν εὔθετοι. Rurſus Plinius libro 32.capite vltimo,Solen,ſiue aulos,ſiue donax,ſiue onyx,ſiue dactylus. Et libro 9.capite 61. Concharum è genere ſunt dactyli, ab humanorum vnguium ſimilitudine appellati. His natura in tenebris remoto lumine, alio fulgore clarere,& quanto magis humorem habeant,lucere in ore mandentium,lucere in manibus, atque etiam in ſolo atque veſte decidētibus guttis: vt proculdubio pateat,ſucci illam naturam eſſe,quam miramur etiam in corpore. Quinetiam libro nono,capite 33,Pectines in mari ex eodem genere habentur, reconditi & ipſi in magnis frigoribus,ac magnis æſtibus: vnguéſque velut igne lucentes in tenebris, etiam in ore mandentium. Græci hodie pro σωλῆνας, adhuc σουλῆνας vocant. Talium concharum piſcatores σωληνισταὶ & σωληνοθῆραι dicuntur apud Athenæum.

Vnicus imperator, qui ampliſſimus honoris titulus. Sueton. in Othone Siluio, Fortiſſimum virum, vnicum imperatorem prædicantes. Catullus Cæſarem irridens tamen, Eóne nomine imperator vnice Fuiſti in vltima occidentis inſula?

Vniformis, μονοειδὴς. Iul. Firmicus Matheſeos lib. 1. De zonis, Quædam ipſarum vniformes ſunt.

Vniformitas. Macrobius Saturnaliorum libro ſeptimo cap. 5. Cur illis prouidere varietatem laboras, iſti ſquallorem vniformitatis adiicis?

Vniformiter, ὁμοιοσχηματῶς. Diomedes Grammatices libro 1, Simplex vel vnica eſt, quæ per omnes caſus vniformiter currit. Fabius Victorinus in primo Rhet. Ciceronis, Quia nihil vniformiter funditus exiſtit, qui in ſemper aliquid ſit, quo intelligamus quid in cæteris deſit.

Vnimodus, vniuſmodi. Apuleius libro De philoſophia, Vnimodam verò eſſe virtutem, quòd bonum ſuapte natura adminiculo non indiget.

Vniuerſitas, id eſt commune, collegium. Dig. libro 3. Titulo 4. lege ſecunda, Si municipes vel aliqua vniuerſitas ad agendũ det actorem.

Vniuira, quæ vni nupſit, quod μονανδρεῖν dicitur. Tertullianus libro De monogamia, Fortunæ muliebri coronam non imponit, niſi vniuira.

Vnus, cuius vocatiuus vne. Catullus ad contubernales, Tu præter omnes vne de capillatis. Et Caper Grammaticus ſic dictum vne vocandi caſu oſtendebat hoc exemplo. Priſcianus in 5.

Vnus poſt vnum. Sextus Aurel. Victor in Maximino, Huius imperio duo Gordiani pater & filius principatum arripientes, vnus poſt vnum interiere.

Vna pœna. Dig. lib. 9. Tit. 4. l. 4. Niſi fortè prætor vnam pœnã à domino exigi voluit. Ibid. Paulus, Vna autem pœna exacta, quam actor elegerit, altera tollitur.

Vno ſudore. Iul. Capitolinus in Maximino, Tunc Maximinus x v. lixas vno ſudore deuicit. Et alibi, Tum ille more ſolito ſeptem fortiſſimos vno ſudore vicit, id eſt ſine dimicandi intermiſſione.

Voculationes, vide Accentiunculæ.

Volucra, vide Conuoluolus.

Volutus, us, κύλισις, volumen, vt ſerpentiũ volutus. Apuleius

Flori-.

Floridorum lib.2, Dedit volatus auibus, volutus ſerpentibus, curſus feris,greſſus hominibus.

Voluptificus. Apuleius Floridorum lib.2.Iouis(ſtella) benefica,Veneris voluptifica.

Vomicus morbus. Seneca Controuerſiarum libro ſecundo, in 5. Sed vt aliquid iocer, Fabianus Max.nobiliſſimus vir fuit, qui primus foro Romano hunc vomicum morbum,quo nunc laborat intulit.

Vomitaria. Macrobius Saturnal.libro 6.capite quarto.Virgilius,Mane ſalutantum totis vomit ædibus vndam.Pulchrè,vomit vndam, & antiquè: nam Ennius, Et Tyberis flumen vomit in mare ſalſum. Vnde & nunc vomitaria in ſpectaculis dicimus, vnde homines glomeratim ingredientes, in ſedilia ſe fundunt.

Voraciter. Macrobius Saturnal.lib.7.cap.5.Si hoc ipſum voraciter inuaſerit.

Vortumnus,vt ait Aſconius in 3. Verr.deus inuertendarum rerum eſt,i.mercaturæ.

Vpupa,ἔποψ,nunc vulgo Græcorum ἀγριοκόκορος,i.gallus ſyluestris:Gallis Huppe.Italis Buba,vpega,Gallo de paradiſo Venetiis, Galeto de magio:Hiſpanis abubilla,Luſitanis popa.

Vræa,vide Thynnus.

Vranoſcopus, ſiue callionymus,οὐρανοσκόπος,καλλιώνυμος, ἁγνὸς Athenæo: Maſſilienſibus Tapecon,& raſpecon:ab aliis Rat:& Reſponſadoux:Genuenſes vocant Prete,vel preue.Romani Miſſorem:Veneti Boca in capo.Piſcis eſt marinus,pedalis magnitudinis,cuius os magnum ac patens ſecus quàm in aliis à capite exertum: oculi quidem ſupra caput vt & aliis, ſed peculiariter pupillis in cœlum conuerſis, quibus vel inuitus ipſum ſpeculatur,vnde & ipſi nomen.Ex ea parte quæ inter linguam & maxillam inferiorem,oritur ἀπόφυσις ac caruncula extra os propendens,qua piſciculos ineſcare ac venari ſolet eodē aſtu quo rana piſcatrix.De eo præter Ariſtotelem & Plinium, Athenæus libro 8. Galenus libro 3.De vſu partium capite 3.& Oppianus Hal.4.

Vria,οὐρία Ariſtot. Gall.Cornu,vel grand plongeon:nā petit plōgeon eſt κολυμβίς. Auis eſt non multo minor anate,cui roſtrū longū ac anguſtū, color ſordidus figlinorū. Ab vria vrirandi verbum,vt fit à νήττη & κολυμβὰς,νήχεσθαι & κολυμβᾷν, teſte Athen.l.9.c.18. At αἴθυια,mergus, noſtris Plōgeon de mer.

Vrina Ibera. Catullus ad Contubernales, Et deus, Ibera defricatus vrina. Iberorum ſpurciſſimus ritus (vt ait Apuleius in 1. Apologia) dentes lotio abſtergere. Catullus rurſus in Egnatium, Nunc Celtiberus, Celtiberia in terra Quod quiſque minxit, hoc ſibi ſolet mane Dentem, atque ruſſam defricate gingiuam.

Vrinam facere, ἐνουρεῖν Dioſcoridi. quo ſignificatur morbus διαβήτης, id eſt incontinentia vrinæ Plinio. Vlpianus Digeſtorum libro 21. Tit. 1. l. 14. Item de eo qui vrinam facit, quæritur (nempe an morboſus ſit) Et Pædius ait, nõ ob eam rem ſanum non eſſe, quòd in lecto ſomno vinóque preſſus, vt etiam pigritia ſurgendi vrinam faciat. Sin autem vitio veſicæ collectum humorem continere non poteſt, non quia vrinam in lecto facit, ſed quia vitioſam veſicam habet, redhiberi poſſe. Apud Celſum tamen ſimpliciter pro meiere ſumitur.

Vrinari, vide Vria.

Vrnalia. Proculus Digeſtorum libro 33. Tit. 6. lege 16. Qui vinum ſurrentinum in vrnalibus habebat diffuſum, is tibi vinum legauerat in amphoris.

Vrtica marina, ἀκαλήφη, & κνίδη, atque μητρίδιον Ariſtophani: nunc Græcis σκνίδη, & κολικαίνα vel κολικαίνα: Northmanis cul d'aſne: Maſſilienſibus Vrtigo: Burdegalenſibus Cubaſcan: Narbonenſibus Poſterol, & Roſa: Venetis Amoroſa. Marinum animal eſt imperfectum, numeratum ab Ariſtotele inter zoophyta: oſtreis, purpureiſque adnaſcitur: tactu ſe contrahit ac rotundat, vt tuberculum videatur, deinde ſenſim ſeſe explicat ac diffundit roſæ inſtar, ac rotundi folii innumeris pediculis velut cincinnis ac cirris ſparſi. In medio extuberat quidam humor pellucidus. Vrticæ edules ſunt frixæ. Solutas nullas comperi: & quòd de vredine tradunt authores, probando nondum verum eſſe deprehendi. Lege Ariſtotelem Hiſt. lib. 4. c. 6. Pliniúmque lib. 9. c. 45.

Vſitatiſſimus, tritiſſimus. Seneca De vita beata cap. 2. Quæramus quid optimè factum ſit, non quid vſitatiſſimum.

Vſuarius, qui non proprietarius eſt, nec vſufructuarius eſt, ſed vſum tantùm habet. Modeſtinus D. lib. 7. Tit. 8. l. 21. Vſus aquæ perſonalis eſt: & ideo ad hæredem vſuarii tranſmitti non poteſt. l. 23. Vſuaria res.

Vſufructuarius, qui vſumfructum habet: Qui & fructuarius dicitur. D. lib. 7. Tit. 1. lege 7. Quicunque reditus eſt, ad vſufructua-

ctuarium pertinet. Ibid. Vſufructu legato omnis fructus rei ad fructuarium pertinet.

Vſura ſemiſſalis, i. ſemiſſis: vt cùm ſit ſors centum, ſex ſoluantur vſuræ nomine. Modeſtinus D. lib. vlt. Tit. 12. l. 10. Vti ſors apud eam remaneat, & ipſa vſuras ſemiſſales ad præmia certantium exſolueret.

Vſuræ vſurarum, ἀνατοκισμός. Vlpianus D. libro vlt. Tit. octauo, l. 2. Ne commodorum commoda, & vſuræ vſurarum incrementum faciant.

Vſuraria pecunia, quæ ſub vſuris data. Vlpianus D. lib. 16. Tit. 2. l. vndecima, Cùm alter alteri pecuniam ſine vſuris, alter vſurariam debet.

Vſura maritima, id eſt nauticum fœnus. Digeſtorum lib. 22. Tit. 2. l. 6.

Vſurarius, Qui pendit vſuras. Papinianus Digeſtorum libro viceſimoſecundo, Tit. 1. leg. 7. debitor vſurarius creditori pecuniam obtulit.

Vt pro vbi more Græcorum, quibus ἵνα vtrunque ſignificat. Catullus in Epigr. ad Fur. & Aur. Litus vt longè reſonante Eoa Tunditur vnda.

Vt ecce, in demonſtrationibus aſſignandíſque exemplis, ſicut Vt puta. Vlpianus Digeſtorum libro 21. Tit. primo, lege 37. Vbique enim curant ædiles, ne emptores à venditoribus circũueniantur. vt ecce, plerique ſolent mancipia, quæ nouicia non ſunt, quaſi nouicia diſtrahere.

Vtifrui dicitur, cui vſuſfructus legatus eſt. Digeſtorum libro 7. Tit. 1. lege 13.

Vtilis actio, vide Ciuilis actio.

Vtis, auis tarda, ὠτὶς Ariſtoteli, & ὠτὶς, ſiue ὀτὶς Hippocrati: Gallis Outarde. Auis eſt perdicis colore, Sed multò corporis magnitudine amplior: atque ita obeſa, vt vix ſeſe volando attollat, vnde Tardæ nomen. Plinius libro 10. capite 22. Decet Tetraonas ſuus nitor. Proximæ eis ſunt quas Hiſpania aues tardas appellat, Græcia Otidas, &c. De quibus nos pluribus in Lexico. Dicitur etiam à Nemeſiano Tetrax: vide ſuo loco.

Vtricularius, qui & vtriclarius, i. ἀσκαυλής ſiue πυθαυλής, Pithaules, ioueur de Cornemuſe. Tranquillus in Nerone: Vouerat ſe prodíturum hydraulam, & choraulam, & vtriculariũ. Diomedes lib. 3. Quando enim chorus canebat, choricis tibiis,

id eſt choraulicis artifex concinebat, in canticis autem Pithaulicis reſponſabat. Seneca libro Epiſtolarum 10. in 77. Pithaules bonus iudicatur. Vopiſcus choraulas cētum, etiam pithaulas centum.

Vtroqueuerſum. Nomina vtroqueuerſum dicta, vel quæ in vtranque partem dicuntur: nomina communicatæ vltrò & citrò ſignificationis (ſic tot modis extulit Gellius libro nono, capite duodecimo.) cuiuſmodi ſunt, quæ actiuè & paſſiuè ſignificant, vt laborioſus, ambitioſus, gratioſus, inuidioſus, formidoloſus, & id genus.

Vua cruda, ἄπειρος, immatura: cui matura opponitur. Dig. lib. 9. Tit. 2. l. 27.

Vua paſſa, vt ea minutiſſima, quæ ex Græcia præcipuè Zacintho, Venetias affertur, vinaceis ſiue acinis caret. Lauatur aqua, ac nocte ſub dio ſinitur, manéque ſumpta vel vnciæ pondere aluum ſola ſubducit. Matthæolus Senenſis in Dioſc. cap. de vua paſſa, medicos falſò accuſat.

Vua marina, βότρυς θαλάσσιος Æliano. Sic à racemi vuæ ſimilitudine dicitur quoddam ζωόφυτον & maris eiectamētum, quod inter algas ſpectatur. Eſt autem oblonga quædam maſſa ex pediculo depēdens, & velut acinis floſculiſque notata. Plin. lib. 9. cap. 2. Rerum quidem non ſolùm animalium ſimulachra (mari) ineſſe licet intelligere intuentibus vuam, gladium, ſerras. Rurſus lib. 32. cap. 10. Vua marina in vino putrefacta, iis qui inde biberint tædium vini affert. Vegetius Veterinariæ medicinæ lib. 4. c. 12. vtitur in ſuffitu aduerſus morbi peſtilentis languorem. Aliud verò, quod & vuam marinam piſcatores vocāt: hoc enim oua ſepiæ racematim compacta.

Vulgari, vulgò dici. In Epitome Sexti Aurelii Vict. in Galba, Multas prouincias egregiè adminiſtrauit, milites ſeueriſſimè tractans, ita vt ingreſſo eo caſtra, vulgaretur ſtatim, Diſce miles militare, Galba eſt, non Getulicus.

Vulgarius, vulgaris. Gell. lib. 16. c. 5. Sed incompertam & vulgariam traditionem rei non exploratæ ſecuti.

Vulnus in mortem, i. mortiferum. Cornel. Tac. lib. 4. Piſonem pace incurioſum ex improuiſo in itinere adortus vno vulnere in mortem adfecit.

Vulnuſculum, τραυμάτιον. Vlpian. D. lib. 21. Tit. 1. l. 1. vulnuſculum modicum.

Vulpes marina, ἀλώπηξ, & ἀλωπεκίας (quam & κυνὰ πίονα

Arche-

Archeſtratus apud Athenæum libro 7.)in Gallia Narbonenſi Peis ſpaſo, ab aliis Ramart. Sic dicitur ab aſtus caudæque vulpine ob longitudinem ſimilitudine,Eſt autem piſcis cetaceus, ex Galeorum genere (vide Galeos) corpore rotũdo ſpiſſóque, ore paruo,non multum infra roſtrum, dentibus acutis. Cuius cauda toto corpore lõgior.De eo Ariſtoteles Hiſtor lib.9.cap. 37.Oppianus 3.Halieut. Ælianus variæ Hiſtor. lib.1. cap.5. & Plinius libro 9.cap.43.At vulpes marinæ,ſimili in periculo glutiunt amplius vſque ad infirma (potius infima ex Ariſtotele) lineæ,quæ facilè prærodant.

Vulpio,nis, vafer, veterator. Apuleius in Apologia:Tamen iam tum vulpionem & impium fuiſſe.

Vultu ſoluto, cui contracto opponitur.Seneca 23.Epiſtol.lib. 3.An tu exiſtimas quenquam ſoluto vultu,& vt iſti delicati loquuntur,hilari oculo mortem contemnere?

Vultur, γὺψ, vulgò Grecorum *μοσχόρνιο*. Gallis vaultour: Italis voltore, Auoltoio. Vulturinæ pelles curatæ relictis mollibus plumis quaſi villis ſerici, plurimi veneunt magnatibus,qui vtuntur contra imbecillitatem ſtomachi: Vtriſque innata rapacitas, & prodeſt ſimilitudine vultur nempe vulturio. Seneca in Epiſtol.15.96. Si vultur es, cadauer expecta.

Vulturius μεταφορικῶς de homine rapaci, Cicero in Piſonẽ, Scaurus Vulturius Reip. Emylius Scaurus contra Q. Cæpionem actione 2.apud Cariſium lib.1. Nefarius vulturius,patriæ parricida.

Vulua tranſlatè de podice. Perſius Satyra 4. Deſpuat in mores penemque arcanaque lumbi Runcantem,populo marcentes pandere vuluas, i. vt patiaris auerſam ac præpoſteram venerem,quod puerile corolarium Apuleio.

Vulua receptaculum.Iulianus D.lib.46.Tit.3.l.36. Ariſtoteles ſcripſit quinque naſci poſſe: Quia vuluæ mulierum totidem receptacula habere poſſunt.

Vulvula. Plinius Epiſtol.lib. 1. Septicio: At tu apud neſcio quem oſtrea,vulvulas,echinos,Gaditana maluiſti.

*X*Eniola. Diminutiuè. Vlpianus de Offic. Procõſul. D. lib. 1. Et quod mandatis cõtinetur, ne donum vel munus ipſe Proconſul, vel qui in alio officio erit, accipiat, emátve quid niſi victus quotidiani cauſa, ad xeniola non pertinet.

Xenoparochi, ξενοπάροχοι, qui peregrinis ſalem & ligna præbebant, quod publicum munus. Arcadius D. lib. vlt. Tit. 4. l. 18. Vide præbenda.

Xiphias, ſiue gladius piſcis, ξιφίας (Strabo lib. 1. etiã γαλεώτην, & κύνα vocat Galeoſque pro gladio apud Plinium ponitur lib. 32. vbi ei tribuit, quod Oppianus τῷ ξιφίᾳ) Plinio etiam lib. 32. cap. 11. Tomus Thurianus (nomine partis: quia Thurianus tomus, erat opſonium, quod Thurio & Turſio Romæ dicebatur teſte Athenæo, ex Xiphia. Alij apud Plin. legunt, Thynnus, Thoreneus, vel Tranis, nam θορινδὶς, & θραν̀ις apud Oribaſ. ὁ ξιφίας.) In Gallia, Heron de mer, & Burdegalæ Grand eſpadas: Monſpeſſuli Emperador, vt Genuæ: & Venetiis ac Maſsiliæ Peſce ſpada: In Anglia à Knith, i. eques. Cetaceus piſcis eſt Thynno ſimilis, cui roſtri vice velut enſis ſeſcubitalis ex gemino oſſe in mucronem porrigitur. Plinius lib. 32. cap. 2. Niger author eſt, Xiphiam, i. gladium, roſtro mucronato eſſe: ab hoc naues perfoſſas mergi in Oceano.

Xylon, goſsipium, ξύλον, (Polluci lib. 7. cap. 12. licet neget Matthæolus ſe inueniſſe apud Græcos authores) Gallis Cotõ: Italis Bambagia. Cuius lana, Vlpiano lignea lana, ἐριοξύλον, & Nicol. Mirepſo βομβάκιον, & Suidæ βάμβαξ & πάμπαξ. De his nos fuſius in Lexico in voce ξύλον, & ἐριοξύλον. Plinius lib. 19. cap. 1. Superior pars Ægypti in Arabiam vergens gignit fruticem, quem aliqui goſſipion vocãt, plures Xylon, & ideo lina inde facta Xylina. Paruus eſt, ſimilẽque barbatæ nucis defert fructum, cuius ex interiore bombyce lanugo netur, &c.

*Z*Ea, ſpelta, & ſemẽ Plin. ζέα vel ζεία: Gallis Eſpeaultre: Italis ſpelta, & Biada in Hetruria (vt ſemẽ Latinè) & Alga (quaſi Halica: fiebat autem ex Zea) in Hetruria. Vide Zéa in noſtro Lexico vbi &

fat

far dici (vt & nunc Pirra farra, & alibi Farro, in Italia vt apud Floroiulienſes) probauimus.

Zizyphus, ζίζυφος, Gallice Guindolier, vel Iuiubier: cuius fructus Zizypha, ζίζυφα vel ζίνζυφα: noſtris Iuiubes vel Guindoles in Prouincia: Italis Ginggiole: De quibus nos pluribus in Lexico in voce Μύξα. Sunt σηρικὰ Galeni, non autem ſerica ſiue Tuberes Plinij: Vide Tuberes. Zizyphus alba Columellæ cap.4.lib.9. exiſtimatur eſſe arbor illa ex cuius nucleis albis ac ſtriatis cōficiunt globulos precarios, quæ Gallis Patenoſtrier: Italis falſò Sycomoro, & arbore de gli patenoſtri appellatur, Auicennæ Azara darachi, & damaſchi Zaizalacht, atque à Turcis Theſpic: quæ venenata eſt. Zizyphus ſylueſtris, vide Paliurus.

Zygæna, æ, ζύγαινα. (Gaza apud Ariſtotelē malè vertit libellam, cum librile à ζυγὸς libra, dicere debuiſſet. Eſt enim librili, aut Ciconiæ inſtrumento Columellæ ſimilis, nō libellæ) Maſſiliæ Peis ionziou: Romæ Ciambetta, alibi peſce martello, vel baleſtra: ab Hiſpanis Peis limo, Limada, & Toilando. Piſcis ferus eſt Galeorum generis, cetaceus, abſque ſquamis: cuius caput mallei inſtar, in cuius extremis ex aduerſo oculi: Os in ſupina parte magnum, dentiúmque triplici ordine munitum. De eo præter Ariſtotelem & Oppianum, Galenus 3. Alimentor.